

Handwritten notes in the left margin, including the number '14' and a large '2'.

Handwritten notes at the bottom left, including the number '16' and some illegible text.



Sum sempionij de nobilibus de monte oliveto.

Main text block on the left side of the page, containing several paragraphs of Latin text.

Additional text at the bottom left, starting with 'Tu autem in hac materia...'.

Handwritten notes at the top right, including 'Meno chi' and 'Hancan'.

Main text block on the right side of the page, containing several paragraphs of Latin text.

Text block starting with 'Quero quid si habet nomen singularissimum...'.

Text block starting with 'Tu autem in hac materia adde qd vera est ista...'.

Text block starting with 'Quero quid si plures qd sufficiat demonstraciones...'.

Text block starting with 'Tu autem in hac materia adde qd nunc non intendo...'.

R. 6880


IACOBI MENOCHII  
IURECONSULTI IN  
omnes præcipuas Recuperandæ  
Poffessionis Constitutiones  
Commentaria .

RESPONSA CAUSAE FINARIENSIS A  
multis Italia celeberrimis Iureconsultorum Collegijs  
reddita , eodem auctore edita .

QUAE IN OPERE HABBANTVR  
VERSA PAGINA  
clarius docet.

*Ex libris Ludovici a. cordua. ff.*  
*1758*  
*M. 2. C. 27 N. 9*

ans 89



DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
M. 2. C. 27 N. 9



*Doctor*  
*de Cordua*

IN MONTE REGALI  
Ex imprefione repræsentabat Leonardus  
Torrentinus. Quarto Non. Aug.  
M D LXV.



RECUPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIA  
Decem & Septem.

	Praeludia.	pagina.
1	Ex Interdicto Prætoris unde ui:	pagina. 16
2	Ex conditione Indebiti.	75
3	Ex conditione Triticaria.	77
4	Ex l. si me & Titium. ff. de reb. cred. si cert. peta.	78
5	Ex l. extat. ff. quod metus causa, unâ cum l. creditores. C. si per uim uel alio modo.	80
6	Ex l. i. ff. ad l. u. l. de ui priua.	91
7	Ex l. Inuafor. C. unde ui.	97
8	Ex l. meminerint. C. unde ui.	201
9	Ex l. si quis in tantam. C. unde ui.	122
10	Ex l. si coloni C. de Agricol. & cens. lib. xi.	165
11	Ex l. Non ab re. C. unde ui, unâ cum l. conduçtores. C. locati.	177
12	Ex l. Vltima. C. de prætorio pignore.	185
13	Ex l. Vltima. C. unde ui.	190
14	Ex l. Vltima. C. de adquirend. possessio.	203
15	Ex cap. Reintegranda. 3. q. ii.	223
16	Ex cap. sæpe. de Restitu. spolia.	308
17	Ex Iudicis officio.	317

*Responsa causa Finariensis, que in  
calce addecimus.*

Responsum, seu uotum, Excellentiss. Consilii Diui Ferdinandi  
Imperatoris.  
Motiua Venerandi Collegii Iureconsultorum Papiæ.  
Responsum seu uotum, Jacobi Menochii Iureconsulti in responsio  
ne motiuorum præcedentium  
Responsum, seu uotum, Venerandi Collegii Iurecons. Papiæ  
Responsum, seu uotum, Venerandi Collegii Iurecons. Bononiæ  
Responsum, seu uotum, Venerandi Collegii Iurecons. Patauii.

MARGHERITÆ  
FRANCISCI GALLIARVM REGIS

Primi filiæ, Allobrogum, Subalpinorumq;  
& Biturigum Duci Serenissimæ  
Iacobus Menochius. S.



QVOD mihi per decennium, plus mi-  
nus, in iure, tum Pontificio, tum Cæsa-  
reo publice enucleando, occupato nõ  
licuit, (uix enim tanto temporis spacio  
aliquid otii datum est, quo præter pu-  
blicum profitendi munus, ipse etiam  
studiosis aliqua saltem in parte pro-  
desse possẽm) nunc, quando tua liber-  
alitate aliqua est mihi quies parata,  
Deo Opt. Max. auspice datum est. An  
te hac ne hos ingenii mei fœtus inte-  
gros ederem, & celsitudini tuæ consecrarem impediabant mul-  
ta, Tenuis scilicet supellex, numerosa familia, rerum ipsarum do-  
mesticarum cura, frequentes clientum ad fores strepitus, assiduum publice profitendi munus. Hæc omnia ita me in diuersas trahebant partes, ut quo loco essem, quo me verterem, quidue agerẽ plane ignorarem. Equidem ingenue fateor, nihil mihi in uita esse iucundius, nihil dulcius, quam (cum, per publica munera honesto otio frui licet) humanioribus litteris, optimisque studiis incumbere, meque totum illis tradere, ac tandem omnem meam florentem ætatem docendo & scribendo consumere, sed quid potui in tanta rerum difficultate? Non uereor tamen posteaquam sum apud te Principem prudentissimam & literatorum fautricem benignissimam, illaque tua immensa liberalitate fruor, qua me etiam semper fruiturum confido, quin meo aliquando, ut iam cœptum est, plenius desiderio satisfiat, interim uero, quæ immensis pene laboribus, multisque rerum difficultatibus oppressus, quali quali studio & opera ad communem studiorum utilitatem elaborauim DE RECUPERANDA POSSESSIONE Cõmentaria tibi offero dicoque. sunt Serenissima Princeps hæc studiorum meorum ueluti primitiæ, quas tibi ueluti non mihi meo sanctissimo reuerenter offero, quod libentius dupli-

ci ratione feci. Altera, ut intelligeres, quod & si quadriennium, plus minus, in hac tua Academia fui, sumque adhuc, haecenus tamen me a usum non fuisse conspectum tuum adire, quod turpe & indecorum existimauerim ad Celsitudinem tuam uacuis (quod aiunt) manibus accedere. Altera, quod ut optimi pictores maximorum Numinum, maiorumque Principum formas ac simulacra penicillo & coloribus pingunt, quod illorum auctoritate eas nulli iniuriam obnoxias futuras arbitrentur. Ita ego, cum hos primos conatus meos ab eorum moribus tutos esse desiderem, qui in alienos labores genuinum frangunt, cui eos magis, quam tibi dicarem, habui neminem. Ipse enim mecum putavi, quod si tu, cuius tanta est auctoritas, quantam uix animus meus capit, felici meo fato, has lucubratiunculas meas singulari illa benignitate complexa fueris, regiaque humanitate foueris, qua tibi additos complecti, ac fouere consueuisti, non modo ab omni iniuria tutos, sed sempiternos omnino futuros. Quid enim hoc non sperem, cum nihil in te sit, non egregium, non illustre, non diuinum? tantumque illis afferas opis, ac praesidium, quos in tua clientelam suscipis, ut diuinitatis propemodum participes existant. Te igitur Amplissima Princeps oro ac obsecro, ut hoc quidquid est muneris, quod nunc tibi offero, ea fronte suscipias, qua de uictorum tibi munera suscipere consueuisti, tuoque benigno numine foueas, si non alia, hac saltem ratione, quod me tibi additissimum uides, quod & si semper praeme tui, tunc uero id re praestiti, cum magno animi ardore e Papia uocatus, in hanc celeberrimam Montis regalis Academiae me contuli. noueram enim, quam propenso amore, & quam incredibili beniuolentia disciplinarum cultores foueres, & amares, omnique demum liberalitatis genere prosequeris, ut inde factum sit, quod & si apud uarios diligentissimos Annalium scriptores multorum Principum benignitas ac liberalitas in uiros literatos celebretur, ut Dionysii in Platonem, Philippi in Theopompum, Alexandri in Aristotelem, tua tamen tanto splendidior habeatur, & uere sit, ut non illorum modo amplissimam aequet, sed & longe superet. Tu Rege Patre nata, Regis soror, Regum amita, & demum inuictissimi Emanuelis Philiberti Allobrogum Ducis coniux castissima, nos ita diligis & amas, ut nihil maius, nihil laudabilius, nihil demum honorificentius, in hac, quam uiuimus, uita contingere possit. ipse profecto iure meo gloriari possum, quod singulari tua prudentia, mihi & ceteris, qui in isto inuictissimi Emanuelis Du-

cis

5  
cis nostri coniugis tui degunt Imperio, in hac literaria palestra uerfari liceat. Nec minus tibi debet hic Montis regalis doctorum uirorum coetus, quam illa uere tua amplissima Biturigienfis Academia, cum tua summa auctoritate Emanuel Philibertus Principum liberalissimus & Augustissimus nos plurimum amet & foueat, quem Deus Optimus Maximus una tecum per Nestoreos annos felices, ac bene fortunatos uiuere iubeat. Vale ex Monte Regali Pedemontium.  
Decimo Calend.  
Augusti.  
M D LXV.

ILLVSTRI ADMODVM CAROLO  
LVCERNAE, IVRECONSULTO, COMITI,

Serenissimi Allogobrum Ducis, & Subalpinae regionis  
Principis a secretis consilario, Ciuitatis & Aca-  
demiae Montis Regalis Moderatori opti-  
mo. Jacobus Menochius Iurecon-  
sultus. S.



ET vs ac propè diuina sententia M. Tully est, Neminem gratia-  
rum immemorem, gratum aliquando fuisse inuentum, quin acce-  
pti beneficij immemorem omnes odisse, equidem rectè, & sanctè di-  
iudicauit is, nihil esse, tam inhumanum, tam immane, tam fe-  
rum, quam beneficio uinci, & ingrati esse animi, quare iure lau-  
dari solet Philippus Macedonum Rex, quòd lege sanciuerit, ingratos ferro candenti  
in fronte inuendos esse, ut ea notà intelligerent omnes, ingratum illum fuisse, illum  
que omnes tamquam humano commercio indignum auersarentur. sic ferunt Persas in  
eos, qui gratiam referre poterant, nec referebant, grauius animaduertere consue-  
uisse. Nec mehercle iniuria, quòd homine ingrato nihil sit humano generi inimicum  
magis, magisq; insensum. Ingratus enim, parentes, patriam, amicos, Deosq; etiam  
ipsum nihil facit. Horum igitur ipse memor, ne tam turpis mihi nota inureretur, sta-  
tui, qua potui ratione, me tibi gratum probare, quòd tua tu diligenti, tuo iudicio,  
operaq; tua, me è Papiensi in hanc florentissimam Academiam euocaueris, ut sub  
Inuictissimi Emanuelis Ducis nostri vexillis stipendia mererem. quare cum quadam è  
nostris voluminibus per aliquot annis lucubratis, sub Margherita Ducis nostrae fere  
nissima manu edere decreuissem, non ab re duxi eadem tibi prius tradere, ut tuo e-  
tiam patrocinio Principi oblata, illi essent multò gratiora. Sperauì siquidem, hoc  
meum officium viriq; vestrum hac ratione iucundius futurum: Tibi, quòd hoc tui aman-  
tissima Principi, à me, qui totus in aere tuo sum, dicata, tua ope egere iudicauerim:  
Illi, quòd hos tibi deuotissimi clientis labores, tuis auspicijs lucubratos, nunc veluti  
tuos sibi consecratos agnoscat. Si verò (quòd pro tua incedibili humanitate minimè  
credo) consilium hoc nostrum animiq; desiderium non ardebit, illud, saltem non asper-  
naberis, quòd tuo uti in hac re uoluerim auxilio, quo mihi ad tam venerandum numen  
facilior adiuu praebeatur. Sum etenim in hoc illorum morem, nec contemnendum  
quidem, imitatus, qui cum aduersum Solem intueri cupiant, vereanturq; ne eius splen-  
dor oculorum acie perstringat, solem dioptra interiecta tutius optati luminis contemplatio  
ne potiri. Hos igitur labores meos primum tibi offero, quo abs te Serenissime, ac Le-  
tissime Duci offerantur. Scio enim quòd praesidio munius ero, si mihi hoc tuo officio  
ui licebit. nam profecto non me latet, qua apud Principes nostros auctoritate polleas,  
& qua illi te beneuolentia, ac charitate complectantur: nec sanè immerito, cum tan-  
ta tua & maiorum tuorum in eos semper fuerit obseruantia, ut eos in hoc uita salo re-  
stantis fortunae impetu vexatos, & aduersis fluctibus penè obrutos, non modo non de-  
serere, sed cum eis naufragium facere, & res si id postulasset, mortem oppetere con-  
stantissime statueris. quòd cum saepe alias summa fide inuictosq; animo ostenderit,  
tum praesertim cum Cunei nobilissimi oppidi Praefectus vigilantissimus à validissima  
hostium manu obsiderens, quantum enim abfuerit, quin & uita una cum ceteris for-

luna

tuna bonis iacturam feceris, restis est inuictus hic Subalpinus tractus, immò totius  
Italiae ambitus: tunc enim omnibus id palam fuit, neminem praeter te omnium prudentem  
tissimum, ac fortissimum tantam belli molem, tantum hostium impetum sustinere po-  
tuisse. quid? nonne tua diligentia, constantia, ingenio, rei militaris peritia, summaq;  
vigilantia, ac promptitudine iam penè expugnatum oppidum defendisti. norunt Ci-  
uicenses ipsi, quam fortiter te gesseris, ac constanter, qui hoc fidei, ac constantiae signum  
miris laudibus efferunt, quòd scilicet non semel facti sum, cum hostes alterum ex filijs  
tuis praecleara indolis, summaq; spei infantem captiuum tenerent: minarenturq; illum  
se crudeliter necaturos, nisi te illis, oppidumq; dedidisses. hanc fortunae iniuriam, hoc  
que nobilissimi infantis lethale periculum (quòd horreo cogitans) ea animi magnitudine  
tulisti, ut ne latum quidem unguem te à proposito dimouerint. egregie me hercle factum,  
quòd omnes historiae, annalesq; omnes aeternis literarum monumentis immortalitati  
commendent. Haec tua plusquam uiriliter constantia, hicq; inuictus animus incolumem  
urbem, cui praeratis, conseruauit, in eamq; uirtutis tuae admirationem hostes induxit,  
ut qui puerum erant necaturi, eum etiam tibi sospitem dederint. Hic praeterea uir cla-  
rissime, quot noctes tunc in omnes duxeris, quam assiduos labores perpessus fueris,  
quam graui siti fameq; laboraueris, quam forti manu dimicaueris, quam demum gra-  
uiter, & prudenter te gesseris, milites cohortando, impellendo, monendo, ut pulcherrimam  
uictoriae gloriam, & quòd egregios milites deceret, ob oculos semper haberent,  
scirentq; uirò forti honorificentius esse, mortem obire, quam turpi deditioi secuta con-  
sulere. quo factum est, ut te Iureconsultorum consultissimum, Oratorem eloquentissi-  
mum, Ducem fortissimum omnes admirarentur, atq; suspicentur. tantam profecto  
ex immensis laboribus, maximisq; periculis tibi parasti nominis gloriam, & famam,  
ut non iniuria inter antiquissima familiae tuae ornamenta illud circumferre possis: uirò  
que splendere mitior. Haec sum, quae effecterunt, ut te à secretis Consiliarium, & Mi-  
neralium praefectum, Ciuitatis huius Montis Regalis, & Academiae nostrae uigilan-  
tissimum Moderatorem Serenissimus Princeps noster consueuerit. Haec sunt, qui-  
bus apud Philippum Hispaniarum Regem catholicum tantam promeruisti gratiam,  
& beneuolentiam, ut egregium tibi honorarium quotannis numerari iusserit, teque  
omni beneuolentia genere ita sit prosecutus, ut facile intelligere possis, eum te non mi-  
nus fraterno amore prosequi, quam Carolus. V. illius Pater Paterno est prosecutus, dum  
pudicissimam Beatricem in uxorem tibi despondit. Haec ergo quae in te sunt egregiae animi et  
corporis dotes, ille uera sunt, quae Principi gratum, omnibus admirabilem faciunt,  
quae inquam te bonarum disciplinarum uerè ardentem lucernam, tenebrasq; alioqui  
densissimas illustrantem, demonstrant. Tu non Ioannis modo patris uiri omni laude cum-  
ulatissimi Subalpinae; huius regionis apud Taurinenses Praesidis amplissimi nominis  
famam, & gloriam acquisisti, sed longè etiam superasti. quòd si immortalalem ullam un-  
quam es affectus laudem, unam profecto, quae ceteras omnes superat, acquiris quoti-  
die, dum bonas disciplinas, literatosq; homines, quòd facis semper, & amas & fo-  
ues, ita enim cum consultissimus uir sis, qui iuris prudentiam sequuntur singulari beni-  
uolentia prosequeris, ut non disciplina, sed natura, & bonus, & consultus esse uidea-  
ris. scio ipse, nec semel ab amicis, & beneuolis accepi, quam benè de me, omnium pos-  
tremo, meisq; studijs hoc tempore sentias, & semper antea senseris, quamq; libera-  
liter honori meo, gloriaeque faueas, quòd te nunc maxime facere uelim, quando alium  
adeundum est mihi Principis nostrae solium. fateor equidem nihil mihi honorificentius

\* iiii niii

nihil optabilius Illustri isto tuo patrocinio accidere posse. erit hoc maximum mee erga te obseruantiae, & iucundissimum officij genus, quo intelligenti omnes, te tibi deuotissimos omni beneuolentia, & fauore prosequi: neq; verò me latet, hæc, quæ in tui gratiam etiam elaborata sunt, auctoritatis multum, ac dignitatis plurimum consecutura, si tuo patrocinio foueantur. quod si, ut spero, præstabis, id officies, ut meus, alioqui propensus in te animus magis & magis accensus, inflammatusque, quamprimum idoneam nactus fuerit occasionem, singulares atq; eximias virtutes tuas, admirabilia rerum gerendarum consilia, summamq; in rebus administrandis iustitiam & æquitatem, ceterasq; præstantissimas animi tui doctes, quibus te iure optimo cuncti admirantur, suscipiant, & diuinis prope laudibus in caelum ferunt, grauiore, atque ornatiore stilo describere contendat. Age igitur liberrime Mecenas, & mei fautor amplissime, meum hoc exple desiderium, & ita demum facies, ut ex hoc tanto benescio, viam, & moriar ingratus, Inerim Vale.

Ex Monteregali Pedemonium, Decimo Kalend. Augusti.  
M D L X U.

## IACOBVS MENOCHIVS IURECONSULTVS

Ad Lectorem.



OTERANT quidem me plura ab hoc scribendi munere, & instituto, vel excusare, vel reuocare. Iustitiani primum, diuina prope sanctio, qua iussit ne infedula admodum opera repurgatis iureconsultorum ac Imperatorum responsis, constitutionibusq; manum admoueremus, ne ingens sylua, non securi modo succisa, sed vomere radicitus conuulsa, summo cum mortaliū incommodo indies subcreferet. Multorum deinde, quæ passim hac de re conscripta circumferuntur, nec comtemnenda, nec inutilia proflus, commendataria, eorum auctoritas, quæ magni apud me ponderis semper fuit, qua intelligebam ea, quæ longo etiam studio, licet & perigli cura, elaborata sunt, in multos tamen annos esse differenda, domiq; custodienda, vt, quæ feruenti nimis animo cursum, ac quotidiano labore molliuntur, refrigerato inuentionis ardore, assidue limari, & accuratori stylo expoliri possint. quod melius multo atq; vtilius esse constat, quàm iam semel emissa reuocare, & sera castigatione propriam negligentiam, ne dicam ignorantiam, & incertitiam, excusare. Accedebat, quod, & si decem perpetuos annos omnem meam operam docendo consumpseram, in tanto tamen scriptorum cœtu ac perelebri numero adhuc parum idoneus videri poteram, qui in tam vasto, procellosoq; & vndiq; cõturbato iuris pelago, arduos scopulos euitare, & tuto portum tenere possent. Illud etiam me ab hoc munere deterere poterat, quod nunc cum Latini sermonis elegantia ac splendor maximè uigeat, eaq; vix legantur, quæ ab orationis ornamentis abhorrent, hæc mea quæ edere constitui, parum grata parumq; accepta ijs erant futura, qui in Cicerone, Casare, Sallustio, Lilio alijsq; id genus auctoribus eo cum iudicio versantur, & iam illis exprimentis ea cum religione incumbunt, ut ne voculam quidem vnã admittant, qua illi Romanæ eloquentiæ parentis vti non fuerunt, ne dum barbaras voces, quas hodie in explicandis iureconsultorum sententijs nostris libris inserimus. Poterat tandem meum à scribendo animum auertere, quod tenuis apud homines nostra adhuc sit auctoritas, quare culpa carere non videor, qui cum hæc probè præuiderim, in tantas ac tam graues difficultates me coniecerim, verum plures & grauiores rationes, vt labores hos meos qualescunq; euulgarem mihi persuaserūt. Mouit autem me in primis, ac prope reluctante impulit, quod cum quatuor iam annos, plus, minus Emmanuelis Philiberti Allobrogum ducis ac Subalpinæ huius regionis Principis Inuicissimi prudētissimiq; stipendia meream, ac summa illius fruor liberalitate, nullum hæctenus meæ erga illum obseruantia, ac in legibus enucleandis diligentia; testimonium tribuerim, quasi, uel illius erga me benignitatem parui fecerim, vel desidi in otio ignauius iacuerim, nec viribus omnibus contentam, eos, qui apud ipsum summo cum honore sunt, imitari, & quod illi sedulo die noctuque scribendo, & ad mortalium commodum egregia quotidie aliqua euulgando faciunt, ipse etiam pro uirili non faciam. quando quidem bonos æmulari, & eorum sequi vestigia, atque adeo (si cum ipsorum pace fiat) eos etiam in literali palestra antecellere conari, laudabile, ac honestum esse videatur: illorum planè exemplum mihi admirandum proponere debebam, qui in hac academia nostra, summa cum omnium admiratione bonas omnes artes, ac ingenuas disciplinas publice profitentur, ut Aymonis Crauetæ Iureconsultorum primarij compatriſq; mei, cuius Delphica responsa, & insignes interpretationes summo omnium consensu valde probantur, vnus Francisci Vicomercati Mediolanensis Philosophorum principis Serenissimi Ducis nostri à secretis consiliarij, qui latinè, & græcè scribendo ac docendo Platoni ac Aristoteli, non ceteris modo, palmam præripuisse videtur, ut vnus Ioannis Argenterij Athenensis, qui Galeni medicorum signiferi errores, & incertitiam adeo detexit, vt ipse illum non æquasse modo, sed longè superasse videatur, ut demum vnus Cynthij Io. Baptistæ Giraldi nobilis Ferrariensis, qui artem docens oratoriam, Ciceronem eloquentia, Demosthenem facundia emularis vt insignis philosophus, sic latinè græcè, ac Tusco idiomate scribendo, tum soluta oratione, tum rythmo & suo & patriæ honori consulere diligentissime studet. Ceteros silentio inuoluam, qui summa cum studiosorum iactura in hac nostra academia docendi munus ad maiora & grauiora vocati deferuerunt, in quorum numero est Antonius Goueanus Iureconsultus toto terrarum orbe celeberrimus Serenissimi Ducis nostri à secretis consilia-



rus qui ita Bartolo aduerfatur, viro alioqui doctiffimo, & inter noftros magni nominis inter-  
preti, ut illius adhuc manes propriam agnofcere poffint incitiam, propriofq; errores fateri :  
addo Bernardinum Paternum qui Pataulum, fummo cum illius Academiæ ornameto conce-  
dens, hanc reliquit orbatam, quanta horum uirtus fit quantaq; doctrina, hæc Montis regalis  
Schola cum illis caruit magis cognouit, quam cum frueretur. Sed quid hoc recenfeo, quorum  
docendi & fcribendi munus eft proprium, cur non eos potius refero, qui cum apud Sereniffi-  
mos Duces noftros funt maioribus detenti negotijs grauioribusq; impliciti muneribus opti-  
mo iure excufari poffent, fin minus ad fcribendum animum appluliffent, tamen ifti ipfi ne in  
otio fine negotio degant fcribendo omnem fuam ætatem insumunt? quis enim non admire-  
ri & maximè fufpiciat Hieronymum à Ruere Taurinensem Archiepifcopum, virum religio-  
ne, fide, pietate, animi integritate, prudentia, uigilantia, nemini certè, qui færo fæctæ  
Romanæ ecclefie decreta portraçter, fecundum. hic, ut eft fcientiarum omnium luminibus  
egregiè ornatus, fic in fcribendo fedulam nauat operam : teftatur hoc, quæ fumma eius cum  
laude in omnium ore funt, poemata, habita ad maximos imperatores & Reges orationes,  
Theologica, & Philofophica præclariffima comentaria, quæ iam emiffa & enulgata elle intel-  
ligo. Hic cum Iulij fecundi à Ruere Pontificis maximi veram referat prudentiã & integritatem,  
ne dicam effigiem, tantam fui apud omnes omnium ordinum homines expectatorem  
concauit, ut frequens, nec vanus quidem (ut arbitror) de eo fit fermo, poft purpura-  
rum galcerum, quo Pij. 4. Pontificis nunc maximi liberalitate donabitur maioris fui Iulij fecun-  
di aliquando, locum obtenturũ. Hic cum principibus noftri Sereniffimis gratiffimus fit, fic  
fe bonarum literarũ cultoribus beneficium & officiofum præbet, ut illius benignitati omnes  
plurimum femper debere ingenuè fateantur. Huius ego benignitati ac liberalitati plus deo  
quam foluendo fim, tum quod de me publice, & priuatim honorifice locutus eft; tum quod  
Hieronymum Scarampum Iureconfultum integerrimum auditorem olim noftro manu laurea  
donatum, ut fuam fuftineat perfonam, fuafq; in ampliffimo illo Archiepifcopatu  
vices gerat, conftituit, tantoq; muneri maximo cum iudicio præficit. Quis præterea non ad-  
miretur, & maxime fufpiciat, Thomam Langufcum Scropianæ comitem, Sereniffimi Ducis  
noftri confiliarium supremumq; cancellarium, cum iuris, & literarum fcientia prælantiffimũ,  
tũm uerò literatorũ amantiffimũ, in quã, ut vir confultiffimus & fideliffimus, confiliarium,  
qui fua prudentia vniuerfam Principis noftri moderat ditionem & imperium, & fi graui-  
ffimis penè oppreffus fit negotijs, integras tamen aliquando horas fcribendo animum oblectat,  
quo munere fibi immortalitatem comparat. Tacitus ne etiam præterito Caffianum Puthen-  
um ampliffimi Senatus Taurinensis præfidem, virum doctiffimum ac multarum rerum cog-  
nitione precelebrem? qui cum innumerabilia, ardua, atq; ampla negotia haberet, ab hoc fcri-  
bendi munere non defiffit, quod & aureæ illæ decifiones, quas propediem ad maximum ftu-  
dioforum commodum editurus eft, declarabunt, quæ vtiã sub prælo nunc effent, ne tan-  
diu nos auxios relinqueret. filentio ne inuoluam duos Ofaeos fratres Francifcum fcilicet  
præfidem Aftenfem & Octauianum præfidis vices gerentem, duo profecto legalis prudentie  
lumina. quorum alter, ut ab amicis accipi, duo fanè peregrina Decifionum volumina edi-  
turus eft. Poteram non fequi exemplum Oddineti Monfortij redditum præfidis? qui ut  
vir eruditiffimus & ftudioforum amantiffimus, fic horas, quas a grauiiffimis negotijs vacuas  
habet, fcribendo confumit. Non etiam insequenda mihi erant veftigia Georgij Prouane  
parimonialis præfidis ampliffimi, viri, omni laudum genere cunulatififfimi? qui ut apud  
varios terrarum orbis Principes orator fuit maximus, fic confultiffimus vir, huic mu-  
neri fe addicẽtum quotidie oftendit. Num etiam habendus mihi non eret præ oculis uir  
ille incomparabilis doctrinæ & modellie Philibertus Pingonius vir confultiffimus & Se-  
reniffimi ducis noftri à fecretis confiliarium, eiusdemq; libellorum præfectus? qui ut  
poetarum noftre ætatis princeps, fic noua quotidie, & peregrina emittit poemata,  
huic debent gratiffimi illi Iureconfulti, qui eius elegantiffimo carmine immortalitate  
donati funt; debemus ei & nos, quod fcholæ noftre legendæ diligentiffimum modera-  
tor exiffat. Potuit ne me etiam mouere exemplum confultiffimi uiri ac euifdem Principis  
noftri à fecretis confiliarii Petri Belli qui fummo ftudio ac diligentia egregia illa de re mi-  
litari commentaria edidit, in quibus non eft, quod defiderent bonarum artium ftudiofi, uel  
fermionis puritatem & eruditionem, uel hiftoriarum cognitionem, & quæftionum, que in  
cafris ex factò eueniunt quotidie, explicationem. Quid referam Balthafarem Rauojram uirum  
confultiffimum: eiusdemq; Ducis noftri à fecretis confiliarium fummadq; mihi dum  
Papæ docerem; familiaritate, (quæ ipfius fuit humanitas) coniunctum: Hic fumma ex-  
pectationis adolefcens & vix ex ephelis excedens, ueluti Numa alter Pompilius, Tarquinius  
uè Prifcus, uel Scipio Africanus, ad illos affumptus eft honorum, & dignitatum apices, ad  
quos non nifi ætate maturi, ac longa rerum experientia præditi affumi folent. Non ergo non  
potuerunt me horum exempla mouere? num eorum quoque fpectandum mihi erat confi-

lium,

lium, qui in ampliffimo Taurinensi Senatu fedent, confultiffimorum patrum, qui & fi in  
caufis audiendis, ac finiendis die noctuq; fedulo incumbant, non tamen horis fucciffitis  
ab hoc fcribendi munere abftinent: Teftis eft locupletiffimus Cacheranus, uir me fententia  
integerrimus, cuius Delphica aliquando refponfa, et in tenera ætate longo ftudio lucu-  
brata, fumma cum ftudioforum uilitate in lucem prodibunt. quæ, ut quam primum emittenda,  
curetrogo illius filius Palgmon patris nunc loco non immerito Principis liberalitate fuff-  
fectus, & dignus omnium confenfu iudicatus, qui quafi nouus Athlas tantam molem patris  
loco fuftinet: teftes funt & ampliffimi duo illi uiri, Carolus Malopera, et Antonius Thefaurus,  
qui doctrina, humanitate, integritate ac modestia, fe omnibus amabilis ac admirabilis  
præbent, hi Ciceronem facundia, & Demofthenem dicendi fauaitate antecellunt. teftis eft  
quoq; uir diligentiffimus Iuuenalis à Coffaforti, qui ut de legali noftro philofophia fe optime  
meritũ oftenderet, eruditiffima illa & peracuta in Inftitutionũ libros Cõmentaria edidit, quæ  
docti, & eruditi omnes laudant, & colunt. Sunt tandem teftes uiri duo toto terrarum orbe  
celeberrimi. Dragus & Franc. à Ponte, qui dum immortalem fibi parare famam anxie con-  
tendunt, nullum non mouent lapidem fcribendo ac afidue his ftudijs inuigilando. Sed quæ-  
fo, qua ratione fit, ut non commemorem uiros doctiffimos, & ampliffimos, qui & fi iuris  
prudentiæ, noftriq; his legalibus ftudijs non incumbant, diuina tamen eorum medicina,  
et ad eam illuftrandam doctiffima ipforum monumenta, eos, Aefculapium, Hippocratem ab  
inferis excitatos referre oftendunt: Sunt inquam duo ij Marcus Antonius Capra & Ludo-  
uicus Demolinus Kochafortis, quorum alter Emmanuelem Philibertum Ducem noftro  
inuiciffimum, alter Sereniffimam eius coniugem Margheritam Valfiam ab omni noxio  
morbo, pefiffimiq; agritudinibus tuetur. hos, quos maximos habui ad ftudia mea antefi-  
gnanos, quos & colo plurimum, & plurimum ueneror, me fuo exemplo hortati funt, ut often-  
derem quicquid in me erat otij ac à publico munere ceftationis, id omne publice ftudiofo-  
rum utilitati tribuiffie. Qui enim fieri poterat, ut tantorum patrum uirtus & diligentia me uel  
torpẽtem à fomno non excitaret? Volui planè ego etiam Diogenis exemplo, dolium meum  
non bene fatis perpolitum, purgatũque furfum ac deorfum uoluere & reuoluere, ut hic  
falem otij mei fructus extet. Accessit præterea, quod animaduertebam in foro & iudicijs,  
quin & in gymnafijs frequenter hæc adeo uerfari, tum præfertim in hac una Subalpina regio-  
ne, ut nil aliud apud Iudicum fubfellia perfonent Aduocatorum uoces, quã ad poffeffio-  
nem deperditam eiectum reftitui, reintegrariq; debere: qua in re etiam non mediocriter ali-  
quos falli cognoſcebam, non certè ipforum incitiam, fed quod maiorum noftroꝝ interpre-  
tationes, ita præfuit, confufæ, & fubofcure circumferebantur, ut uix dignofci poffet, quid  
obferuandum, quid uitandum foret. quare apud me non parum potuit multorum magnæ au-  
ctoritatis iuris confultorum iudicium, ac defiderium, qui id uirũ à me fepe numero contendere  
runt, ne ulterius editionem hæc differrem, ne ue eos diutius hac expectatione torquerem. Ho-  
rum ego auctoritatibus & ftationibus acquiefcendum omnino effe putauit, cum præfertim in  
telligerem aliorum Commentaria, quæ hac de re confcripta funt, tum mutila & manca effe,  
tum ignoratione temporum perplexè & inordinate tractata, & explanata. ipfe autem fufce-  
pi laborem, hoc tempore omnibus ut putauit, futurum utiliffimum, ut, pro annorum ratio-  
ne, hæc fcriptis mandarem: nemo eft enim ita mediocriter in hac legali philofophia uerfatus,  
qui non intelligat, quanta fit uis cognitionis temporum: Hinc factum eft, ut me Iuftiniani fan-  
ctio non deterruerit. quin ea ratione ab incepto non deficti, quodd pro lege obferuari cer-  
nerem, licere omnibus, non ordinate modo interpretari, & altos legum fenfus aperire, fed  
& pro uia cuiufq; libidine obfcura obfcurioribus tractare, & quæ clara funt conturbare,  
ac omnia tandem quouis Dedaleo labyrintho inextricabilia reddere. amicorum autem ac  
beneuolorum monitis paruiffem libenter, & Horatio uos fuiffem confilio, nifi me alio-  
rum complurium doctiffimorum uirorum (quos in confilium editionis huius affumpfi)  
authoritas, & afidua uox, me reluctante impuliffet. iam enim cum primum hæc ipfa com-  
mentaria perlegiffem, fupra modum probauerunt, atq; lectione & auribus eruditorum di-  
gniffima effe cenfuerunt, quare clamoribus conquerebantur, cur hæc tandiu fupprime-  
rem, eosque tam longa mora fruftrarem. pluribus item fua debebant non parum exiftimati-  
onem me confultum tri, fi hæc ederem. Quam obrem nunc demum ftatui illorum uotis fatisfacere,  
eorumq; obfequi uoluntati, laudabili effe exiftimas, cum bonis & beneuolis errare,  
quã nimis fapere, tum quod hominem errare, nec nouum eft, nec omnino indecorum, fi  
modo, quos nouerit lapfus corrigere fe paratum profiteatur. nec enim ipfe egreffam à  
doctioribus, eruditoribusq; reprehendi (fi modo non liuido dente, caninoque morfu, fed  
amicè mecum agatur) quin & ante alicuius caftigationem, fi qua in parte me lapfum intel-  
lexero, eorum fequar exempla, qui quemadmodum prudentiffimi fuerunt, fic ne pofteri er-  
rarent, quæ à fe male tradita animaduortent, lubenti animo correxerunt. fecit id diuus  
Auguftinus facrofandæ Romanæ ecclefie doctior celeberrimus: fecit id Hippocrates arte  
ij medica

medica clarissimus fecit. M. Tullius, qui post habitis Rhetoricorum libris, quos in tenera adhuc ætate conscripserat, de oratore ad. Q. fratrem scripsit. fecit & Fabius Quintilianus, qui, ut duos de Rhetorica à se editos libros corrigeret, duodecim illos celeberrimos composuit. quod si laudi attributum uiris illis doctissimis fuit: quis quæso mihi uitio uertet, si his ducibus, re id postulante, palinodiam canam? id mihi uertatur pertimescam? certe ueritatem in tenebris delitescere nõ hñã, si illã aliter se habere, quàm nunc scribã cognouero. quare nec fera nimis, nec viro candido & ingenio indigna erit excusatio. At si scopolus euitare, & porcum tenere non potero, non secus mihi continget, ac alijs multis, qui & si suam omnem scribendo ætatem consumpserint, non tamen se aliqua in parte non errasse ac lapsos non esse, fateri possunt, aut debent. quamobrem si illis iure ob maximam rei perplexitatem ignoscendum est, quare non mihi, qui penè Tiro in hanc arenam descendit. Quod autem Latini sermonis puritatem & candorem diligenter non obseruauerim, illud fuit in causa, quod horum temporum iureconsulti cum Barbaris & Latine lingue non satis eruditus versantur: nunc planè illa præfici sermonis facundia & magna illa dicendi uis, quæ olim in causis agendis primas obtinebat, minime viget: solemus enim (quando hic nostrorum temporum tuiti abusus) Ciceronis ac aliorum optima cõmentaria tinctis relinquere, solumq; cū Bartholo ac huiusmodi hominibus res nostra agitur, qui ueluti altam noctem vagantes, nos pariter, ut plurimū ad perobscuras tenebras adducunt. Accedit, præterea, quod hac ferrea ætate uiuimus, qua si politiori lingua, & quæ in iudicijs apud forenses rabulas triualis non sit euulgentur aliqua, quæ iure politiores literas postulant, exhibentur, exploduntur, ac ut insanus illorum auctor irrideri solet quorū sanè stultum iudicium & vanam irrisionem magni facere non soleo, quippe ab his laudari laudabile non esse intelligo, verum cū, quæ scribimus, non doctis solum, sed omnibus & ijs præcipuè, qui in iudicijs & in iudicium subfellijs assidui sunt, timendum mihi maximè fuit, ne, in cassum conatus nostri, quos ad mortalium commodum conferimus, in lucem prædierent. Et cum apud eruditos faciliorem excusationem inuenire ualeam, facientium ita mihi fuit, ut & aliorum accusaciones effugerem, intelligent sanè docti ac eruditi, me non oratorem, sed interpretem agere, nec ad ingenij ostentationem, uel commendationem potius hæc scripsisse: quare, non, ut quidam magister atque artifex hos scripli commentarios, sed quasi vnus è togatorum numero atq; ex forensi usu homo mediocris, modicæq; (vt ingenue fatear) adhuc auctoritatis, quæ si uel laboribus immentis, assiduisque uigilijs augeri potest, augendam illam esse non mediocriter spero & confido, non enim prius illis cedere decreui, quam me, uel mortalibus aliquid profuisse, & posteritati consuluisse agnoscant omnes, priusquam ex hac corporis custodia excedam: ita autem lector beneuole D. Op. Max. rerum omnium parentem roga, ac assiduis precibus obsecra, vt honestis his nostris votis faueat. Vale. ex Monterégali Piedemontium. Decimo Calen. Augusti. 1565.

## CYNTHII IO. BAPTISTAE Gyraldi nobilis Ferrariensis.

*Quisquis Cæsareas optas cognoscere leges,  
Senaque Pomificum, & iuris dissoluere nodos,  
Difficiles nimium nodos, sensusque repositos  
Discere, nigra nix penitus caligine, pulsa,  
Huc ades, & summa qua dat Menochius arte  
( Ingenij & monumenta simul laudabilis oris)  
Perlege, nam multa nexos ambage resolut  
Hic sensus, caeca hic legum penetrata pandis,  
Dimouit nebulas, & qua latere recludit,  
Præluens alijs, ceu fax dans lumina nocti.  
Qua lege eiectos ponas florentibus agris  
Hic docet, & quonam reddantur prædia iure  
Antiquis dominis, si uis ea dempserit illis;  
Ut Pax alma urbi miteat, populusque quiete  
Caudeat, & nullas tæxat lingua improba, rixas  
Venalis lingua, & tenui quæ addita lucello  
Omnia confundens, miscet quadrata rotundis,  
Et, modo lucretur, uanas serit undique lites,  
Quas sedat docta hac prorsus Menochius arte,  
Ut fas atque pium uigeat, discordia demens  
Exulet, & rauca haud quatiã subfelliã uoces.  
Quas tabula effundit fora iudicialia tractans.*

## Petri Marii à Pingon Allobrogis Iurecon- sulti & Apostolici Protonotarii.

*Te Duce quod Themidos sacra ueris insula me me  
Versus pro meritis dat mea Calliope  
Quos celsò sculpsit libro Cyllenius ales  
Conditi ubi doctis mystica iura uiris  
Quæ nec auara dies umquam delebit ab ipsis  
Atinois Marium, Menochiusue libris.*



PHILIPPI ROBERTI  
Cabilonensis.

Cum mysteria Iuris, & Meandros  
Uicturis parat explicare chartis  
Anistes Themidis sacer Menochus:  
Tam docte facit hoc, & eleganter  
Ut nil limpidius, politiusque  
Doctorum tulerit seges priorum.  
Ut si Bartolus ille, & ille Iason,  
Aut si quis fuit illius caetera  
Magni nominis, inclytaeque fame  
Nunc ab Elysiis rediret oris,  
Et docti legeret librum Menochi,  
Præreptam sibi iuris extricandi  
Laudem diceret, & iuum Menoche  
Nervaretur acumen, & lepores  
Facundo modo predicaret ore.  
Ergo iam studiosa te iuuenius  
Doctorem recolat, tuasque laudes  
Plenis personet, hinc, & hinc theatris.  
Nempe & cum gracili mea Camænam  
Quamvis pessimus omnium poeta;  
Gratulor tibi, gratulor libello.

Τὰς ἀνείρον ἴσαστ' ἀμενον.

Ἀντιπαρατάξις Μηνώχου καὶ Ἀλκιάτου ἐκδοξολόγω  
νομικῆς ἐπιστήμης ἡγμένων.

Μηνώχος καὶ Ἀλκιάτος δικαστοὶ ἀμφὶ  
πολλὰς τῆς ζωῆς συνζυγίας ἔχοντες  
ἀμφοτέρους γὰρ τ' ἀστραὶς ὡς παῖδας ἴδοντες  
φοῖβος ἐν ἀπῆκτῳ περιστάσει μετ' ἄλλω  
ἀμφὶ τ' αἰὶ ταύτην ἡχέτην καὶ πατρίδα γαίαν  
ἀμφοῖσιν νομικαῖς ἀξίαις ἐν σελίσῃ  
ἀλλὰ τὸ συμπάσις ἐστὶ μέγιστον ὅτι καὶ ἀμφοῖν  
τὸ κλέος ἐν στένοισι κἀστέλει ὀφείλονται.

Φίλιππος ῥωβέλιος ἐποίησεν.

IO. PETRI FERRERII  
Astensis legum Studiosi.

Legalis studii patres  
Allecti neieres lumine fulgido  
Cum sudoribus additis  
Quicquid lucidius trudere posteris  
Quibant, qua decoris sui  
Lethe somniferos post latices notam  
Aeternam parerent, dabant  
Sacratas tabulis perpetuae cedri.  
Illis, qui tenui gradu  
Partes difficiles; atque graues magis  
Tentarunt; cerebro & leui,  
Immortalis honos conditus exstitit:  
At tu, qui, calamo replens  
Carthas doctiloquo ex ordine; conficis  
Perfectum Sophiae iua  
Membrum, & iuridicis promere non negas.  
Nullus non dubitat quidem,  
Quin illos superes perpete gloria.  
Ergo viue hilaris diu,  
Thesidis repetes munera Virbii.

SERIES ET ORDO  
 QVAESTIONVM TRACTATVS  
 RECVPERANDAE POS-  
 SSESSIONIS.

*Ex primo Remedio Interdicti unde vi.*

- Anteludia aliqua facillioris declarationis gratia.
- 1 **A** Regula, spoliatum ante omnia restitui, utrumne odiosa vel fauorabilis sit.
- 2 Remobili spoliatus an ante omnia restituatur.
- 3 Spoliatus an agat contra eum cuius nomine spoliatus fuit.
- 4 Colonus conductor similisve detentor spoliatus, an ante omnia restituatur.
- 5 Vfructuarius spoliatus, an ante omnia restituatur.
- 6 Emphyteuta spoliatus, an restituatur ante oia.
- 7 Spoliatus suspicans posse repelli cum reuertitur, an ante omnia restituatur.
- 8 Spoliatus quasi possessione rei incorporalis, an ante omnia restituatur.
- 9 Vassalli seu feudatarius feudi possessione uel quasi spoliatus, an restituatur ante omnia.
- 10 Spoliatus per vim compulsivam, an ante omnia restituatur.
- 11 Prædo spoliatus, an restituatur ante omnia.
- 12 Clam spoliatus, an restituatur ante omnia.
- 13 Singularis successor, an hoc interdictio conueniri possit.
- 14 Successor uniuersalis & hæres, an hoc interdictio conueniatur.
- 15 Spoliatus qui passus est litem super petitorio tractari, quomodo & quando ante omnia restituatur.
- 16 Spoliatus an restituatur ante omnia cum de dominio ex sua confessione constat.
- 17 Spoliatus an ante omnia restituatur cum de dominio ex publicis Instrumentis constat.
- 18 Spoliatus an restituatur ante omnia cum per testes de dominio constat.
- 19 Spoliatus an restituatur ante omnia, cum exactis Iudicialijs de dominio constat.
- 20 Spoliatus an restituatur ante omnia, cum per sententiam de dominio constat.
- 21 Spoliatus an ante omnia restituatur, si spoliator offert probationes incontinenti super dominio.
- 22 Ingressus possessionem ex pacto uel licentia antiqui possessoris, spoliator an dici possit, ita ut antiquus possessor ualeat ante omnia restitui.
- 23 Renuntiatio iuris spoliati post spoliationem facta, an spoliatum impediatur restitui ante omnia.
- 24 Pactum de non agendo possessorio à spoliato post spoliationem factum, an eum ante omnia restitui impediatur.

- 25 Iurans non agere possessorio posteaquã fuit spoliatus, restitui ante omnia an possit.
- 26 Pactum de non agendo possessorio à spoliato an re spoliationem factum, an eum restitui impediatur.
- 27 Renuntians dominio rei ante spoliationem, an restitui ante omnia possit.
- 28 Spoliatus an ante omnia restituatur, si ex restitutione damnum potest sequi irreparabile.
- 29 Spoliatus an ante omnia restituatur, si inde scandalum fit nasciturum.
- 30 Spoliato restitui petens, obijci crimina delictaque an possint, ut restitui impediatur.
- 31 Excommunicationis exceptio, an impediatur spoliatum ante omnia restitui.
- 32 Spoliatus an restituatur ante omnia, cum tertius rem esse suam excipit.
- 33 Spoliatus restitui petens, reconueniri an possit.
- 34 Restitui petens ex capitalis pacis, an ante omnia restitui debeat.
- 35 Tyrannus spoliatus, an ante omnia restitui possit.
- 36 Ciuillissimus possessor, spoliatus an dici possit, ut ante omnia restituatur.
- 37 Spoliatus an ante omnia restitui debeat, quoad fructus & ceteras accessiones.
- 38 Filiusfam. an in hoc iudicio sine patris consensu esse possit.
- 39 Spoliationis tempus, in libello in casu huius remedij adijci an debeat.
- 40 Spoliatus iure sepeliendi cadauer, an ante omnia restitui debeat.

*Ex secundo Remedio Conditionis Indebiti.*

- 1 Concurrere quæ debeant ut huic remedio locus esse possit.
- 2 Dominij exceptio hoc remedio agendi obijci an possit.
- 3 Dominio rei an hoc remedium concedatur, ad solam auocandam possessionem.
- 4 Quo domino consultum sit aduersus eum cui cum indebitè rei possessionem tradidit, is re ipsam perdidit.

*Ex tertio Remedio ex actione Triticaria.*

- Quæstio una, qua declaratur quod ad rem ipsam pertinet.

*Ex quarto Remedio Ex. l. si me & Titium ff. si certum petat.*

- Quæstio una, qua multis declarationibus quod ad rem ipsam pertinet, declaratur.

*Ex quinto Remedio ex. l. extat. ff. quod meus causa.*

- Anteludia aliqua declarationis facillioris gratia.
- 1 Creditor rem diuersam a sibi debitam occupans, ius suum an perdat, & ante omnia possessionem restituatur.

- 2 Creditor rem sibi debitam occupans ex iudicis in competentis licentia, an ius suum perdat.
- 3 Occupans rem ratione sibi debita: seruitutis, an ius suum perdat.
- 4 Creditor capiens sua auctoritate debitorem, an ius suum perdat.
- 5 Creditor occupans, rem suo debitori à tertio commodatam, vel apud eum depositam, an ius suum perdat.
- 6 Creditor sub conditione, pendente illa, an rem debitoris occupans, ius suum amittat.
- 7 Debitoris sui fugitivi bona occupans, an ius suum perdat.
- 8 Creditor, an ius suum ex hac occupatione perdat si occupandi ex pacto debitoris ius habuit.
- 9 Legatarius rem legatam sua auctoritate occupans, an ex hoc remedio ius suum perdat.
- 10 Filius ratione legitimæ rem hereditariâ occupans an ex hoc remedio ius suum perdat.
- 11 Creditor pro dimidia crediti rem debitoris occupans, an integrum creditum amittat.
- 12 Creditor occupans res fideiussoris sui debitoris, an ius suum adhuc perdat.
- 13 Dominus occupans locatam domum vel fundum, ob non solutâ à conductore pensionem, an ius suum perdat, ex hoc remedio.
- 14 Iusta causa, an excuset creditorem rem debitoris occupantem, & quæ iusta causa dici possit.
- 15 Constitutiones hæc, an in omni uiolentiæ genere locum habeant.
- 16 Creditor isto occupans, an ipso iure, suum ius perdat.
- 17 Dolus, an temeritas in creditore hoc sua auctoritate occupante, an requiratur, ut ius suum perdat.
- 18 Singularis successor, an hoc remedio conueniri possit.
- 19 Quæ fuerit ratio, quod contra singularem successionem locus est huic remedio, & non interdicto unde vi.
- 20 Quæ fuerit ratio, quod actio, quod metus causâ sit in rem scripta, & non actio de dolo.
- 21 Exceptio dominij obijci an possit agenti ex hoc remedio.
- 22 Appellare, an liceat à lata sententia, in casu huius Remedij.
- Ex sexto Remedio Ex l. i. C. si per uim uel alio modo.*
- Anteludia aliqua facillioris declarationis gratia.
- 1 Nouum an hoc sit recuperande possessionis remedium præter interdictum, unde ui.
- 2 Absens causa iniusta & factio seruorum ac administratorij spoliatus restituatur, an ante omnia ex hoc remedio.
- 3 Seruus uel procurator domini absentis nomine, an restitui petere possit, ad possessionem, quâ seruus uel procurator specialis illius rei relictus possessor, amittit.
- 4 Creditori absentis iure sui crediti spoliato, an hoc remedio sit succursum.
- 5 Seruus nomine absentis domini recuperans possessionem amissam, an iuramentum calumniæ præstet.
- 6 Seruus iste sic agens, an de defendendo cauere teneatur.
- 7 Seruus iste sic agens, an de rato cauere teneatur.
- 8 An hæc constitutio de seruo loquens, & in pupillo locum sibi uendicat.
- 9 Seruus iste uel alter nomine absentis agens si succumbat, an absentis præiudicium adferat.
- 10 Seruus pro absente intentare, an hoc casu possit remedium ex l. si quis in tantam. C. unde ui.
- 11 Reconueniri, an possit iste seruus.
- 12 Seruus iste, an & fructus absentis nomine recuperet.
- 13 Si dominus præsens deiciatur, & abesse incipiat, an huic remedio locus esse possit.
- Ex septimo Remedio ex l. Inuasor C. unde vi.*
- Anteludia facillioris doctrinæ gratia.
- 1 Nouum, an hoc sit recuperande possessionis remedium.
- 2 Quæ sit huius remedij utilitas, & cui concedatur.
- 3 Quomodo differat hæc quæstio ab illa. l. ultima. C. unde ui.
- 4 Error qualis esse debeat, ut excusetur inuasor.
- 5 Negligentia prioris possessoris quâta esse debeat, ut excusetur inuasor.
- 6 Possessor mediatus, an ut inuasor hoc remedio cõueniri possit.
- 7 Constitutio hæc, an in feudalibus locum habeat.
- Ex octauo Remedio ex l. meminere. C. unde ui.*
- Anteludia clarioris doctrinæ gratia.
- 1 Spoliatus iudicis auctoritate, quomodo & quando, ante omnia restituatur.
- 2 Spoliatus principis auctoritate, quomodo & quâdo, ante omnia restituatur.
- 3 Actores & administratores, cuiusuis absentis domini cõueniri in casu huius remedij possunt in finetur sententia.
- 4 Praxis citandi actores loco absentis domini ut illis in finetur sententia.
- 5 Libelli forma quæ in hoc remedio.
- 6 An in sententia distinctiua uel interlocutoria loquatur constitutio hæc nostra.
- 7 Dominus in casu nostræ constit. quis dicatur.
- 8 Tutores pupillorum an hæc constitutione teneantur & si non colluserint cum aduersario.
- 9 Actio quæ concedatur cum ex tutorum collusio occupata res est.
- 10 Pupillus & minor, an in casu huius constitutionis dominij exceptionem obijcere possint.
- 11 An hæc constitutio locum habeat in ecclesia si prælatum rem occupet.
- 12 Ingressus nulliter auctoritate iudicis, cum ex pacto sponte possidet, an incidat in pœnam huius constitutionis.
- Ex nono Remedio ex l. si quis in tantam. C. unde ui.*

Antelud.

- Anteludia facillioris doctrinæ gratia.
- 1 Constitutio hæc an locum habeat contra mulieres alterius possessionem inuadentes.
- 2 Miles & Rusticus aliena inuadentes, an huius constitutionis pœna plectantur.
- 3 Pupillus & minor aliena inuadentes an hæc pœna plecti possint.
- 4 Pater inuadens rem filij, uel patronus rem liberti an pœna huius constitutionis puniri debeat.
- 5 Filius occupans bona patris, an hæc constitutione teneatur.
- 6 Filius uel seruus inuadens aliena, an efficiat ut seruo nomine teneatur Patr. uel Patronus organo spoliatum.
- 7 Filius occupando bona aduentitia penes tertium existentia, an patri in suo usufructu præiudicet, & ipse proprietatem perdat.
- 8 Furiosus uel mēte captus occupans aliena, an pœna huius constitutionis plecti possit.
- 9 Prodigus occupans aliena, an in huius constitutionis pœnam incidat.
- 10 Prælati, Tutor, & similes, aliena, nomine ecclesiæ uel pupilli occupantes, ecclesiâ uel pupillum huic pœnæ an supponant.
- 11 Vniuersitas an pœna huius constitutionis teneatur, si illius incolæ & ciues aliena occuparunt.
- 12 Credens possidere eum non possideat, an hæc pœna teneatur si inuadat.
- 13 Reuertentem non admittens, an incidat in pœnâ huius constitutionis.
- 14 Reuertens si repelli suspicetur, an iustam causam præstet excusationis occupatori, ut huius constitutionis pœnam euadat.
- 15 Magistratus aliena inuadens, an in huius constitutionis pœnam incidat.
- 16 Occupator pœnitentia ductus, si rem restituat an in pœnam nihilominus huius constitutionis incidat.
- 17 Occupator si perfectè adhuc rem non occupauit, an incidat nihilominus in huius constitutionis pœnam, si ab aduersario spoliatur.
- 18 Dominus recuperans ex interuallo, an nihilominus agat aduersus occupatorem.
- 19 Dominus recuperans incontinenti, an incidat in pœnam huius constitutionis.
- 20 Pater affectans priuari bonis occupando aliena, an ad filiorum detrimentum incidat in pœnâ huius constitutionis.
- 21 Clericus, qui episcopo inuito uult beneficio renūtiare, hæc cautela an uti possit, ut alterius possessionem inuadat, ut suam perdat.
- 22 Commodatario, an concedatur hoc remedij contra occupantem possessionem rei commodatæ.
- 23 Dominus auterens rem à fure fugiente, an in huius constitutionis pœnam incidat.
- 24 Ciuilitur possidens, si clam naturalem possessorem spoliat, an incidat in pœnam huius constitutionis.
- 25 Concurrentibus possessore, detentatore, & proprietario, quorum alter præferatur in actione contra occupatorem.
- 26 Creditori contra debitorem pro ablato pignore, an concedatur hoc remedium.
- 27 Debitori contra creditorem pro occupata possessione rei pignorata, an concedatur remedium hoc.
- 28 Legatarius rei legatæ possessionem occupans, an incidat in pœnam huius constitutionis.
- 29 Filius occupans rem hereditariam suæ legitimæ causâ, an incidat in pœnam huius constitut.
- 30 Heres sub conditione institutus, si ante conditionis euentum hereditatem occupet, an incidat in pœnam huius constitutionis.
- 31 Occupans rem communem, an in huius constitutionis pœnam incidat.
- 32 Vsufructuarius occupans proprietatem ex qua percipit usufructum, an illum perdat.
- 33 Vassallus occupans rem feudalem, an ius sui feudi perdat.
- 34 Clam alterius possessionem ingressus, an in pœnâ huius constitutionis incidat.
- 35 Mobilia occupans an incidat in pœnam huius constitutionis.
Declaratur tertio, non procedere, cum concluditur rem plenè restitendam, vel liberè relaxandam, tunc enim dicitur motum iudicium petitorium, sic prater Soci. d. l. rem qua nobis nu. 14. vers. aduerte tamen &c. cõsultis respondere Alex. conf. 96. nu. 1. 2. lib. 5. Rui. conf. 13. nu. 1. li. 4. Riminal. conf. 98. nu. 3. lib. 1. licet fas in l. naturaliter §. nihil commune nu. 183. de acquir. poss. subobscurè aliquatulum hac de re loquatur, quod & facit Ripa. nu. 197. idem probavit Neuiza. conf. 68. nu. 2. eam reddunt crebriore sententia ratione, quia res obtenta in iudicio possessorio potest retractari & de ea cognosci sui natura in iudicio petitorio. l. vnica. C. si de mo. poss. fuer. appell. l. & an eandem §. vlt. de excep. rei iud. si ergo petatur rem liberè restitui t uel pleno iure relaxari, dicitur petitem rem restitui sine spe futurae retractationis cap. i refragabili. de off. ord. talis enim est horum verborum significatio; ut dixit Alexand. d. consil. 96. nu. 2. & Craue. conf. 122. nu. 5. 6. & prater eos sic Decius conf. 131. in princ. consil. 360. nu. 5. & in cap. quae in ecclesiarum. nu. 3. de constit. Ruin. conf. 18. nu. 6. conf. 84. nu. 9. conf. 100. num. 4. & conf. 219. num. 3. lib. 1. Corne. 95. 329. num. 6. lib. primo Socinus Sen. consil. 13. in fi. l. i. conf. 170. col. 5. in principio li. 2. Goza. conf. 47. nu. 9. conf. 58. nu. 2. Cur. lun. consil. 2. num. 3. qui verbum liberè huius esse significationis, ostendunt. sic & idem in verbo, Pleno iure, cum is rem pleno iure habere dicatur, qui absolute est dominus & alienandi distrahendiq; potestatem habet, ut illo tex. adductus censuit Bal. in l. femina. §. illud in fi. C. de fecin. nup. que post Ruin. conf. 1. nu. 21. conf. 121. nu. 7. lib. 2. est secutus. Craue. in responso edito pro Republica Saviiliani nu. 130. in fi., cui addo textum, in l. Iulianus. l. 1. §. vlt. de rei vend. in l. mater quae defuncto. C. ad Tertul. quo loci idem annotavit Baldus, nam cum quis rem pleno iure

re petit, vsum fructum cum proprietate petere dicitur, vt respondit Decius Conf. 468. num. 11. qui citando textum in l. sicutum §. quamquam de leg. 2. & Baldum, censuit rem apud aliquem pleno iure esse, cum sine diminutione est, idem Decius conf. 498. nu. 10. Goza. conf. 48. num. 3. & declarat conf. 58. nu. 21. sic & plenissima possessio domini ostendere dicitur, est sing. textus in l. raptores vbi Bartol. C. de epis. & cler. Gugliel. Bened. in rep. cap. Raynuitus, prima parte, in verbo cetera bona nu. 17. de testam.

Declaratur 4. non procedere, quando in libello est facta narratio, quae & petitorij, & possessorem respicit, factaq; est conclusio in solo possessorio, tunc si in libello subiicitur clausula illa ius & iustitia fieri & ministrari; petitorium dicitur esse motum, & probationes petitorij causam respicientes ad ferri poterunt. sic post Inno. Calder. & Pan. in cap. cum dilectus. de ord. cog. docuit las. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 191. de acquir. possess. & probavit ibi. Ripa num. 199. Præc. de Marchis. q. 67. nu. 2. & in utroq; concludere idem scripsit Franc. de Marchis q. 195. nu. 4. quod intellige cum proprietatis scilicet facta est mentio in ipso libello; alioqui circa non expressa nihil operetur t clausula illa ius & iustitia fieri, vt respondit Alex. conf. 41. & conf. 117. lib. 2. Aret. conf. 17. col. 4. ad specificata. n. tantum se restringit clausula hæc, Goza. conf. 93. nu. 15. Decius in l. petens. nu. 5. in fi. C. de pactis, & alios citat Craue. conf. 151. nu. 4. & in Responso pro Genero. nu. 215. addo Ruinum conf. 19. nu. 9. lib. 4. & in nostris terminis Corne. conf. 8. num. 3. li. 1. & cof. 56. nu. 18. in fi. lib. 2. & verè idem quod Ripa supra, sentit ipse las. d. loco, & in §. omnium col. 2. 6. Inst. de actio. post Ang. Aret. ibi col. 7. vers. possit tamen opinio &c. & huius sententiae alios plures refert Neuiz. conf. 79. nu. 11.

Declaratur quinto non procedere, si esset petitum, ne molestetur t dicitur enim tunc deductum solum possessorium glo. in cap. audita in verbo molestet de restit. spol. Inno. in cap. cù ecclesia Vulerana. de electio. quos est secutus egregie respondendo Zasius conf. 11. num. 27. lib. 2. nisi essent alia verba, quibus possit comprehendì petitorium, pulchrè admodum Cassado in fuis Decis. in tit. de rescrip. decif. 6. qui videndus omnino est, etsi de rescripto verba faciat.

Declaratur sexto non procedere, quando libellus verbis illis vulgaribus conceptus fuit

19 set. peto terrenum; t cum idem sonet, quod peto proprietatem, dicitur tunc intentatum petitorium, sic clarè Alex. conf. 96. nu. 3. lib. 5.

Petitorium autem iudicium ratione suorum extremorum a possessorio differt. habet enim t petitorium duo illa extrema. Dominium ex latere actoris l. in rem actio in principio de rei vend. vel quasi dominium vt in publiciana. l. 1. de publicia. in rem actio: ex latere verò conuenti datur extremum possessio, d. l. in rem, iuncta l. qui petitorio de rei vend. quod proprie intellige in iudicio petitorio, hoc est in actione reali, in qua necesse est reum esse possessorem, ne frustra contra eum moueatur actio l. 1. C. de aliena. Iudicij muta. cau. fact. & d. l. qui petitorio & l. finau tem de rei vend. Quare quotidiè fieri solent interrogations reo, an possideat, vel dolo possidere desinet. quae sanè interrogations quando, & qua forma fieri possunt, tradit Frat. Papien. in forma interroga. fiendæ cum reo conuento actio. reali, & latissime Neuiz. conf. 5. quod non modò ad actorem pertinet ne frustra agat, sed & ad Iudicem, ne elusorium reddatur iudiciu, ut scribit Decius in cap. causam quæ 2. nota. de iud. & Neuiza. conf. 17. nu. 11.

Possessorium uerò sua habet extrema. Nam illo recuperanda t agens, qui vt recuperet agit, presupponit se antiquitus possedisse, & nunc conuentum possidere, sic probat tex. cap. cum ad sedem de rest. spolia. Soc. in l. re quæ nobis nu. 16. de acquir. possess. Decius in cap. bonæ. nu. 23. in fi. de appella. & suo loco

22 latius. In possessorio retinenda t ex latere agentis, præcipuum extremum est possessio. Et apud reum dominium, quia si actor esset & rei dominus, nõ diceretur simpliciter possessor, sed dominus. l. quæstio. de verb. sign. quod omni pulchrè docuit Franc. Conna. lib. 3. cõmen. iuris ciuili cap. 8. nu. 2. & Brache. Turonensis in d. l. quæstio. Proprie enim possessor (vt illi docent) dicitur, qui non est dominus nec esse potest, quia & si dominus possidere dicatur, non tamen dicitur proprie vt possessor possidere, sed vt dominus. & ita interpretari debet textus l. 1. §. huius autè in fi. vt possid. vt dicimus in vsu fructu, fruitur enim dominus re sua, non tamen fructuarius sed dominus dicitur. Quare improprè possessio deditur in hoc iudicio, cum alter ad alterum conuincendum, & dominium deducit seu titulum, iuxta late tradita per Bar. in l. si duo nu. 4. in fi. vt possid. cum multis, quæ, ut extra propositam materiam,

23 sciens prætereo. In adipiscenda t verò possessione non se possessorem, sed alterum vt plurimum præsupponit. & licet dominus multoties queat iure suo possessionem adipisci: ea tamen adepta nõ dicitur possidere vt possessor, sed dicitur dominus, quoniam possessio cum dominio confunditur, ut in usufructu, quo finito cum proprietate consolidatur, §. finitur Inst. de usufru.

Possessorium iudicium duobus modis tractari solet: summarie, & plenarie, t summarie tractatur ex solo implorato iudicis officio,

24 vt eo casu cum non discernitur quorum alterum contententium sit in possessione de presententi; nam ne ad amara contententes ueniant prouidet iudex prudens iuxta l. æquissimum de usufru. & tradit Cur. Senior. conf. 60. Paris. conf. 168. li. 4. las. in l. si super possessione nu. 5. & ibi Decius num. 7. C. de transf. idem Decius in l. vlti. nu. 6. C. de edict. diui Adria. tollen. hac ergo iusta ratione seruari in praxi

25 solet, t ut summarim, nulla mora interposita cognoscatur, quorū alter ex contententibus sit in possessione, ut in ea is tucatur, donec plenus fuerit cognitum, quod ante alios affirmasse dicitur Castren. consil. 3. in causa quæ uertitur coram D. vicario potestatis Pergami col. 2. lib. 2. sed ante Castren. docuit Bal. in cap. 1. col. 2. vers. quarto opponitur extra de ordine cognit. Cuius doctrinam ut egregiè admodum recipiunt omnes, Decius cof. 366. nu. 13. Marfil. sing. 543. Maleficiis &c. Ant. Capic. Neapo. Decisio n. 14. Decisio 55. Decisio n. 96. nu. 10. Decif. 189. & Decif. 209. Alciat. respon. 386. ubi rem egregiè admodum declarat. Neuiza. conf. 80. nu. 4. 5. Alba conf. 75. Plotus Nouarien. in repe. l. si quando nu. 107. C. unde ui. Gabriel Saray. in additio. ad notab. Mathes. nota 2. nu. 2. 3. 4. Joannes Corasius in l. naturaliter §. nihil commune num. 27. de acquir. possess. et nouissimè omniūq; pulchrè Didacus Couarr. Hispa. libro. Praticarum quæstionum. cap. 17. ubi praxim docet. Idem nouissimè placuit amplissimo Regio apud Mediolanenses Senatorij Politonio Mediabarbe Papiensi viro cõsultissimo, & a me nunq; satis laudato, in nondum edita subtilissima interpretatione. l. vlt. C. de edicto diui Adria. toll. ac Ioanni Cephalo Ferrariensi celeberrimo iureconsulto olim preceptoribus, & compatriote nunc meo Cephalo inq; conf. 19. in fi. procedit t enim in hac causa iudex sine ordine iudicario, iubeatq; tantu colligantibus vt deferant iura, quæ tunc habent, quibus summarim re cognita





gnita statuat quis actoris quis rei in plenario possessorio personā sustineat, nec hoc in casu esse necessarium libellum, sed recipi posse probationis sine eo egregie declarat; Marianus Socin. se. in cap. 1. col. 16. fallen. 54. de libelli obla. post Specul. & alios, quos citat desumptaq; est praxis ista ex l. liberis. §. fi. de liber. causa vt Castr. & Didacus præcitati scribunt. Iudicium hoc † recedentiam Galli, vocant, sic post Massue. in sua Præctica. in tit. de possessorio, scribit Didacus. d. cap. 17. col. 4. vt refert & Tiraq. in Tract. le mort à Saifit le viu. 6. parte declaratione 9. in fi. Rebuffus super concordia. Regis Francie in tit. de anatis vers. quinta tamen ex lege regni, & in commenta. Regiarum consilium tomotercio tit. de materijs possessio. art. 1. gl. 1. nu. 4. 5. 6. vbi latè, & egregie admodum Praxim docens scribit Guid. pp. q. 552. in materia, apud Hispanos appellatur interim, † sic Didacus, qui supra nos verò nouam prouisionē quandoq; appellamus, qua in re illud vnum

30 censeo animaduertendum, hoc dici † possessorium retinende, ut censuit egregie Bald. in h. quisquis quorum appell. non recip. quem probarunt Aret. in cap. præsentia col. 4. de proba. & Ruin. conf. 28. num. 4. lib. 4. quod vel ex eo intelligo quia, possidere vterq; contendunt, ut quia possessorium ipsum plenarium retinendū præparat. Hoc iudicij tgenus antiqui vindicias appellarunt, ut egregie annotarunt Budcius in annota. Pandect. Alcia. lib. 1. Parerg. cap. 9. Egnina. §. retinendæ inst. de interd. omnium clarius Coraf. l. 2. §. deinde ex his legibus nu. 8. 9. & §. cum placuisset nu. 17. ff. de orig. iur. & hæc possessoriij causa dicitur esse continens cuius meminit I. nulli. C. de iud. Alcia. d. cap. nono addo Celiium Rodig. lib. 17. cap. 29. Cuiacium li. 2. obseruationum iur. cap. 35. huius iudicij sum marijsimi nos tractatum non explicabimus, vt à propofita re nostra nõ parum diuersum ægemus enim fufus in tract. de retinēda possessione, quæ multa cura quandoq; edemus. interim lectorem moneo hoc † possessorium iudiciū momentaneum quæ dici posse, vt eo casu locum non habeat appellatio, vt multi intelligunt. l. vnicam. C. fi. de mom. poss. sue. appell. & hoc in casu intelligo † nouam cōstitutionē serenissimi Sabaudie Ducis nostri Emanuelis, sub Rub. Delle appellatione, & in quai casu &c. vers. dalle sentenze che si daranno nelle cause possessorie, ibi, Pero ne, is, casu doue &c. in ea enim parte est in secuta constit. iuris comunis dispositionem.

Possessorium plenarium quod diligenti ordine iudiciario tractari solet. Triplex dicitur, Adipiscende, Retinēda, Recuperanda.

34 Adipiscende † agitur, cum nouam quis adipisci vult possessionem, vt in herede, qui prædecesore vita functo se mitti in possessionem bonorum hereditatis contendit, quare femel afflicta possessione & deperdit, non amplius huic interdicto erit locus, vt est singul. glo. in cap. 1. de confess. in 6. & scribunt omnes, in §. sequē. inst. de interd. & in l. naturaliter §. nihil cōmune. ibi Rubeus nu. 42. & Fernan. in prima parte suæ interpretationis nu. 102. de acquir. possess. Retinēda † verò possessionis interdictū cæteris probabilius, ex sententia Io. Fabri in §. retinende. Inst. de interd. quod possident. ut possessioni instat, conceditur, dupliciter dicitur directū cum rei corporalis possessori ne turbetur datur, vtile cum quasi possessori rei incorporalis conceditur, vt post Bar. d. §. nihil cōmune nu. 18. scribit ibi Rubeus nu. 37. qua autē forma in praxi deducitur, docent pluribus omnes in d. §. nihil cōmune vbi Fernan. d. prima parte. nu. 107. post Bar. in l. 1. §. hoc interdictum. vti posside. latè Aret. in §. quadrupli col. pen. & si. inst. de actio. Soc. sen. conf. 59. lib. 4. Paris. conf. 13. nu. 80. conf. 112. num. 72. 74. lib. 1. 3. cum alijs quos sciens prætereo. duo hæc possessionis iudicia silentio inuoluam, cum propositum hunc nostrum tractatum non respiciant.

36 Recuperanda † uero possessionis interdictū, cuius verba facturi sumus, deiecto quem spoliatum appellamus, ut pristinam suam recuperet possessionem conceditur; cuius causa et iudices sunt cōstituti quos Recuperatores appellarunt antiqui ut pro Cecinna ostendit Cic. et declarat Petrus Crinitus de honesta discipl. li. 9. ca. 12. hoc ergo interdictū unam habet speciē à prætorie introductam, quam, vnde vi, dicimus. §. recuperanda. Institu. de interd. vis tautem, nel publica est, vel priuata, ut duo iuncti simul tituli docent. ad. l. Iul. de vi publica & ad. l. Iul. de vi priuata & omnium consensu uideo probatum publicæ uim dici cum armis fit, priuatam uero cum sine armis. §. sed ex constitutionibus; Institu. de interd. cuius rei & differentie rationem unam adfert Franciscus Duaren. lib. 1. disput. anniuers. cap. 22. cui aduersari videtur Rober. Aurelius li. 3. sententiarum iuris cap. 22. qui aliam probat, tuis autē, quinque modis committi solet, vt docet glos. in l. extat in 38 glos. vlt. ff. quod metus caus. & ibi Bartol. glo.

glo. in cap. ad audientia, in glo. 2. quod met. cau. Aret. Inst. de actio. §. quadrupli num. 24. inst. de actio. Alcia. lib. 1. Parerg. iuris cap. 34. Plot. Nouarien. repē. l. si quando nu. 63. cū multis seq. C. vnde vi. Prima dicitur esse vis expulsiua, † ob quam hoc interdictum deiecto conceditur, vt ante omnia restituitur, & solet aliquando appellari occupatio, & possessionis spoliatio ut ex multis infra dicendis intelligemus. & ideo statutum Papie. 37. in criminalibus, de pena illius qui violentiam fecerit alicui in eius possessione, & si in genere fit de molestia inscriptum, in hac tamen expulsiua habet etiam locum ut verba tex. ostendunt, ibi, deinceps spoliauerit, & paulo post, ibi, vel ipsum de ipsa possessione spoliauerit. Secunda dicitur vis ablatiua scū per uim res auferitur, asportatur, daturque tunc actio vi bonorum raptorum, non interdictum, vnde ui, quod pro mobili locum non habet. l. 1. §. illud, de ui & ui arm. glo. in l. rem quæ nobis, de acquir. possessione, sed versus an sit, suo loco dicemus. Tertia dicitur

41 vis compulsua, † qua quis compellitur face re, quod sponte aliis minimè esset facturus, agiturque; actione, quod metus causa, nec deiecto seu spoliato per uim compulsuum succurritur interdicto, vnde ui: vel alio remedio, ut ante omnia pristinae possessioni restituitur, ut suo loco ostendemus. Quarta dicitur vis turbatiua, qua † possessor perturbatur, & cui conceditur interdictum retinendæ, ut supra retulimus. Quinta dicitur in quietatiua, † pro qua datur quandoq; interdictum, quod ui aut clam, quandoq; interdictum retinendæ, cum non multum à turbatiua differat, vt docent Alciatus d. lib. 1. Parerg. iur. cap. 34. & Fernan. d. §. nihil commune in prima parte nu. 112. & si in hanc sententiam potius descendere uideatur Alcia. dari interdictum tantum, quod ui aut clam.

Interdictum ergo, vnde ui, potissimum fuit a Prætorie inuentum vt remediū, quo deiecto esset consultum, vt sine cunctatione pristinae restitueretur possessioni. alia postmodum sunt superaddita remedia recuperandæ possessionis, tam iure casareo quam Pontificio, quare opinatur Specul. in tit. de Restitu. Spolia. §. 1. nu. 11. quem secuti sunt Ripa in cap. sæpe num. 1. de rest. spolia. & Io. Corafius in l. naturaliter. §. nihil commune secunda parte nu. 110. de acquir. poss., octo esse possessionis remedia. quinq; creditur Rubeus. d. §. nihil commune nu. 46. sed ibidem Fernan. in prima parte. nu. 114. quatuordecim

enumerat. Plenius Philippus Francus in eo Tractatu quem publicum fecit, de Petitorio in primo dubio, viginti quatuor remedia recuperandæ possessionis esse commemorat. Rober. vero Mara. de ordine iudiciorum 7. distinct. iudicio. duo & viginti esse credit nos. 17. esse ostendemus, † eosq; qui difficultio rem ac in praxi utiliores habent tractatum ex ordine iuxta eorum tempora explicabimus.

45 Primum itaq; † recuperandæ possessionis remedium est, ex interdicto, vnde ui, quod his verbis conceptum erat. Vnde tu vi illum deiecisti: aut familia tua ui deiecit de eo q; ille ibi tunc habuit tantummodo infra annū, post annum verò de eo quod ad eum qui ui deiecit prouenerit: iudicium dabo. Prætoris postmodū edictum interpretati sunt Vlpianus, Paulus, Caius, Pompo. Marcellus. Iulianus, Papinia. Triphonius & Iuolenus: hoc eodem tempore alia recuperandæ possessionis remedia introducta fuisse constat, tamen si non ad interpretationem interdicti vnde vi, vt illud quod ex conditione † indebiti descendit, quæ & ad recuperandam possessionem conceditur ex l. indebiti. §. sed & si numi de cond. indeb. ut non immerito glo. in Rub. ff. de interd. & ibi Ripa num. 3. & glo. inst. de interd. in pri. & Philipp. Francus in d. disput. de Petitorio primo dubio num. 35. hanc indebiti conditionem inter remedia possessionis recuperandæ connumerauerint, tamen si (ut mox retuli) non attingat interdictū vnde vi, quod latius suo loco explicabimus, eodem met tempore remediū aliud quod propius interdictum vnde ui attingit (& si illius non habeat rationem) est inuentum, quod ex actione † Triticaria prouenit. l. 2. ff. de tritica. actio, quo ui deiecto vt possessionem recuperet est succursum. quare & glo. Rub. ff. de interd. & ibi Ripa nu. 4. & glo. inst. de interd. in princi. & Francus quem modo citauimus. d. primo dubio nu. 7. triticariam hanc actionem inter recuperandæ possessionis remedia connumerat, & latius suo loco explicabimus eodem quoque tempore aliud adfuisse remedium recuperandæ possessionis recentent alij, vt Francus d. disput. Petitorij. primo dubio num. 8. & visus est sentire Bart. in l. si coloni. C. de agr. & cens. lib. 1. 1. † quod est ex l. si me & titium si certum petat, non tamen interdictum vnde ui attingit, cum solum ex æquitate concedatur aduersus eum, qui ex causa lucratua possidet, & cum domino rei non aliter succur-

fuccursum est, necis recuperans factio aduersarij dicitur sua possessione spoliatus, nam vt locus huic remedio sit, gestum aliquid cu aduersario esse debet. in foro tamen tria quæ proximè retulimus non satis sunt cognita. quare & nos paucis suo loco rationem habebimus. Illius autem cuius meminit remedij Francus in disputatione Petitorij primo dubio nu. 33. ex. l. j. §. constat. ff. de condi. sine caus. nullam rationem habebimus, cum nec possessionem ea conditione recuperari posse dicat, nec (si recuperari potest) distet ab ea cōdictione indebiti. interdictum verò vnde vi, † extendisse videtur Diuus Marcus vt retulit Callistratus iureconf. in. l. extat. ff. de eo quod metus causa & in. l. Creditores. ff. ad. l. Jul. de vi priua. hunc Diuum Marcum arbitramur fuisse Marcum illum Aurelium, Antoninum Philosophum, cuius constitutiones sapissimè retulit Callistratus vt in. l. Diu. de pœnis inquam Diuus Marcus, qui anno christianæ salutis ceterisimo sexagesimo secundo Romani Imperij moderator fuit; animaduertit interdicto, vnde vi, non esse succursum aduersus creditoris audaciã, qui iure sui crediti falso opinabatur sibi licere sua manu iudicere & debitoris possessionem occupare, quã audaciã esse reprimendam constituit. Iure itaque Pandectarum, (vt nostri dicere sapissimè solent) recuperandæ possessionis remedia prodita quinque iã fuisse cōstat. Sextum ergo addidisse videtur Diuus Constantinus cum solus Anno nostræ salutis tricentesimo vigesimo septimo Imperium moderaretur sub suo cōsultu 7. & Constantij Cæsaris college. 3. vt relatum extat in. l. j. C. si per vim vel alio modo &c. constituit enim licere seruo spoliati absentis sine cunctatione recuperare possessionem, vt & ceteris sine mandato in absentis comodum prestare possunt, tamen & seruus & sine mandato liber legitimam in iudicio nõ sustineat, personam nec absentis spoliato succursum antea fuerat, quod, qua ratione sit factum suo loco planius fiet. aliquorum tamen suaderet, etio, vt huius legis author nõ Constantinus, sed Constantius fuerit sub cōsultu eiusdè, Constantij 7. & Constantij Iulij Cæsaris. 4. quod fuit anno nostræ salutis 354. vel 356. receptior tamen est lectio, vt Constantini hac fuerit constitutio. Septimum deinde addidit recuperandæ possessionis remedium idè met Constantinus cum solus ad huc imperaret sub cōsultu Galllicani, & Symaci, quod cōtingit anno salutis nostræ tricentesimo trige-

simo primo, constituit ergo (interdictum vnde vi moderando) vt extat relatum in. l. Inuasor. † C. vnde ui, occupatores aliene possessionis solam possessionem sine alia pena teneri restituere, cum non per vim sed per primi possessoris in curiam occupat, vel iusto aliquo errore deceptus eam ingreditur. octauum autem addidit remedium seu extendit potius interdictum vnde ui, Diuus Flavius Gratianus, cum vnã simul cum Valentiniano, & Theodosio Imperium administraret & sub cōsultu Antonini, & Syagrii anno virginæ partus, tricentesimo octuagesimo tertio, † ut est relatum in. l. emenerint C. vnde ui. qua est constitutum, nec illi licere alterius occupare possessionem, qui, vel rescriptum à principè, uel à iudice sententiam aduersario non vocato est assecutus. quare occupatam restituit illi cō, & si uel pupilli, vel minoris, fuit possessio, quam si occupator ex tutorum vel curatorum occupauit colludio; grauius in eos tutores, & curatores animaduertit. Nono autem loco ut magis ac magis hanc comprimerent audaciã, Valentinianus, Theodosius, & Arcadius, sub cōsultu Flauij Thimasi, & Flauij promoti: quod contingit anno salutis Christianæ tricentesimo nonagesimo primo, Constituerunt † vt est relatum in. l. si quis in tantam. C. vnde ui, quod si ante latam à iudice sententiam possessionem rei dominus per vim occupauerit. illicò possessione deiecto, rei dominus amissio, restituere quod si rei dominus non erit affirmationem illius spoliato prestabit, hacq; constitutione prouisum est plenius, quã constitutione. l. si confiterit. C. finium regund. quam ut remedium recuperandæ possessionis, & distinctum a. l. si quis in tantam restituit Francus in. d. disputatione de Petitorio primo dubio nu. 41. vers. vigesimum primũ, qua inquam constitutione nec esse prouisum aduersus uolentem occupatorem arbitrat. Fabius in. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 14. de acquir. poss. & dicemus in interpretatione huius Noui remedij. ex. l. si quis in tantam, q. 50. Decimum recuperandæ possessionis remedium addiderunt Arcadius & Honorius cum imperaret sub cōsultu Timasij, & Promoti, quod contingit anno nostræ salutis tricentesimo nonagesimo octauo, ij enim animaduertentes interdicto, aliaue constitutione non esse prouisum, aduersus seruos, & colonos, qui fugiendo dominum sua possessione. Constituerunt, ut relatum † est in. l. si coloni, C. de agric. & cen. li. ii.

Colo-

colonos, & seruos celeri reformatione dominis esse restituendos, causamq; postmodum originis & proprietatis tractari. quã constitutionem, & in cæteris rebus mobilibus nõ se mouentibus locum habere credunt interpretes & suo loco docebimus. Vndecimum addidit recuperandæ possessionis remediũ Zeno secundus, cum sub cōsultu Theodorici, & Venantij imperaret anno nostræ redèptionis quadringentesimo octuagesimo quinto, † ut relatum uidemus in. l. non ab re C. vnde ui & in. l. conductores. C. locati cōstituit ergo is Zeno nõ leui pœna esse plebedos conductores, qui sua cōductione finita possessionem domino nõ restituant, cui protinus sine cunctatione restitui uoluit Zeno. nam sanè iniquũ uidetur, ut conductor audeat locatori, quem in rei dominum sapius agnouit, aduersari tunc, cui inq; domino succurri uoluerunt ante Zenonem per annos ferè ducentos Diocletianus & Maximianus, dum in. l. si quis cōductionis. C. locati, constituerunt, non licere conductori aduersus locatorem dominij questionem mouere quæ quidem constitutio non aperte satis recuperandæ possessionis remedium inducit ex interdicto vnde ui, vt dominum spoliatum præsупponere uideatur uelut opinatur Francus in. d. disputatione Petitorij primo dubio nu. 42. Maranta qui supra & Fernan. in. d. §. nihil cõmune. in prima parte nu. 117. quorũ sententia si iure etiam uera esset, plenius à Zenone fuisse succursum negare non possumus. quare utriusq; constitutionis rationem unã simul habebimus. Duodecimum addidit Iustinianus noster recuperandæ possessionis remedium cum sub cōsultu Lampadij & Orestis imperaret anno virginæ partus 532. † vt relatum extat in. l. vt. C. de Prætorio pigno. qua est constitutum, creditores posse possessionem rei apud se pignorate ad sui crediti cautione recuperare, si ab ea deiici contingat. Decimum tertium addidit recuperandæ possessionis remedium Iustinianus ipse, dum imperaret post cōsultu Lampadij & Orestis. quod contingit anno nostræ salutis 536. vt est relatum in. l. Cum querebatur, (quæ est vltima illius tit.) C. vnde uisultulit enim Iustinianus exorta in Illyricana aduocatione disputatione, dum controuertebatur, vtrum ne aduersus rei vacantis occupatorem interdicto vnde ui succursum esset, & constituit occupatore illum sine mora rei domino primo possessori possessionem restituere debere, & hanc vnã esse ex quinqua-

ginta nouissimis Iustiniani constitutionibus sensit Bal. in. d. l. vltima, & clare affirmauit Cagno. in. l. vt. nu. 5. C. de pactis, quod ex eo uerum satis conicio cũ Ioanni Præfecto Prætorio altero ex Compilatoribus nouissimæ Codicis fuerit à Iustiniano destinata. Decimum quartũ ad recuperandã possessionem prodidit tandem idem Iustinianus in vltima Codicis compilatione, edita anno nostræ salutis 536. † vt est relatum in. l. vlti. C. de acquir. poss. quam vnã esse ex ipsis Iustiniani quinqueaginta postremis constitutionibus fatentur omnes, vt ibi scribit Bal. & clare Afflictus Neapo. Decif. 40. nu. 12. nam (vt & præcedens) destinata fuit Ioanni Præfecto Prætorio, vt alia pleræq; ex illis nouissimis constitutionibus, vt illa. l. quoniam. C. de heret. l. vlt. C. de pactis. l. vlt. C. de nego. gest. l. vlt. C. vbi & apud quẽ. l. vlt. C. de inoff. testa. & cũ constitutio hæc nostra sine die & consule sit scripta, esse omnium postremam existimo. ea ergo consultum fuit possessori qui seruorum & colonorum incuria ac factio à sua possessione deiectus dicitur. nam iniquũ uisum est Iustiniano dominum factio seruorum & eorum qui suo nomine possessores dicebantur, possessione amittere debere. quod quomodo cõtingat, suo aperiemus loco. Has iuris Cæsarei constitutiones cum summa equitate niti animaduertent Pontifices maximi vt & illas sua autoritate magis & magis cõfirmarent, vtq; consultum esset aduersus possessionem ecclesiæ ac clericorum occupatores, Idem censuerunt, vt Eusebius Pontifex maximus qui anno nostræ salutis tricentesimo quarto Petri locum tenuit, & ante cum Caius, Fabianus & Ioanes summi Pontifices senserunt, illius deinde constitutiones, cum sub Eugenio tertio Pontifice maximo anno Christianæ redemptionis 1145. Gratianus uir admodum doctus, & diligens decretorũ compilaret librum inter sacros canones retulit. † vt est relatum in cap. reintegranda. 3. quest. 1. & præcedentibus. Hoc itaq; in ordine. decimum quintum remedium, nostri omnibus nouissimum opinantur, arbitranturq; pinguis deiecto seu spoliato succurri, quam hætenus consultũ fuerit, quod uerum an sit suo loco dicemus. Interim censeo animaduertendum, non esse nouissimũ remedium, cum Inno. tertius, qui post Eusebii per annos octingentos octuaginta nouem & post confirmatam Gratiani Decretorum compilationem per annos quinqueaginta ac plus Pontificis maximi locum tenuit,

B

nuit,

no euidenter tam constitutionem quam re-  
 60 latam habemus t in capitulo sepe. de res-  
 titutione spoliatorum qua deiecto cōsultum  
 fuit aduersus singularem successorem scien-  
 ter in possessione vitiosa, & vicientia suc-  
 cedentem, cum alias nec ex interdicto vnde  
 vi, nec alia constitutione huic casu esset fa-  
 visfactum, quare omnium nouissima hæc  
 videtur, & si me non lateat eundem Inno-  
 centium tertium sæpius dixisse spoliatos  
 illicid esse restituendos, vt in casu notabilis  
 textus capi. accedens. il. i. vt lite non conte-  
 flata, & capi. bonæ de appella. quas constitu-  
 tiones duo recuperanda possessionis remedia  
 a iam relatis distincta esse opinatur Francus  
 in. d. disputatione Petitorij prima parte nu.  
 21. 22. cum tamen non constitutiones dicit  
 duas seu distinctas Innocentius tertius edi-  
 derit. Sed tantum spoliatos restituendos  
 dixerit quod intelligitur iuxta communes  
 iuris constitutiones. Dicam tamen illud in  
 casu capi. bonæ & capi. accedens. deiecto  
 61 succurrit videri officio iudicis, t quod no-  
 stri subsidiarium appellant, & quo vtimur  
 cum lite pendente præsertim spoliatio fit,  
 seu quid contra possessorem attentatur, &  
 officium iudicis nostri esse multis casibus  
 subsidiarium recuperanda possessionis re-  
 medium affirmant, sumpsum ex. l. Attilius  
 Regulus. De donatio. quare & nos ut sub-  
 diarium vltimo collocabimus loco. Hæc  
 sunt quæ præludiorum loco præfari volui-  
 mus, cætera pleniore calamo suo scribemus  
 loco, vnum nunc moneo iam relata remedia  
 inter se verè distincta, cum, vt Prætoris in-  
 terdictum vnde vi, coadiucent, inuenta  
 sint.

SVMMARIVM  
 PRMI RECUPERANDÆ  
 POSSESSIONIS REMEDI.

- 1 Interdictio unde vi, qua interuenit in causâ Athenien-  
 sei.
- 2 Interdictum vnde vi apud Romanos olim duplex.
- 3 Vt quorundam que Aclato, & Duareno.
- 4 Formulæ interdicti de armata vi, que olim.
- 5 Locus Ciceronis pro Cæcina explanatus.
- 6 Locus Ciceronis in familiaribus expostus.
- 7 Interdictorum de vi armata, & sine armis differentia  
 hodie tabulata quoad possessionis restitutionem.
- 8 Vm armatam hodie aliter ac sine armis puniri.

- 9 Immutata hodie multa in interdicto vnde vi.
- 10 Armis deiectis quæ hodie.
- 11 Interdictio vnde vi, restituitur spoliatus ante omnia.
- 12 Regula iuris affirmatiua est, ante omnia spoliatus re-  
 stituitur esse.
- 13 Regula hæc spoliatum esse ante omnia restituendum, fa-  
 norabilis ne fit vel mixta, vel adiosa potius.
- 14 Restitutio spoliati, in spoliatis odio fundata.
- 15 Capi. vltimi de ord. cog. declaratio, & sensus.
- 16 Causa que præualeat an adiosa vel favorabilis.
- 17 Causa que necet, vel que prodest, spectanda an sit.
- 18 Ratio autoris egregia, qua demonstratur, regulam hæc  
 spoliatum ante omnia restituendum esse.
- 19 Exceptio non concedi in interdicto vnde vi.
- 20 Exorbitante, est à communis iuris regula deuiare.
- 21 Rigor. i. adiosa subtilitas que equitati opponitur, & sum-  
 mamini dicitur, & summa iniuria.
- 22 Statutum quo per agratos excluditur qua ratione fauora-  
 bile potius, quam odiosum dicitur.
- 23 Cap. vltimi de ord. cog. sensus & interpretatio, dia.
- 24 Præiudicium dicitur priuare legem, & iuris communis  
 detrahere.
- 25 Cap. nullus. 2. q. 2. sensus & declaratio.
- 26 Cap. primi. 2. q. 3. sensus & interpretatio.
- 27 l. si quis ad se fundum. C. ad. l. i. de vi publ. declaratio.
- 28 Favorabilis dispositio an sit vel odiosa iudicanda, spe-  
 ctanda esse illius personam in cuius fauorem vel  
 odium fit.
- 29 Favorabilis dispositio an illa sit qua delictum alias impuni-  
 tum coercetur, quod multipliciter declaratur.
- 30 Bar. in l. quemadmodum num. 4. C. de agricol. & cens.  
 lib. 31. declarat multipliciter.
- 31 Delicta puniri recipi. interesse.
- 32 Reintegranda remedium ex cap. reintegranda. 3. questio.  
 prima favorabilis an sit, & an extensionem recipiat.
- 33 Dispositionem unam favorabilem partim, & partim vicia-  
 sam esse posse.
- 34 Statutum, quo femina per masculos ab hereditate ex-  
 cluduntur, partim odiosum & partim favorabi-  
 le dicit.
- 35 Statutum vel consuetudo quibus licet consanguineis redi-  
 mere alienata à consanguineis, odiosa vel favorabilis  
 an sit.
- 36 Vna res diuersis respectibus, diuerso iure censeri sic decla-  
 ratur. l. cum qui ades de iurcap.
- 37 Vna res censeri diuerso iure potest in intellectu cum plures  
 concurrunt intelligendi forma.
- 38 Vna res ex voluntate disponens diuerso iure censeri.
- 39 Re mobilis spoliatus ex interdicto vnde vi non restituitur.
- 40 Statuto Cinciatini Montis Regalis restituitur spoliatus pos-  
 sessione rei mobilis, statuto autem Rapiensis. 54. con-  
 strarium dispositum esse.
- 41 Immobilia iudicantur & illa que solo coherent, & qui sui  
 natura mobilia sint.
- 42 Spoliatum possessione noui interdicto unde vi non resti-  
 titur.
- 43 Notam inter mobilia connumerari.
- 44 Melendinum inter mobilia connumerari.
- 45 Reditus annui an inter mobilia connumerentur.
- 46 Arboris possessione spoliatus quando interdicto, unde vi,  
 restituitur.

Spoliatus

- 47 Spoliatus quando agat aduersus illum cuius nomine facta  
 est spoliatio.
- 48 Cap. primi de restit. spolia. declaratio multiplex subuer-  
 sit, ab autore tandem nouo sensu illustratur. nu. 50.
- 49 Exceptio de iure tertij non opponi.
- 50 Cap. 1. de resti. spol. nouo sensu declaratur.
- 51 Genitium dominum ostendit aliquando, & aliquando  
 prælatum.
- 52 Ratum habens spoliatum, vt interdicto, vnde vi, conue-  
 niat tria concurrere debent.
- 53 Spoliatus ab vno ex familia facta, restituitur ex hoc in-  
 terdicto, unde vi.
- 54 Spoliatio alterius nomine facta mandantem obligat siue si  
 expresse siue tacite mandauerit.
- 55 Factum à seruo domini voluntate dicitur factum, si  
 potuit dominus prohibere, nec prohibuit.
- 56 Ratum habere factum si dicitur qui ex facto sensu com-  
 modum.
- 57 Delicta à familia commissa voluntate domini commissa di-  
 cuntur quando dominus scienter habuit viros nequam  
 & deprauatos in familia.
- 58 Bar. l. 1. §. si quis ipse prætoris nu. 20. de oper. non. nuntiatio.  
 declaratur.
- 59 Furtum, & homicidium à seruo commissum, quando di-  
 catur voluntate domini commissum declaratur.
- 60 Spoliatio à tutore nomine pupilli, vel à prelati nomine ec-  
 clesie facta restituitur ante omnia.
- 61 Ecclesia cuius diuine iustitie.
- 62 Colonas, & conductores spoliati quando interdicto, unde  
 vi restituantur vel iudicis officio.
- 63 Colonas, & conductores solum rei detentionem habere.
- 64 Detentatio est sola facti insipientia.
- 65 Colonas non concedi interdictum vnde vi, contra tertium  
 spoliatorem.
- 66 Colonas interdicto vnde vi experitur contra spoliatorem,  
 si post a se introuersam domini possessionem, spoliatur.
- 67 Statutum Pape. 54. in ciuilibus de possessione uolenta  
 clandestina &c. & statum 31. in criminalibus. De  
 Penalius qui uolentia alicui fecerit &c. declaratur.
- 68 Conductori ad longum tempus spoliato concedi interdi-  
 ctum vnde vi.
- 69 Vusufructuario spoliato hoc interdicto succurri.
- 70 Vusufructuarii naturaliter possidet.
- 71 Vusufructuario spoliato succurri, etiam si pendente spoliatio-  
 ne usufructum finitur.
- 72 Vusufructuario absente si spoliatio contingat, ad hoc tamen  
 succurri.
- 73 Vusufructuarii spoliati heredes non restituntur, sed passum  
 detrimentum consequuntur.
- 74 Interdictum, vnde vi quo restituitur usufructuarii spo-  
 liatus, directum sit, uel ante patris.
- 75 Emphiteotam spoliatum interdicto, vnde vi restitui.
- 76 Emphiteotam naturaliter possidere.
- 77 Statu Pape. 54. in ciuilibus, & 31. in criminalibus  
 succurri emphiteote spoliato.
- 78 Emphiteotam, non solum canone deici non posse ipse factio  
 à possessione, quare deiectus restituitur.
- 79 Sententiam declaratoriam & causæ cognitionem exigi  
 cum emphiteota ab non solum canone est priuandus.
- 80 Spoliatum dicit, qui suspiciore posse repellit, ut utili inter-  
 dicto unde vi restituitur.
- 81 Spoliatus quasi possessione rei incorporealis, ex interdicto  
 unde vi restituitur.
- 82 Spoliatum quasi possessione exigendi pedagium restitui,  
 ex interdicto unde vi.
- 83 Spoliatio rei incorporealis dicitur ficta.
- 84 Decreto antiquo Pedemontium, & Sabaudia de re-  
 stitutione spoliatorum, succurri spoliato quasi pos-  
 sessione rei incorporealis.
- 85 Statuta Pape. 54. in ciuilibus, & 31. in criminalibus,  
 procedere etiam in spoliato quasi possessione rei incor-  
 porealis.
- 86 Statutum quod dispensis in possessione procedere, & in  
 quasi possessione.
- 87 Spoliatus quasi possessione annuæ prestationis, quomodo  
 ex interdicto unde vi, adiunetur, cum in reali quam  
 personali prestatione.
- 88 Cap. querelam. De electione. noue declaratur.
- 89 Successor negans soluere pensionem, quam antecessor solu-  
 uere consuevit, dominum spoliatur.
- 90 Feudataris seu uassalli spoliatus restituitur interdicto  
 unde vi.
- 91 Vassalus dicitur possidere seu quasi uis feudum.
- 92 Vassalus dicitur uis dominus feudum.
- 93 Statuta Pape. 54. in ciuilibus, & 31. in criminalibus.  
 uassalum à tertio spoliatum adiunant.
- 94 Vassalum ex interdicto vnde vi non restitui cum a feu-  
 do domino spoliatus est nisi armata ui spoliatus sit.  
 Interdictum unde vi, quam irroget in ipsam.
- 95 Vassalus & dominus ad paria iudicantur, cum duo cor-  
 relatiua censentur.
- 96 Argumentari quando liceat a liberti ad uassalum.
- 97 Argumentum ab equiparatis procedit, cum facta est  
 equiparatio in puncto de quo agitur.
- 98 Vassalum non teneri ex titulo iustificare sui feudi posses-  
 sionem.
- 99 Andreas sfermia in feudibus Euangelista a doctoribus  
 appellatur.
- 100 Statutu Pape. 54. in ciuilibus, & 31. in criminalibus,  
 uassalum à domino spoliatum non adiunant.
- 101 Spoliatus per vim compulsam an ante omnia restitui  
 debeat.
- 102 Metu compulsus possessionem tradens suo facto dicitur  
 spoliatus.
- 103 Voluntas coacta, uoluntas est.
- 104 Metu factum tenet, donec ex edicto, quod metus causa,  
 rescindatur.
- 105 Bartol. in l. penul. num. 2. ff. de cond. obtrump. caus. &  
 in l. 2. nu. 22. C. quod metus causa declaratur.
- 106 Spoliatio impropria admittit domini exceptionem.
- 107 Statutum Pape. 54. in ciuilibus, & 31. in criminalibus  
 non habent locum cum spoliatus fuit possessor per vim  
 compulsam.
- 108 Prædo an ante omnia restituitur.
- 109 Prædo stricto, large, & largissime quis dicitur.
- 110 Possessione sua priuari nemo debet sine iudiciali cog-  
 nitione.
- 111 Statuta Pape. 54. in ciuilibus, & 31. in criminalibus,  
 an prædonem spoliatum adiunant.
- 112 Prædo notorius an ante omnia restituitur.
- 113 Capitu. literas. de restitutione spoliator. ex ponitur nouo  
 sensu.

Spolia

115 Spoliatus non restituitur ante omnia cum subest peccati timor.

116 l. i. §. qui a me. c. l. cum fundum de us. c. ui arma. declaratur.

117 l. colonis ff. de us. c. ui arma. explicantur.

118 Capit. significasti. de diuortijs. exponitur.

119 l. Beneficij. §. pen. ff. de poss. l. i. c. sensus.

120 Praesentatus a possessore manifeste iniusto, non praesertur presentato a domino.

121 Dominus sibi potest sui decere cõtra manifestum praedone.

122 Facta de factis contra eum qui manifeste in ve nullam ius habet non reuocatur.

123 Capit. Ferris. de diuer. sensus. c. declaratio.

124 Capit. in literis. in fine. de restit. spolia. sensus. c. declaratio.

125 Lex vna per alteram distinguitur c. declaratur.

126 l. cum fundum. de us. c. ui arma. exponitur.

127 l. a. §. si dominus ff. de usucap. declaratur c. exponitur

128 Delinquentium bona licite lucrari posse.

129 Affectus notorius non restituitur ante omnia.

130 Praedo spoliatus, ab eo qui nullum ius in re habet ante omnia restituitur.

131 Praedo in beneficiabus an ante omnia restituitur.

132 Capit. in literis. in fine. de restit. spolia. in praedone improprio loqui.

133 Capit. Nostrium §. q. r. declaratur.

134 Simoniaci spoliatum non restituitur ante omnia.

135 Simoniacum nullum ius in beneficio adquirere, nec fructus suos facere.

136 Simoniacum beneficio ipse iure priuatum dici.

137 Criminosus, qui ipse iure sit beneficium priuatum, si spoliatus fuerit, non restituitur ante omnia.

138 Clam spoliatus an ante omnia restituitur.

139 Cuiuslibet possidens sponte naturalem potest ingredi.

140 l. si in me desereris ff. de us. c. ui arma. declaratur.

141 Capit. cum quis. de restit. spolia. quo in casu loquatur.

142 l. si qui desinuit ff. de rei vend. exponitur.

143 l. si de eo. §. vi. ff. de adqur. poss. declaratur.

144 Possessorio agens ex interdicto uti possidetis, si conetur reus probare dominium, quod contra deduci c. probari debeat.

145 Proletatum possessorem claudestino improbiorem.

146 Interdictum unde us, obtulerit possessoris improbitatem concedi.

147 Interdictum, rei possidetis, contra claudestinum rei sui possessorem dari.

148 Spoliari si dicitur, qui dum reuertitur, non admittitur.

149 Clam spoliatus tenetur ex statuto Papie. §. 4. In cuiuslibet restituere ante omnia possessione puncturq. ex statuto Criminali. §. 1.

150 Interdictum, unde us, non datur contra singularem successorem.

151 In Regno Neapolitano ex constit. regni agitur contra quocumq. singularem successorem spoliatoris.

152 l. Petra. C. de adqur. poss. declaratur.

153 Successor singularis immediatus spoliatoris conuenitur interdicto unde us, si uocantem occupauit possessionem.

154 Singularis successor in subsidium conuenitur interdicto unde us.

155 Singularis successor conuenitur interdicto unde us, cum iam post alterum spoliatus est.

156 Spoliator si possessionem amittit c. a singulari possessore iterum eam consequatur, conuenitur tamen inter dicto unde us, ut eam restituat ante omnia.

157 Successorem uniuersalem conuenitur interdicto unde us, ut ante omnia possessionem restituat.

158 Res ex delicto defuncti conuenitur ob id quod in eum peruenit.

159 Defuncti delictum cum illius morte non extinguitur si pana indicta sit pecuniaria.

160 Successorem negantem soluere possessionem, quam soluit hactenus defunctus dominum spoliare, ob id dominum ante omnia restituat.

161 Spoliatum ante omnia non restitui, si passus sit litem super domino tractari.

162 Capit. i. de restit. spolia. exponitur.

163 Spoliatum, si tacite consentiat tractari causam domini non restitui ante omnia.

164 Multa parte non opponente concedi, que non concederetur aliis.

165 Notorium, c. si relictus ab onere probandi, non tamen ab onere deducendi c. allegandi.

166 Spoliatus nisi resistat sortitur domini causam tractari cum possessionis causa non debere non restituitur ante omnia, an uerum tamen sit ab autore declaratur.

167 Opposita exceptione domini causam cum posses. tractari non debere, si ad ulteriora procedat iudex appellandum est.

168 Iudex procedendo ad ulteriora tacite interloquitur.

169 Contradictio sine appellatione, leui est momenti.

170 Iudex satis super opposita excep. cognouisse dicitur si post temporis interualum ad ulteriora processit.

171 Spoliatus si tempore ferenda sententia patiarer litem super domino tractari, adhuc ante omnia non restituitur.

172 Iudicem ex suo officio non posse spoliatum ante omnia restituere, si passus sit spoliatus sit causam domini tractari.

173 Iudicis officium petenti tantum concedi.

174 Domini excep. ut impediatur spoliatio ante omnia restitui, non modo deduci, sed et probari debet.

175 Bal. in l. post sententiam. col. 1. ver. uenio ad secundum C. de sentent. c. interlo. in iud. declaratur.

176 profecta declarant in libello deducta.

177 Allegare aliquid non sufficit, nisi illud probetur.

178 Excep. non probata cum ad eam probandam est dilatio concessa, diffinitio non absolutorie a iudicij ordine pronuntiat.

179 Domini causam ad possessorium colorandam deductam non impedit spoliatum ante omnia restitui.

180 Iudicem teneri admittere causam domini, qua ad colorandam, c. corroborationem petitorum deducitur, quomodo procedat, ibi declaratur.

181 Capitula pertinentia esse dicuntur, cu aliquid ad causam conferunt.

182 Spoliatus cum non possidet, non potest dicere se domini causam deducere ad possessorium colorandam.

183 Spoliatoris sui iustitiam possessionem colorare non posse.

184 Afflicti Deciso. 7. expulsi.

185 Spoliatum non restitui ante omnia cum per suam confessionem constat de domino spoliato.

186 Abbati uerba in cap. 1. a. nota. de restit. spolia. ambigua, quomodo legenda.

Confes

188 Confessionem probationem probatam esse c. ceteras omnes probationes excellere.

189 Confessionis non quomodo publico instrumento maiore esse.

190 Confessionem admitti etiam si ceterae omnes probationes excludantur.

191 Probationem per confessionem admitti etiam contra rem iudicatam.

192 Confessionem admitti contra praesumptionem iuris c. de iure.

193 Confessionem facere rem notoriam.

194 Spoliatum non restitui cum constat de dominio per instrumentum publicum, quod duobus modis declaratur.

195 Instrumentum facere rem notoriam.

196 Instrumentum rem clarum, c. notorium non facere, cum illi aliquid obicitur.

197 Spoliatum non restitui cum per testes de spoliatoris dominio constat.

198 Testes rem facere clarum, c. notorium, ut instrumenta.

199 Testes examiniati principiter super possessore si incidenter aliquid de dominio dicunt, illis non creditur, ut spoliatus restitui impeditur.

200 Instantia perempta peruenit c. acta.

201 Instantia perempta non peruenit ad aliam decisoria.

202 Spoliatum non restitui cum ex actis iudicialibus constat de dominio, conueni.

203 Acta facient rem notoriam.

204 Spoliatus non restitui cum per sententiam de dominio conueni constat.

205 Sententia facit rem notoriam.

206 §. recuperanda. in l. de interd. declaratur.

207 Spoliatum non restitui sententia in causa domini restitui ante omnia.

208 Spoliatus an restituitur lata sententia absolutoria iudicij super domini causa.

209 Spoliator si incidat in penam. l. si quis in tantam C. unde us non adiuuatur ex lata sententia in causa domini, ne restitui possessionem ante omnia.

210 Probatio incontinenti super domo oblata an impediatur spoliatum ante omnia restitui.

211 Probatio quoque incontinenti sit nunquam censetur exclusae, cum excludatur ceterae.

212 Nullitas de qua incontinenti constare potest impedit sententiae executionem.

213 Terminis probatorij elapsis adhuc recipitur probatio que incontinenti offertur.

214 Delinquendi causam c. occasione praestari non debere.

215 Excep. que possess. annullat, obijci an possit ut probetur in continenti, ad impediendam restitutionem ante omnia.

216 Spoliatorem scilicet domini exceptionem obuiare, si eam incontinenti sit paratus probare.

217 Spoliatus restituitur ante omnia et iam eo casu quando sine uolentia rei ad spoliatorem deuenit.

218 Spoliatus non restituitur ante omnia si inminime periculum deducitur probari potest incontinenti.

219 Coniunguntur impedimentum si incontinenti potest probari non conceditur ante omnia conuictio restituitio.

220 Spoliatum sanare ecclesie non restitui, si ad ecclesie commodum domini exceptio. incontinenti probari offertur.

221 Praelatus rem ecclesie inuadendo non efficitur, ut ecclesie incidat in penam. l. si quis in tantam C. unde us.

222 Capit. antiquitus. 2. q. 2.

223 Dicitio Proutus illico c. incontinenti idem significare.

224 Incontinenti aliquid probare quomodo intelligatur, in tra quod tempus.

225 Bar. in l. si a quo. ff. ut in poss. lega. declaratur.

226 Incontinenti dicitur aliquando infra tres dies.

227 Lex sapissime ulterius declarando aliquibus in casibus pro cedit, qui ad alios deinde non trahuntur quia praeter legem dicitur disponere.

228 Incontinenti dicitur aliquando infra eandem diem anteq. ad actus extraneos diuertatur.

229 Etodie constat, hodie agatur, qui loquendi modus.

230 Incontinenti probari quid dicitur, ex iudicij arbitrio, a quo hoc totum dependet.

231 Iudicij arbitrium quod esse debeat, ut iudicet probationes incontinenti posse fieri.

232 Spoliatus non restituit ante omnia cum spoliator uel licentia uel pacto possessionem est ingressus.

233 Spoliatus us, etiam si ex pacto potius ingredi, adhuc tamen ante omnia spoliato restitui possessionem.

234 Spoliatus, si renuntiauit domino rei post factam spoliationem, adhuc restituitur ante omnia.

235 Renuntiationem domini post spoliationem factam per metum factam praesumit.

236 Capit. 2. c. 3. de restit. spolia. sensus, declaratio, c. conuolatio.

237 Metus praesumptio cessat, si actus coram superiore sit gestus.

238 l. 2. c. quod metus causa, sensus c. declaratio.

239 Actus praesumitur factus in exceptionem precedentis causae.

240 Vis compulsiva, et expulsiua egregia differentia.

241 Renuntiationis rei domino, quando rem pro delicto habeat.

242 Renuntiationis discreta nulla inter beneficia, c. prophana.

243 Spoliatum qui ante spoliatorem procuratorem ad renuntiationem domino constituit, non restitui ante omnia.

244 Reuocationem procuratoris constituit ad renuntiationem ostendit uel laetare constituentis esse uolle rem perdere.

245 Possessorem constituendo procuratorem ad renuntiationem statim possessionem perdere.

246 l. Per procuratorem. ff. de adqur. hered. literam c. sensus.

247 Spoliatus qui coram superiore renuntiauit dominio rei, post spoliationem non restitui ante omnia.

248 Renuntiationem beneficij fieri in manibus superioris tantum.

249 Spoliatus si post spoliationem renuntiauit dominio rei c. per multos dies non est conuictus se metum renuntiasse, non restituitur ante omnia.

250 Renuntiationem rei prophanae idem esse qua beneficiariae ut spoliatus restitui impediatur.

251 Fictus ius suum perdere si spoliator c. spoliatus ius suum ad inuicem renuntiauit.

252 Spoliatus, si post spoliationem cum spoliatore pacificatur se possessore non adlarum, non restitui ante omnia.

253 l. si unus §. pacta vers. item ne experiat. ff. de pactis l. i. tera sensus. c. declaratio.

254 Pactum de non molestando a iam spoliato factum eum ante omnia restitui impedire.

255 Molestia uerbo tam iuris quam facti intelligi.

Conuictus

216 *Controversie verbo tam iniuri quam facti intelligi.*  
 217 *Spoliatum restitui. ante omnia non absente puero de non agendo possessorio, si causa publica est.*  
 218 *Spoliatum, si post spoliationem iuravit se non acturum possessorem non restitui ante omnia.*  
 219 *Iuramentum, quod sine interitu aeternae salutis potest servari, servandam esse, & ibi declaratur.*  
 220 *Iurans praeterito non fideiudicare, iuramentum servare non tenet omnino.*  
 221 *Iuramentum an à pari cum renuntiatione, in causa spoliationis procedat.*  
 222 *Clausulam, sponte &c. in instrumentis ex solo & consuetudine notariorum adhiberi.*  
 223 *Actus ubi simulatus praesumitur, sic & in eo adhibite clausula.*  
 224 *Indebiti conditioni renuntians eodem errore renuntiasse praesumitur, quo indebitum soluit.*  
 225 *Iuramentum meta extortium ligat donec absolutio concessa sit.*  
 226 *Cap. cum dilectus, quod metus causa, in qua metus specie loquatur.*  
 227 *Spoliatum restitui ante omnia etiam si ante spoliationem cum spoliatore peccasset se possessorie non acturum.*  
 228 *Spoliatum si dominio rei ante factam spoliationem renuntians non restitui ante omnia.*  
 229 *Spoliatum suo facto, & culpa non restitui.*  
 230 *Positum diu post renuntiationem dominij à se factam restituitur si spoliarum contingat.*  
 231 *Visitatores ecclesiarum non praesumi ferre, aliquem diu sine titulo beneficium possidere.*  
 232 *Possessionem longissimam non adquiret possessori, quo aduersus verum titulum post se defendere.*  
 233 *Renuntatio per renuntiantem reuocata post illius admissionem ante tamen collationem operatur ac si facta non esset.*  
 234 *Renuntatio per superiorem non admissa nihil operatur, quare spoliatum restituitur.*  
 235 *Renuntians beneficium a tertio spoliatum adhuc ante omnia restituitur.*  
 236 *Expensas, & damna adhuc spoliatum consequitur, & si beneficium & rei dominio renuntiauit.*  
 237 *Spoliatum possessionem & damna cum expensis ante omnia recuperat.*  
 238 *Iniuriam qui remisit, non damna & expensas remisisse dicitur.*  
 239 *Spoliatum non restituitur ante omnia si ex ea damnatum potest sequi irreparabile.*  
 240 *Castro vel oppido munissimum spoliatum ante omnia non restituitur.*  
 241 *Cap. literas, de restit. spoliat. intellectus.*  
 242 *l. 2. ff. de appella. & l. ante sententiam. c. quorum appella. non recipi. intellectus, & declaratio.*  
 243 *Iudicare sibi in causa propria licere si aliunde iuratum non est.*  
 244 *Iurari rem propriam licere si iuris remedio eam consequi non possumus.*  
 245 *Spolij causa cum apud potentissimum Principem tractatur, adhuc ante omnia restituitur castro munissimum spoliatum.*  
 246 *Fideiusor idoneus non est, qui difficultis conventionis est, ut nobiles illi, qui castra habent munissimam.*

247 *Spoliatum castro munissimum si cauet se illud restitutum si in petitorio succumbere contingat ante omnia restituitur.*  
 248 *Spoliatum castro munissimum ante omnia restituitur cum est sub Principe, qui cum carcerari potest iudicare, si late sententia in Petitorio non obediatur.*  
 249 *Mariu uxore spoliatum non restitui ante omnia si subdit peccati timor ob confanguitatis impedimentum.*  
 250 *Spoliatum non restitui ante omnia si scandalum subdit timor scandalum non euenire concedi solent multa.*  
 251 *Pontifici maximo obediendum non esse, si inde viri potest scandalum.*  
 252 *Iuramenti vinculum alius indissolubile, dissolui ne scandalum ex observatione oriatur.*  
 253 *Sequestrari apud iudicem contententium possessio debet, ne inde oriatur scandalum.*  
 254 *Spoliatum restitui ante omnia etiam si crimina in illam obijciantur.*  
 255 *Crimen abiectum siue in iquisitionis siue accusationis non impedit spoliatum restitui.*  
 256 *Spoliatum ab uno & accusatum criminis ab altero, ante omnia adhuc restitui.*  
 257 *Spoliatum restitui etiam si crimen obijciatur siue ius Pontificium vel civile consideretur.*  
 258 *Spoliatum de vi una tantum non restitui ante omnia, si in illum obijciatur crimen.*  
 259 *Spoliatum ad quod antem obolum ne usq. ante omnia restitui debet, quam audiatur spoliarum.*  
 260 *Spoliatum ad quod antem obolum ne usq. ante omnia restitui debet, quam audiatur spoliarum.*  
 261 *Crimen, quod insit priuationem possessionis ipso iure, si spoliatum obijciatur, ante omnia non restituitur.*  
 262 *Privatus ipso iure re, possidere non posse dicitur.*  
 263 *Declaratio exigitur sententia, etiam tunc cum quit ipso iure re priuatus est ob crimen.*  
 264 *Crimen, quod insit priuationem possessionis ipso iure, si spoliatum obijciatur, ante omnia non restituitur.*  
 265 *Leae mactatis factus reus bona omnia amittit & spoliatum tunc non restituitur.*  
 266 *Simoniacum spoliatum ante omnia non restitui.*  
 267 *Simoniacus ipso iure beneficium priuatur.*  
 268 *Haereticum spoliatum ante omnia non restitui.*  
 269 *Haereticum nihil possidere posse.*  
 270 *Pontificem ob heresim deponi posse.*  
 271 *Haereticus beneficij ipso iure est priuatus.*  
 272 *Haereticum non deffendi Ex Regula cap. Cellarie de Trienniali.*  
 273 *Haereticus filium beneficium obienta post patris heresim retinere non posse.*  
 274 *Haereticus filium beneficij spoliatum ante omnia restituitur.*  
 275 *Haereticus filium beneficij ipso iure non priuatur.*  
 276 *Falsarius literarum apostolicarum beneficij ipso iure priuatur.*  
 277 *Falsi crimen non impedit possessorum adipsenda, & fortius recuperanda.*  
 278 *Cap. ad falsarios de crimi. falsi, casus specialis.*  
 279 *Falsificans literas Principis causam amittit.*  
 280 *Falsificans acta causam perdit.*  
 281 *Excommunicati exceptio impedit spoliatum ante omnia restitui.*  
 282 *Perisurum ab agendo, iudicij limine repelli.*  
 283 *Excommunicatio multis casibus non impedit spoliatum ante omnia restitui.*  
 284 *Excommunicatio in Regno Neapolitano ex constitutione Regni non impedit spoliatum restitui.*

TERTIUM

285 *Tertius obijciens rem esse suam non impedit spoliatum ante omnia restitui.*  
 286 *Tertius qui percipi potuerunt, cum restituendi sunt ex cuius persona sint considerandi vel spoliatum vel spoliatum.*  
 287 *Tertius in consensum cum iure spoliatum adhuc spoliatum ante omnia restitui impedit.*  
 288 *Cap. facis, s. vlt. de spol. intellectus & declaratio.*  
 289 *Conuictus ratione multa conceduntur, quae non dicitur.*  
 290 *Privilegium non privilegium tribuit privilegium in iure parabilibus & indudus.*  
 291 *Connexa quae esse dicuntur.*  
 292 *Delinquens unus indicatur impunitus ne alter Innocens derimentum sentiat.*  
 293 *Favor ad eum in causa infamabili praenoteat.*  
 294 *l. si duo rei. ff. si quis caetero. intelligitur.*  
 295 *Dolus correi in luce, correo non prodest.*  
 296 *Reconuictio quando spoliatum restitui impedit.*  
 297 *Spoliatum prima maior secunde, secundam impedit.*  
 298 *Spoliatum incontinenti spoliatorem spoliarum potest.*  
 299 *Incontinenti recuperare amissam possessionem dicitur iuxta qualitates rei & personarum.*  
 300 *Spoliatum secunda lite pendente facta dicitur maior prima & illam impedit.*  
 301 *Reconuictio non impeditur quando in diversis rebus hinc inde contingit spoliatum.*  
 302 *Cap. vlt. de off. cogit. declaratur.*  
 303 *Restituendo Rex capitulis dicitur inter Principes, ubi potest domini exceptio.*  
 304 *Spoliarum si dicitur qui in bello illicito aliena occupat.*  
 305 *Tyrannus spoliatum non restituitur ante omnia.*  
 306 *Civillissima possessio spoliatum ante omnia an restituitur.*  
 307 *Civillissima possessio quae.*  
 308 *l. c. quorum bona. loqui in interdico possessionis adipsenda.*  
 309 *l. Possessio quoq. s. x. de acquir. Poss. intellectus, & declaratio.*  
 310 *l. Possessio de usucap. intellectus.*  
 311 *Baldi, cap. & multorum notatur inconstancia.*  
 312 *Defuncti possessio quomodo in heredem continetur.*  
 313 *l. Cum miles. ff. ex quibus caus. maio. intellectus.*  
 314 *Extensio casus veri ad fictum fauore animae conceditur.*  
 315 *Author sacramenta puerorum. c. si aduer. dona. dispositio ad casum fictum extenditur.*  
 316 *Civillissima possessio ficta & artificiosa dicitur.*  
 317 *Possessio transacta ex constituto dicitur vera.*  
 318 *Cap. contingit de delo & consuma. intellectus.*  
 319 *Possessor ex constituto si a constitutario non admittitur spoliarum dicitur.*  
 320 *Interdictum unde vi ad casus olim fictos non extendi, hodie fecit.*  
 321 *l. s. dicitur ff. de s. pretor ait. de vi & vi armata declaratur, ibidemq. intellectus.*  
 322 *Mandans delinquit, sic & improprie delinquit.*  
 323 *Haeres non restituitur ad possessionem quae iam restitutor uicinis spoliatum fuit.*  
 324 *Haeres intra annum defuncti spoliatum nomine potest agere, ut ante omnia restituitur possessio.*  
 325 *Statutum Papae. s. x. in quibus quando locum habeat in possessione civillissima spoliatum.*  
 326 *Fructus & caetera accessiones ante omnia etiam spoliatum restitui debent.*  
 327 *Vacua possessio occupata fructus ante omnia cum possessione non restitui.*

328 *Fructus qui percipi potuerunt, cum restituendi sunt ex cuius persona sint considerandi vel spoliatum vel spoliatum.*  
 329 *Bar. distinctio in l. ex diversis. s. i. m. u. vlt. quid dicimus de rei vend. explosa.*  
 330 *Bar. distinctio in l. domini. c. de rei vend. & communitate vereda.*  
 331 *Fructus non estimantur, ut semel percepti, sed ut communitur potuerunt percipi.*  
 332 *l. Pretia verum. ff. ad l. Fal. declaratur.*  
 333 *Petri Lorini, conciliatio ad l. si natus. s. vltimo de rei vendicatione. & l. domini. C. eo. dubia & non parum diuina.*  
 334 *l. si natus. s. vlt. ff. de rei vendicatione & leg. dominum. c. eo. intellectus genuinus, & conciliatio nona authori.*  
 335 *Dammum si pari dicitur qui fructus colligere non potest.*  
 336 *Dammum si dicitur pari qui suo desiderio non potest satisficere.*  
 337 *l. cum autem. s. vlt. ff. de edil. ed. intellectus.*  
 338 *l. si hominem. ff. de usucap. intellectus.*  
 339 *Contracta per legem commissoria, ad adiectionem in diem resoluta hinc inde data & accepta restituitur.*  
 340 *l. cum heredes. ff. de petitio. hered. intellectus.*  
 341 *Filius fami. sine patris consensu ad recuperandam possessionem in iudicio esse potest.*  
 342 *Filius familiaris in iudicij possessorij sine patris consensu esse potest.*  
 343 *Pxor sine mariti consensu in iudicij possessorij agere potest.*  
 344 *Tempus spoliationis facta an libello poni debeat, cum interdictum, unde vi, mouetur.*  
 345 *Infamiam irrogat interdictionem unde vi.*  
 346 *Tempus in libello adponitur, cum actio, quae infamiam irrogat mouetur.*  
 347 *Tempus spoliationis in libello ponitur, siue civiliter siue criminaliter agatur.*  
 348 *Cap. cum dilectus. de ord. cog. intellectus.*  
 349 *Verba narrativa nihil probant, nec in eis fieri debet solidam fundamentum.*  
 350 *Civiliter agens in casu quo criminaliter potest agere tempus in libello adhuc adire debet.*  
 351 *Libellus in interdico unde vi sine temporis adiectione non procedit, etiam reo non opponente.*  
 352 *Libellus in criminalibus solemnitatibus carens, ipso iure nullus est.*  
 353 *Spoliato non sufficit probare ante tempus spolij possessisse, ut euitet necessitatem apponendi tempus spoliationis in libello.*  
 354 *In Sabaudia, & Pedemontium Regionibus libellus procedit ad recuperandam possessionem siue appositione temporis spoliationis facta.*  
 355 *Papae ex statuto s. x. in quibus spoliatum est succursum, qui sine designatione temporis facta spoliationis, agat, ut restituatur.*  
 356 *In Regno Neapolitano spoliatum agi conceditur ut recuperet possessionem siue designatione temporis in libello.*  
 357 *Temporis designatio in libello solemniter capere rogari.*

Cada.

*Cadaver, & iure sepeliendi spoliatus, ante omnia non restituitur.*

329. *Cadaveris uexatio non conceditur.*

400. *Aequitas non rigor suadet spoliatum cadauere non esse ante omnia restituendum.*

## PRIMUM RECUPERANDAE POSSESSIONIS

REMEDIUM, EX INTERDICTO, vnde vi.



**P**RAETOR AUT, VNDE TV  
ILLVM VI DEICISTI,  
aut familia tua deiecit, de  
eoq; quod ille tunc ibi ha-  
bit: tantumodo intra annu  
post annu verò de eo, quod  
ad eum qui ui deiecit prouenerit, iudiciu da-  
bo. Interdictum, vnde ui apud nostros ( vt  
Graecos illos Athenienses t praeterea, qui, ut  
Franc. Balduin. refert. §. recuperandae inst.  
de interd. interdictu vnde ui habebant quo  
vtebantur, qui à debitoribus mitti in posse-  
sionem prohibebantur cum praescripto tem-  
pore as constat non dissoluissent, vel po-  
tius cum iudicatu nò satisfecissent, ut testari  
mihis verbis videtur, i. emosthenes con-  
tra Midiam, Nam quae causa est, si quis iudi-  
catum solui non soluerit: cur lex actiorem.  
Vnde ui, non priuatam fecerit, sed ad crimina  
publica referri uoluerit. In ea tamen eiusdem  
Demosthenis oratione contra Onetore  
sentiuunt interpretes actione Vnde ui ad pos-  
sionem actum fuisse) duplex t testatur Cicero  
in oratione pro Caccina, apud quem Lato-  
mus optimus illius interpres his sic ait. Vis  
duplex est armatis hominibus facta, & sine  
armis, itaq; & duo interdicta erant, quae in  
libris digitorum in vnu cõflata sunt, quod  
& titulus indicat, de ui: & ui armata: sed ex  
his quod de ui sine armis erat, ad possessore  
tantum pertinebat, quod de ui armatis homi-  
nibus ad quemlibet, siue possedisset, siue nò  
possedisset itaq; ius erat diuersum. Hæc ille,  
quod & clarè ostendunt Ciceronis verba,  
quorum meminit, & Alcina, lib. 1. Parerg. iu-  
ris cap. 34. Ad duas dissimiles res duo deuin-  
cta interdicta sunt, in illa ui quotidiana nò  
satis est posse docere de deiectum, nisi osten-  
dere possit eum possideret tum deiectum, ne  
quidem id satis est nisi doceat se ita possedis-  
se, ut nec ui, nec clam nec precario possede-  
rit, Hæc Cicero, Alcicius tamen. d. cap. 34.

vim quotidianam exturbatiuam interpreta-  
tur t ob quam vti possidetis interdictum cõ-  
ceditur, quod verumne sit dubito, cum ve-  
lit Cicero in ui quotidiana deiectionem pro-  
bari illamq; vim quotidianam his verbis in-  
terdictum vnde ui appellat, cum ergo aut in  
illud quotidianu interdictum vnde ille me  
ui deiecit, cum tamen vti possidetis interdi-  
ctum ab eo moueatur, qui se in possessione  
esse & ab aduersario iniquè turbari conten-  
dit. l. 1. §. est igitur hoc, vti posside, quod quodi-  
nam ergo tum interpretatur Duare, lib. 1.  
disputa. anniuersa. cap. 20. vim illa, quae sine  
armis sit, hisq; uerbis interdictu de ui quo-  
tidiana conceptum credit. VNDE tu vel fa-  
milia tua uel procurator tuus illu ui deiecit,  
cum nec ui nec clam nec precario à te posside-  
deret eò restitutus, de eo quod tuc ibi habuit  
tantummodo & c. arbitratuq; Duaren. hanc  
exceptionem, quod nec ui nec clam nec pre-  
cario huic interdictu sine armis tantum ad-  
scriptam fuisse, ex Cicerone & Paulo lib. 5.  
sententiaru quem tamen Alcicius, in citato ca.  
34. in ui exturbatiua intelligit. t Vis verò ar-  
mata sic interdictu inscriptu habebat. De ui  
armatis hominibus, auctor est Latomus que  
mox citatam, eratq; sine ulla exceptione his  
verbis conceptum. VNDE tu hominibus  
coactis armatisue illum ui deiecisti, aut fami-  
lia tua, aut procurator tuus deiecit eò resti-  
tutus, vt Duaren. & ante eum Alcina, in citatis  
iam ia locis referunt, & suadent t Ciceronis  
verba in ea ipsa pro Caccina oratione. P.  
Dolabella interdixit, ut est consuetudo. De  
vi hominibus armatis sine ulla exceptione  
tantum, vt vnde deiecisset restitueret. Qui  
sanè locus satis ex eiusdem Ciceronis uerbis  
li. 7. familiarium Ad Trebatium, illustratur.  
NEQ; est quod illam exceptionem in inter-  
dicto permissas, quod tu prior cum arma-  
tis hominibus ueneris, scio enim te non esse  
procacem in lacecendo. est enim genuinus  
horum uerborum sensus. t si uitaris interdi-  
cto de ui hominibus armatis, nò poterunt  
excipere aduersarij & in defensionem addu-  
cere, quod tu prior armis sis usus. Hodie au-  
tem quo ad possessionis restitutionem nulla  
certè arbitror esse differentiam inter interdi-  
ctum de ui armatis hominibus, & interdictu  
de ui sine armis, quod probat Iustinianus in  
§. recuperandae inst. de interd. dum indistin-  
ctè nulla habita ratione antiquae differentiae  
uult deiecto possessionem restitui, & si is  
adiacente ui uel clam uel precario possedis-  
set non me latet tamen Duaren. d. lib. 1. di-  
sputa.

disputa. anniu. cap. 20. intellexisse Iustinia-  
num. De ui armatis hominibus loqui, Cuius  
argumentationes doctè euertit, Duarenio no-  
mine tamen suppresso quod seper facit, Ro-  
ber. Aurelius lib. 3. sententia. iuris cap. 20.  
Quam sententiam & cõmunis forensis usus  
recipit, quando & uis in iure nostro sine ar-  
mis tanta indicetur, ut is uolentus possessor  
iure omni suo priuetur. l. extat. quod metus  
causa. l. Creditores. ff. ad. l. Jul. de ui priua-  
ta. v. vim. (inquit Diuus Marcus) putas esse  
solu si homines uoluerentur? vis est & tunc  
quoties id quod deberi sibi putat, non per  
iudicem reposcit. Quare hoc apud nos im-  
mutatum quo, ad possessionis restituti-  
onem intelligimus, et si t quoad poenam &  
iuris publici uindictam non parua adhuc ex-  
tet differentia, ut iuxta atrocitatem uiolen-  
tiae is poena plectatur, & docet Robertus  
quem nunc citauimus. Vnum hoc est, in pos-  
sessionis restitutionem nullam esse distinctio-  
nem iure nostro, quo & alia plura uel addi-  
ta uel ex veteri iure immutata sunt. cuius rei  
praest argumentum, quod anxie olim pro  
Caccina ostendere conabatur Cicero, t cum  
esse deiectum qui ingredi praedium suu pro-  
hibitus sit. Cum tamen cesset hodie dispu-  
tatio ex Vlpiani interpretatione. l. 1. §. idcir-  
co. De ui & ui arma. quod suo loco explica-  
bimus. sic familia hodie deiectum intelligi-  
mus, qui vel vno tantum seruo deicitur. l. 1. §.  
familia. de ui & ui arma. cum tamen nec sa-  
tis clarum olim fuerit. sic hodie t armis deie-  
ctum credimus, qui vel faxis vel telis quibus-  
vis deijcitur. l. 3. §. de ui & ui arma. §. sed ex  
constitutionibus uers. armorum Inst. de inter-  
d. cum tamen suadere multis conaretur  
tunc pro Caccina Cicero. immutatum quoq;  
esse interdictum de armatis hominibus illud  
est argumentum quod hodie is verè deiectus  
dicitur vt restituitur, qui cū deijceretur pos-  
sidebat. l. 1. §. deijcitur. de ui & ui arma. cum  
tamen in eo interdicto, de ui armatis homi-  
nibus, non quarebatur an possideret, quod  
his ostendit Cicero eo loco quem nunc cita-  
uimus. Cur ergo aut in illud quotidianum  
interdictum. Vnde me ille ui deiecit. Addi-  
tum, cum ego possiderem. si deijci nemo po-  
test qui nò possideret aut in hoc interdictu,  
de hominibus armatis, non additur, si opor-  
tet quæri possederit nec ne? Interdictum au-  
tem vnde vi, vt æquissimum. t vi deiecto, vt  
prius ante omnia restituitur possessioni  
succurrit. quare iam constitutissimum cerni-  
mus, deiectum quem spoliatum appellamus

sine mora, sine cõtatione celeri reformatio-  
nes, reiecta omni spoliatoris exceptione resti-  
tuit, vt placuit Constantino. in. l. si quis ad se  
fucdũ. C. ad. l. Iuli. de ui. sic Arcadio & Ho-  
norio in. l. si coloni. C. de agr. & cens. sic &  
sine ulla distinctione priori possessori licere  
emanibus uolenti occupatoris uendicare cõ-  
stituit Iust. in. l. si quis emptiois. §. sed hæc  
super illis. C. de anna. ecce. quod clarus. l. lu-  
lio et Zephyrino Pontificibus uideo placuisse,  
in cap. nullus. 2. q. 2. quos est fecutus Alex.  
tertius in cap. literis, & in cap. conquerente  
de restit. spolia. idem probauit paulo ante  
Iustinianum Theodoricus Italiae tunc Rex,  
vt extat illius responsu apud Calsiodorum  
lib. 1. varia. epistola. Domitiano & Vuilæ  
transmissa, in qua sic legitur. Si Romani pra-  
edium (ex quo deo propitio Sonti fluenta tra-  
nsimimus, ubi primu Itali nos suscepit Impe-  
riu) sine delegatoris cuiusq; pyctatio, praesup-  
tor barbarus occupauit, eū priori domino  
submota dilatione restituat sic legitur, apud  
eundem. Calsiod. lib. 3. varia. epistola. Gri-  
modæ Saioni destinata & li. 4. epistola. Theo-  
dahado transmissa. Quare Bart. in. l. si quis  
in tantam nu. 3. C. vnde ui, interpretatus est,  
spoliatum ante omnia tunc restitui, cum nò  
alia causa quam possessionis conuenitur, vel  
alia non obijcitur exceptio, quam possessio-  
nis causam respiciens. Regulam itaq; ex præ-  
dictis sumunt t affirmatiuam interpretes no-  
stri, spoliatum esse ante omnia restituendu,  
sic inter ceteros Ripa in. l. naturaliter. §. ni-  
hil commune nu. 47. & ibidem Rubcus nu.  
142. de acquir. poss. Hanc nos regulam per  
quaestiones finiemus, in eisq; interdictu vnde  
vi iuxta iureconsultorum interpretationes  
rationem habebimus, ut inde in praxi praeser-  
tim non paruum sibi comparatum cõmodu  
intelligat lector diligens. cætera quæ in inter-  
pretatione interdicti vnde ui apud Eguina-  
rium Baronem librorum manualium ha-  
bentur, non repetam. illa enim summam  
singula iureconsultorum capita exponunt.  
Quæro itaq; Primo an hæc regula, t quod  
spoliatus ante omnia restitui debeat, sit fauo-  
rabilis vel odiosa, quod idem est ac si dicerè,  
vt iure interdictum vnde ui, sit à prætorè  
introducendum principaliter in fauorem spo-  
liati & deiecti, vel in odium potius principa-  
liter spoliatoris, res est vt nò parum uilis sic  
nec mediocriter dubia, cū quatuor ad fuisse  
interpretum sententias quandoq; anima-  
duerterim, illa vna (vt dicam quod sentio)  
placet, quam Io. Corsio viro diligenti & nò  
C medio-

mediocriter erudito placuisse video lib. 2. Miscella. iuris cap. 2. nu. 2. qui vno affirmavit verbo. Restitucionem hanc non in titulo & iure petentis sed in odio spoliantis fundari: quare odiosa erit cum spoliatoris personam principaliter respiciat iuxta egregiam illam Bart. doctri. in l. qui exceptionem de cond. indeb. & licet. et textus capi. vlt. de ord. cog. qui a Corasio in hanc sententiam citatur ea parum iuuat, cum in eo non magis vnus per sonea principaliter quam alterius considerari videatur, nam dum negat spoliatores audi-ri anteq̄ restituat, odium sue personae considerat, dum verò tribuit privilegium spoliato vt restituatur, spoliati personam considerare videtur, quo fit vt vix considerare in eo textu possimus, quae persona magis consideratur, nec eo, etiã fundamēto in hanc adducor sententiã, quo vtuntur alij, q̄ vbi causa odio 16 sa cum fauorabili concurrat, et odiosam praualere, illamq̄ spectandam magis, ut notant Io. And. Gem. Ancha. & Francus in cap. vlti. verbo. similibus de verbo. signi. in. 6. & docet Bal. in l. 1. col. 1. vers. item nota quod privilegium ff. de constit. & Bald. egregiè probat subtilis Franc. Are. in l. venia. nu. 2. in fi. C. de in ius voca. quod non è longè dissimili regula confirmatur, cum dicimus ex duabus causis, quarum vna prodest, altera nocet, et causam, quae nocet spectandã magis vt odiosam esse, quam quae prodest ut fauorabilem, sic Bar. in l. si iur in fi. de vscap. pro dona. Bal. in proem. Decretalium col. 4. vers. ibi doctoribus, quem retulit & Alciatus in l. 2. in prin. nu. 40. de verbo. ob. & tracta. praesump. regula. 1. praesump. 30. nu. 4. Petrasanta sing. 42. Nota quandoq̄; las. in l. si arrogator ff. de adoptio. nu. 46. & Tiraquel. de retract. confang. §. 30. glo. 1. nu. 29. nam scio Io. And. Gem. Franco Bal. & Aret. alios plures aduerfari, vt recenset Tiraquel. in praefatione Tractatus, de retractu confang. nu. 66. qui huius sententiã Baldum parum sibi constantè citat in l. 2. C. qui non possunt ad liber. perue. non dissentit Panormi. in cap. in literis in fi. de restit. spolia. Ancha. conf. 37. circa med. Decius in l. si ruffinus nu. 11. C. de testa. mil. Craue. noſter conf. 118. nu. 10. quemadmodum & idem videmus in secunda illa regula, quã statim ad confirmationem citauimus: nam sunt & alij plures, qui causã illam magis esse spectandam, quae prodest, affirmant, vt multos huius sententię citat Aleia. d. l. 2. in prin. nu. 42. vers. in contrarium, de verbo. obliga. & Tiraquel. de retract. confang. §. 30. glof.

1. nu. 27. quare perplexam, & ambiguum admodum hanc multi credunt regulam vt ex antiquis Cynus in l. venditioni. C. de vscua. & ex recentioribus las. in l. si arrogator nu. 47. ff. de adoptio. Brocardicam enim esse doctrimam testantur. Quare hanc sententiam vel ex eo veram opinor, et quod si fauorabilis sui origine esset, iã ad non expressos casus se se extendisset, ad quos cum se extendere datum nõ esset, lege expressa cautum illud est, vt testatur Iulianus. constitutio in l. vlti. C. vnde ui, & Inno. 3. in cap. sepe. de restit. spolia. idem ostendit textus. l. si coloni. C. de agr. & cens. lib. 11. quae cum demonstrent extensionem tãnt non esse concessã, ostendunt pariter odiosam esse regulam, nam si fauorabilis extensio fuisset concessã, cum non in correctorijs, sed in exorbitantibus simus, in quibus extensio conceditur, glo. in l. illud in fi. C. de sacros. eccl. quam probat Alex. in l. si constante ubi & las. nu. 78. vers. 2. limita. ff. sol. ma. & d. Craue. de antiq. tempo. quarta parte princip. nu. 78. quod exorbitet, nõ ceter rigat, re ipsa patet, cum nullam iuris constitucionem tollat, sed debeat tantum: ut ob audita spoliatoris exceptione is restituatur, ex-orbitare tãnt enim à communibus iuris regulis est deuiare, vt probat textus, & ibi glo. in ca. ea quae de reg. iur. in. 6. Ripa. l. si constante, nu. 78. sol. ma. hanc ipsam nostram validius confirmat sententiam Vlpia. responsum in l. 1. interdictum hoc quia de vi, & vi arma. dum ait interdictum, quo deiectus restituatur, facinoris atrocitatem in se continere, quare negat aduersus patronum, & aduersus parentes concedi, vt odio spoliatoris inuentum esse ostendat. nec ab hac re dissentit multũ Inno. tertius in cap. in literis de restit. spolia. dum ait secundum rigorem, & Prædonem esse restituentum, nam rigore tãnt ibi intelligit Pontifex (vt animaduertit eo loco Pano. nu. 6.) pro odiosa illa subtilitate, quae benignitatè opponitur, quod probat textus l. generaliter §. si quis seruo. in fi. de fideico. liber. vbi rigor ius subtile dicitur & in cap. 2. de re iud. in cap. cum illorum de senten. excõmunic. & late scribit Tiraquel. de retractu confang. §. 35. glo. 1. nu. 21. dum docet rigore iuris esse summum illud ius, quod à Cicerone, Terentio, & alijs, summa appellatur iniuria, rigorosa enim dispositio, dura dicitur in. 1. prospexit. ff. qui, & a quibus, quae odij plena est, quod latius explicat Didacus Couarr. in cap. possessor. in secunda parte relectionis. §. 6. de reg. iur. in. 6. in odium ergo spoliatoris est con-

constitutum, ut omni sua exceptione spreto deiecto restituatur possessionem, clarius (ni fallor) hoc affirmat Clemens Pontifex in clem. vnica de causa poss. & proprie. dum his vitur verbis, & in spoliantis odium ante causã conclusionem persona. ergo spoliantis principaliter considerat, quam & multas pati penas, etiam corporales videmus, in tit. ff. ad l. Iul. de vi pub. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. quibus certè conuicimus spoliatoris personam considerari, & in odium ipsius principaliter inductum iure hoc esse, vt ante omnia restituatur spoliatus, quod tandem ea notabili ratione comprobatur. nam consultus respondit Bald. in conf. 373. circa questionem precedentem. col. 1. in fi. lib. 5. statutu, quo mater excluditur per agnatos, non esse ea ratione odiosum, quod excludatur mater, cũ non demeruerit delicto, causa aliqua, sed dicitur fauorabile pro conseruatione agnationis. simile est, quod scribit Aretinus conf. 29. nu. 20. Bal. & Aret. est securus. d. Craue. conf. 118. nu. 9. addo eiu sãde sententiã Ang. conf. 345. Primo matris. & col. 1. in fi. sic à cõtrario sensu in casu nostro, cum hic spoliator demeruerit, in sui odium dicitur hoc constitutum. nec enim hic spoliati fauor considerari potest, cum suo factio, quid sit emeritus: quid enim egit ut hoc commodum sibi tribuatur, quod ergo ei conceditur non fauore suae personae, sed odio spoliatoris tribuitur. hinc Cicero pro. A. Caecina, cum Maiores vim armatam nulla iuris defensione tulerint, non uestigium eius, qui deiectus sit, sed factum illius, qui deiecerit, in iudicium uenire. quare falsa est.

Secunda illa opinio, hanc regulam esse fauorabilem, quam probauit Abbas in cap. 1. in. 3. nota. ut eum ibi intelligit Bero. nu. 19. de restit. spoliati. & si Abb. subobscure loquens vix hoc sentiat: nam, quae iuuare videbantur hanc sententiam, minimè urgent fundamenta, vt illud ex t. cap. vlt. de ord. cognit. & si enim adfirmet, tributum esse in priuilegiũ restitutioni, ne audiatur spoliator ante factam restitutionem, attamen intelligimus 24 odiosum hoc esse, cum. priuilegium tãnti cõmuni detrahat, diciturq̄; priuilegiũ legè cap. priuilegia. 2. distinct. immo dicitur priuilegium, quid contra ius cõmune cap. si. §. pen. 25. q. 1. Ripa. in rub. de rescrip. nu. 19. & tamè omnis recessus a iure communi odium continet. Abba. in cap. quia. 3. notab. de priuileg. in cap. olim. in glo. 1. de verb. sig. late scribit

Tiraquel. de retractu confangui. in proem. nu. 62. quo loco inter ceteros citat huius sententiã Corne. conf. 89. col. 3. vers. in super lib. 3. conf. 271. col. 4. vers. nec obstant adducta. lib. 4. eadem respõsione dicit potest fundamentum Beroij praecitato loco ex t. cap. nullus. 2. q. 2. quãquã verius credãt ibi verba illa, quia non habet priuilegium, quo possit exui iam nudatus: intelligi ius non esse, quo spoliatus semel spoliari adhuc possit, cum pristinae possessioni restituendum sit potius. sic facili negotio respõdetur text. t. cap. prius 2. q. 3. cum non affirmet, spoliato tributum esse aliquod uel beneficiũ, uel priuilegium sed tantum ait, spoliatum cum omni suo priuilegio, id est cũ omni suo iure, esse sue possessioni restituendum. Tex. autem t. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. qui à Beroo vbi supra in hanc sententiam citatur, ad rem minimè facit, cum contrarium probet potius, dum odio spoliatoris penam illi infligat corporalem praeter possessionis restitutionem, quae autem & à nobis excogitata fuerant in hanc sententiam fundamenta, animaduerti ea non iuuare. nam dum dicebam ad dignoscendam tãnt dispositionem vel odiosam, vel fauorabilem, inspiciendum illud esse ad cuius principale comodum sit illa inducta: vt egregie docuit Bartol. in l. qui exceptionem nu. 3. de cond. indeb. dum exemplo. S. C. Velleiani vitur, quod cum sit principale comodum mulierum fauorabile indicatur, est in consequentiam aliorum respiciat in commodum, Bartolum probantur Romanus conf. 32. col. 2. vers. 3. quia & conf. 328. Praefens consult. col. 2. vers. prime quia ad. Decius. l. venia. nu. 5. C. de in ius voca. Goza. conf. 5. nu. 6. late Tiraq. De retractu confang. §. 30. glo. 1. nu. 5. Cui addo Craue. conf. 242. col. 1. hinc docui in principale comodũ spoliati, videri hoc constitutu vt ante omnia restituatur, sed (vt iam retuli) animaduerti contrarium verum potius. quare retorqueri fundamentum posse videtur. Dilui quoque vltimo loco & illud potest, quod dicere conseruimus, fauorabilem censeri penam illã sanctionem tãnt qua pena alicui indicitur, vt hic spoliatori, vt sua coereatur audacia, fauore publici comodi, cum interfit publicè delicta puniri. Ita vulueratus in. fi. Ad l. Aquil. quare fauorabilis dicit solet dispositio, vt egregiè sentire videtur Bart. in l. quẽ admodum nu. 4. C. de agricol. & cen. lib. 11. quem multi probantur vt retulit Decius in l. 2. nu. 111. & in l. factum. §. cum in pœnalibus

bus nu. 12. de reg. iur. & conf. 65, nu. 3. cōf. 72. nu. 2. in fi. conf. 660. nu. 6. & conf. 661. nu. 3. 4. Iaf. in l. si certis annis nu. 3. vers. 2. moueor. C. de pactis, & plures citat in banc sententiam Craue. De antiq. tēpo. prima particula quartæ partis princip. nu. 2. 3. clare Goza. conf. 5. nu. 6. nec placet quod responderi possit Bar. tūc hanc sententiam non carere contradicte, cum eam reprehendat subtilis Aretinus in l. Gallus. §. quid si is in fi. de lib. & post. & Aretinum citat Alcias. lib. 5. Paradox. cap. 9. in fi. nec ab Aretino dissentit Corne. Conf. 233. col. 2. lib. 4. non dissentit pariter Decius in d. l. 2. nu. 112. de reg. iur. post Socinū in l. 1. in prin. nu. 10. de verb. ob. et si Aretinū subiceant, nam Bartolum recipiant ceteri omnes ferē vt testatur Craue. vbi supra statim nu. 4. 5. & Aretinum arguit Alcias. d. cap. 9. in fi. & Vbertinus Zuceardus in l. fin. nu. 53. C. de ed. diui Adria. tollen. querenda est alia responsio, quare placebat Alcias. præcitate cap. 9. in fi. Bar. † sententiam tunc procedere cum non agitur de indicenda sanguinis pœna, sed de pecuniaria potius. Quare cū spoliator deportari solet. l. si quis ad se fundū C. ad l. Iull. de vi pub. odiosa nō fauorabilis dici debet, verum non satis placet Alcias. sententia, cum Bar. ceteriq; omnes indistinctē nulla habita differentia illud affirmant. verius itaque existimo Bar. doctrinam in d. l. quemadmodum, esse ex alia eiusdem Bartoli traditione egregia satis in l. 2. §. exercitum nu. 2. ff. de his qui nota. in fam. declarādā, dum distinguit, aut delicto imposita est pœna multiplex, & tunc mitior eligitur. l. si de interpretatione de pœnis, & hoc casu clarē constat dispositionem nō esse fauorabilem, sed odiosam, cum pœna restringatur c. odia. de reg. iur. in 6. aut pro delicto nulla est imposita pœna et si imposita non clarē satis, & tunc extensio videtur concessa, non quia fauorabilis principaliter sit dispositio, sed ne impunitum remaneat delictum, † quod publice interest. d. l. ita vulnera. Bartolum probauit Dec. d. l. 2. nu. 111. in fi. de reg. iur. in l. qui se patris nu. 26. in fi. C. vnde liber Craue. de antiq. tēpo. prima particula quartæ partis prin. nu. 5. Rim. conf. 60. nu. 11. vers. non obstat vltimo lib. 5. Cur. Iun. in l. bonafides nu. 13. de pos. Neuzianus lib. 6. sylvæ nuptia. nu. 47. & Didacus Couarr. lib. 1. varia. resol. cap. 11. nu. 5. Cum ergo clarē satis nostro hoc casu spoliatori pœna sit indicta, non possumus dicere ex eo fauorabilem censeri regulam, ne delictum remaneat impunitum: ex

quibus & illud sequitur, nec Bartolū sic absolute sentire, vt male referunt Iaf. Dec. Goza. ac alii non nulli, fauorabilem esse dispositionem, ex quo extēsiōem recipiat, immō Bar. odiosam illam esse censuit, tametsi fauore publico, nō impunitum sit delictum, extendatur, sui ergo natura odiosam esse censuit Bar. quod tandem perpendit & ipse Dec. in conf. 120. nu. 9. vers. 6. & vltimo, & Ruin. d. conf. 60. nu. 5. & nu. 11. vers. non obstat vltimo lib. 5. & Clarius Corsetus in suo sing. in verbo. extensio incipit, licet lex &c. cessant itaque omnia, que huic secundā opinionioni suffragari videbantur.

Tertia autem opinio fuisse videtur Soc. in l. 1. re que nobis nu. 10. circa med. de acquir. poss. dum inquit, (obiter tamen) interdicitū vnde vi, quod est remediū, quo spoliatus ante omnia restituitur esse odiosum. † Remediū autem ex ca. reintegrāda, 3. q. 1. quo pinguius secundum omnes consultiū videtur spoliatio, esse fauorabile, cum extēsiōem recipiat, vt cum loquatur de spoliatis rebus ecclesiæ, extendatur & ad spoliatos rebus prophanis. sic in d. l. rem que nobis scripserunt Soc. nu. 2. & Ripa nu. 25. quare hæc regula, quod spoliatus ante omnia restitui debet, quatenus, interdicitum vnde vi respicit odiosa videtur, quatenus capitulum reintegrāda, fauorabilis, verum hæc sententia non satis vera videtur, quia stat simul hanc regulam iuxta text. capituli reintegrāda, posse extendi, & tamē odium adhuc continere, vt statim docui, sed quo omnis cesset dispositio, illud verum nō satis est, capitulum reintegrāda recipere extēsiōem, cum & verior & crebrior illa sententia videatur, non extendi ad res prophanas, quod etiam si extenderetur, non ex eo contingeret, quod fauorabilis esset dispositio, sed vt peccatum animæq; periculum cui tetur, quæ latius suo loco excutiemus.

Quarta verò fuit sententia Beroij in cap. 1. nu. 19. de rest. spolia. hanc scilicet dispositionem esse partim odiosam, partim fauorabilem, odiosam considerat spoliatoris persona, in cuius pœnam sic est sancitum, † fauorabilem verò, considerata persona spoliati, ad cuius commodum sic est constitutum, vt in non longē dissimili casu censuit glo. in l. venia. in verbo. libertis. C. de in ius vocan. quæ dixit dispositionem illam petendi veniā vt à liberto in ius vocetur patronus, quo ad patronum esse fauorabilem, & quo vero ad libertos odiosam, eo loco Bal. & post eum Iaf. Decius ceteriq; recentiores simile illud afferunt,

34 runt, in statuto, † quo feminae masculis existentibus excluduntur, quo ad masculos esse fauorabile, quo ad feminas odiosum, quod tradit & Iaf. in l. qui exceptionē de cond. inde. qui receptor est testatur, & refert Soc. Iun. in conf. 1. nu. 46. vers. tertia opinio. lib. 1. Paris. conf. 85. nu. 28. lib. 2. Alcias. responf. 66. in fin. & alia familia congesit idem Alcias in d. l. venia. in verbo. extranei, similis est doctrina glo. in cap. 3. in verbo. numerandum. de præben. in 6. & similis in l. sed et si hac. §. fin. in glo. j. ff. de in ius voc. & tradit Gomef. §. pœnales nu. 35. Iust. de actio. aliaq; plura similia apud Rebuffum super concordā, Regis Francie in titulo de collationibus. §. si quis vero col. vltima versic. nec refragatur Clem. Nec huic fundamento est, quod obijciatur illa consideratio Decij in d. l. Venia. nu. 5. esse nō posse, vt vna, eademq; res, diuerso iure censetur ex l. eum qui ædes de vsucap. vt simili quoque ratione hac vitur Tiraq. de retract. confang. in proem. nu. 65. ad prosterendam eorum sententiam, qui dicebant illam cōsuetudinem retractus, † qua possunt consanguinei à consanguineo vendita recuperare, quo ad ipsos consanguineos esse fauorabilem, quo verò ad emptores esse odiosam similia congesit Tiraq. de retractu confang. §. 1. glo. 8. nu. 21. & D. Craue. conf. 273. nu. 12 13. & Soc. Iun. conf. 159. nu. 16. lib. 2. nam hæc ipsa Decij & aliorum consideratio, non defenditur, cū diuersi considerantur respectus.

35 † nam & tunc diuerso iure res censeri potest. est textus in l. miles. §. pro parte de leg. 2. & scribit Abb. Panor. in cap. cum in tua in fi. de decimis, Ripa in l. vltima nu. 12. C. de reu. dona. Tiraq. d. §. 1. glo. 8. nu. 23. & §. 8. glo. 5. nu. 14. idem late in Traët. de Nobilitate. cap. 28. nu. 13. addo Decium in l. in testamēto. la. 1. nu. 8. C. de testa. mil. & Alcias. in l. in quartam nu. 3. ad. Falcid. & in specie, Decij considerationem, sic diluit Gomef. §. pœnales nu. 35. Inst. de actio. Cum ergo nostro hoc casu diuersi considerari possint respectus obseruata personarum diuersitate, dispositio, odiosa partim, & partim fauorabilis dici posse videtur, & in hanc sententiam confert notabilis admodum textus. l. si quid preferendum. §. vltimo de furtis, qui affirmat furtū vnus à rei duobus commissum, pro parte vnus occultum, pro parte verò alterius manifestum dici. Vel & alia responsione dilui potest fundamentum seu Decij consideratio egregia doctrina Bal. in l. 1. col. 1. vers. 3. opo. C. de let. fug. dum inquit, † vnā & can-

dem rem, quo ad corporalem considerationem, non posse censeri diuersimodē, quo vero ad intellectualem ex intellectu diuidētis, vbi cōcurrunt plures intelligēdi forme, posse, quia (inquit Bal.) vnū aequipollet pluribus, vt in tex. d. l. 1. C. de feris fug. vbi ferus consideratur vt homo, & ut res. Cum ergo in casu hoc nostro sola adesse videatur intellectualis consideratio, an hæc ipsa dispositio, quæ in intellectu est, sit fauorabilis, vel odiosa, non repugnante regula. l. eum qui cedes, & partim fauorabilis, & partim odiosa dici posse videtur Bal. quam retulimus doctrinam, comēdat sum operē Tiraq. traët. Nobilita. cap. 28. nu. 12. quare Beroij fundamentum, alia responsione est refellendum, dicere ergo ipse: dispositio dici partim odiosam & partim fauorabilem, cum fauor non præponderat odio, & contra: res est maxime dubia, an odiosa vel fauorabilis sit, cū nō possimus cōiungere an plus in fauorem vnus, quam in odium alterius sit illud inductum, at in casu nostro res clara est odium, spoliatoris principaliter fuisse considerationem quemadmodum è contra in simili dicimus, quod

38 vbi clarē constat de mente disponentis, † vnā & eandem rem posse censeri diuerso iure, vt respondit Cur. Iun. conf. 114. nu. 11. erit ergo odiosa dispositio hæc, & regula, qua ante omnia restituitur spoliatus, quo fit vt extēsiōnem non patiat, cap. odia. de reg. iur. in 6. & simile in eodem cōsiderat Iaf. in l. qui exceptionem de cond. in deb.

39 Quæro secundo an spoliatus † re mobili restituitur ante omnia, in interdicto vnde vi res est clara, non restitui, cum non concedatur illud pro rebus mobilibus. l. §. illud vtique in dubium de vi & vi arma. Curus rei rationem reiecta aliorum minus probabilis adfert Alcias. l. rem que nobis nu. 3. de adqui. poss. ex ceteris autem remedijs restitui, sunt qui affirmant, vt in remedio. l. si coloni. de agr. & cens. lib. 1. xi. vt huius sententia fuit Fabius. l. naturaliter. §. nihil cōmune nu. 57. de adquiren. poss. & communen. testatur Ripa. in c. sepe nu. 31. de rebus. quod expli cabimus in ea ipso remedio. l. si Coloni. C. de agr. & cens. sic locum habere alii dicunt in remedio. l. ult. C. de adquiren. poss. ut glo. & ibi late excutiā. q. 13. Spoliatum quoq; possessione rei mobilis ante omnia restitui ex ca. reintegrāda, 3. q. 1. sunt, qui affirmant, vt Soc. in l. 1. re que nobis nu. 13. vers. cōclude, quod. de adquir. poss. ut latius videbimus in d. remedio ex d. c. reintegrāda. q. 13. Restituitur quoque



- 40 quoque si spoliatus remabili in hac ciuitate Montis Regalis ex statuto sub Rubr. De electione possessionis colla. 3. sed Papiæ ex statuto 4. de possessione violenta &c. contrarium est cautum, vt solum intelligatur de immobilibus. Inter mobilia. n. (quo ad terminos nostros) connumerari illa solent, quæ solo nõ coherent, ita ut auferri possint, pro quibus deinde conceditur actio ui bonorũ raptorum, ut probat is textus d. l. i. §. illud utiq; cum sequentibus. Quare eo loco sub
- 41 minus nostros) connumerari illa solent, quæ solo nõ coherent, ita ut auferri possint, pro quibus deinde conceditur actio ui bonorũ raptorum, ut probat is textus d. l. i. §. illud utiq; cum sequentibus. Quare eo loco sub
- 42 infertur Vlpianus. §. si quis de nauæ, & deiectione nõ concedi illud interdictum, & in id expendit hunc text. las. conf. 170. col. 2. vers. 2. facit & col. 6. vers. non obstat secundum lib. 2. & las. probauit Tiraquel. de retractione confang. §. i. glo. 7. nu. 90. quo loco amplissime docet, inter mobilia nauem connumerari. las. eum quoq; præter Tiraquel. probauit Benue. Stracchia Tract. de mereatura. in tit. de nauibus vltima parte nu. 3. eiusdem questionis est in molendinis, cum nauium instar sint, & inter mobilia enumerantur
- 43 Ripa. in l. quominus. nu. 126. de sum. & latif. si nõ profequitur Tiraquel. in præcitato. §. i. glo. 7. nu. 92. eoq; in loco plura recenset, quibus intelligimus quæ inter mobilia, & quæ inter immobilia referuntur. Ex multis vnũ illud non omitam quod sepius apud nostros in specie huius nostre questionis venit in controuersiam. Redditus scilicet annuus inter immobilia connumerari, vt ab eorum perceptione deiectus ante omnia restituatur, vt egregie censuit ante alios Inno. in cap. peruenit. & ibi retulit Abbas. nu. 3. de censibus, qui intelligit cũ annuus redditus est realis, nõ cũ personalis, q. verũ an sit infra q. 8. di. cemus, quo loco diligenter rē hanc ipsam excutimus. Subinfertur etiam deiectione ex arboribus re ad eam restituatur. & distingit Bar. post glo. in l. i. in principio de ui et ui arma. ut arbor solo coheret, & cum inter immobilia habeatur restituitur deiectione, si verò euulsasit: nõ, idē censuit Rober. Maran. de ordine iudiciorũ. 7. distinctione iudiciorũ. nu. 22.
- 47 Quæro. 3. an spoliatus agat ut ante omnia restituatur aduersus eũ cuius nomine deiectione fuit, & dubium non videtur agi posse, cum uel eo mandante, vel ratum habere, deiectione est facta, sic probat text. l. i. §. deiectione cum pluribus seq. de ui et ui arma. & tradit Abbas in cap. 1. 3. notab. de restit. spolia. Ripa in l. naturaliter. §. nihil cõmune nu. 51. vers. 7. amplia. nu. 56. vers. 18. amplia. & ibi Rubeus nu. 142. vers. vndecimo etiã de acquir. poss.

Conrad. Lagus in iuris ciuilibus methodica. 4. parte cap. 13. & hanc sententiam probat text. in cap. cum ad sedem. de restit. spolia. & iã extant clara antiqui interdicti verba, quorũ meminuit, & Cicero in ea ipsa pro. A. Cæcina oratione. Vnde tu aut familia, aut procurator tuus &c. solet quoq; hæc ipsa sententia iuuari ex. cap. 1. de restit. spolia. quem crebriore calculo intelligit interpretes, Philasium ibi cæcum spoliatum agere, & contra ecclesiam, cum eius nomine spoliatus fuerit. Cui sanè intellectui plura aduersantur: vt est apud Beroum. d. c. i. col. 2. vers. videtur tamen &c. qui postmodum conatur communem sensum defendendo subuertere, nec feliciter fati. Et cõmunis is intellectus dubius admodũ ex eo redditur, quia cõmunis uidetur sententiã, vt testatur Alex. in l. natura iter. §. nihil cõmune nu. 30. vers. 13. fallit de acquir. poss. Prælatũ inuadentem rem ecclesiæ ab agnitiu possessam nõ fecere ut ecclesia incidat in penam. l. siquis in tantam. C. unde uis, quare infert deinde Alex. & ante eum alii, quod ubi non habet locum pena. l. si quis in tantam, domini exceptionem opponi posse, quod si uerum est, subinfertur in tex. cap. 1. quod si fundus ecclesiæ fuit ab hominibus ecclesiæ inuasus, non potuisse agi spolio contra ecclesiam, aut si actum, frustra fuisset dictum spoliato cõsentiente domini exceptionem opponi potuisse, cum & eo inuito opponi potuisset, datur ergo intelligi contra ecclesiam non fuisse actum. Nec probõ sensum illum Ludouici Blog. in l. naturaliter §. nihil commune nu. 28. de adq. poss. dum facti speciem illius tex. sic fingit. Philasium cæcum fuisse spoliatũ ab hominibus ecclesiæ, contra quos cepit agere, qui spoliatores nõ comparauerunt, sed tertius, hoc est Euentius diaconus, qui opposuit domini ipsius ecclesiæ exceptionem, quæ exceptio non potuit reici ab ipso Philasio spoliato, hic sensus uerò non potest defendi. nam si cõcedimus rei dominium fuisse ecclesiæ & exceptio. ipsa nõ potuit tanquã de iure tertij opponi, ut docent omnes, Bar. in l. i. in fi. ff. uti possid. in l. 2. & ibi Soc. nu. 7. 8. ff. de excep. rei Iud. Tiraquel. in l. i. unq; in uerbo. reuertatur nu. 358. C. de reuo. dona. uel si cõcedimus ecclesiam & ita illius nomine Euentium contra spoliatum pro iure suo & dominio posse comparere & opponens id fieri spoliato inuito potest, si credimus Butrio in cap. in litteris de rest. spolia. Ang. in l. si quis ad se fundum. C. ad l. lul. de ui. Alex. §. ff. nihil commune nu. 33 &

33. & tamen Philasio spoliato cõsentiente domini exceptio dicitur opposita. Planius ergo mea sententia & is textus sic intelligi potest, Philasium cæcum fuisse ab hominibus ecclesiæ spoliatum, cõtra quos agere cepit, non ut contra homines ecclesiæ, ecclesiam quodammodo conueniendo, sed ut contra priuatos, quorum spoliatorum defensorio nomine comparuit Euentius Diaconus, qui opponebat fundum esse ecclesiæ, & ita de iure tertij quodammodo, cuius ecclesiæ nomine dicebat Euentius factam fuisse spoliationem, est illud nõ concederet Philasius, quare Philasio ipso exceptioni cõsentiente potuit illa obici, & necessarius fuit consensus cum ecclesiæ nomine se spoliatum minimè fateretur Philasius, quales autem fuerint homines illi ecclesiæ, non satis est cognitum, & si opinetur eo loci Bero. & malè eos homines fuisse in dominio ecclesiæ, scum sic natura genitui ostendit, ab hominibus ecclesiæ, vt tradunt omnes. in. Rub. de oper. no. nuntia. iuncta. l. i. §. familia. de ui et ui arma. vel ab hominibus ecclesiæ inquit Bero. i. à parochianis. uerius ego intelligerem ab hominibus ecclesiæ. i. à prelati, vt & genitui natura ostendit, quodq; si Bal. deserimus in cap. 1. in fi. de electio. & Fran. Niconitio in Rub. de operis noui. nu. 143. nõ si ferui vel conuenti non fuissent, sed dominus, & si parochiani non apud ecclesiæ iudicem, sed apud Laycũ. Vnum ergo illud est hanc ipsam propositæ questionis nostre sententiã iure satis probari etiã non in. d. c. 1. quæ sanè sententia sine difficultate procedit in eo, qui spoliatione mãda uit. l. i. §. deiectione de ui et ui arma. in eo uerò qui non mandauit, sed ratum habuit, vt contra eum agi possit, tria habent cõcurrere secundum Ripam in. d. §. nihil cõmune. nu. 51. & prius ex glo. in l. i. §. sed & cum quis. de ui et ui arma. quod spoliũ sit suo nomine factum, quod factum ratum habeat, ratumq; eo nomine habeat, ut suo nomine intelligatur ratum habitum, quod contingit ratione delicti, quod spoliationi inest, & declarat Bar. d. §. sed & cum quis, à quo non dissentit Dec. in l. semper, qui nõ prohibet. nu. 12. in fi. de reg. iur. quos sequitur Tiraquel. de retractione confang. §. i. glo. 9. nu. 247.

Extenditur, hæc ipsa conclusio procedere, & si ab vno tantum ex familia sit facta spoliatio, nam interdictũ, quod de familia loquitur, quæ collectiuum esse nomẽ ostendit, in vno seruo tantum procedit, vtrunq; probat textus l. i. §. familia. de ui et ui arma. & docet

uel ecclesie occupata fuerit possessio, nam illis tunc sine cessione actio quaritur. sic docuit Bart. in. l. si urbana. de condi. indeb. aut dominus concurrat cum prædone, & tunc dominus ex æquitate præfertur. d. §. pen. nec dissentit ab hac declaratione glo. in auth. sed iam cautum. C. de pos. non ignoro etiã Bart. in. l. si quis conductionis. pen. oppo. & ibi Sal. oppo. 4. C. loca. aliam adferre declarationem, ego autem aliquando excogitabam, vix fieri posse ut is tex. in hanc sententiã adduci possit: nam is ex æquitate, quã solum Triphonius ibi considerat, uult dominum nō posse cogi prædoni deponenti restituere, quod si rigor tantum ut in interdicto. Vnde uti, spectaretur, non fortè ante factam restitutionē audiretur dominus, quare cum animaduertissem, quæ à nostris adferuntur nō adiuuare ueram eorum sententiam, perpendi multiplicibus alijs rationibus probari tum præfertim ex. cap. cum dilectus. de causa possess. & proprie. ex quo illa desumitur regula, cum constat de iure proprietatis & dominij, illam causæ possessionis in sui executione pæquale re, quare cum nostro hoc casu præsupponamus spoliatum esse prædonem notorium & per consequens ipsum spoliatorem dominū, sequitur spoliatum ante omnia non esse restituentum, & eo tex. cap. cum dilectus, adductus censuit Abbas in. cap. consultationibus. de iure patro. quod & si aliis presentatur t ab eo, qui est in quasi possessione iuris patronatus præferatur presentato à proprietario. sicq; uero domino, non tamen tunc præferri cum constat clare præsentationis tempore de iure domini, quod probat & Dec. conf. 249. num. 2. in fi. Ripa. in cap. cum ecclesia Sutrina. num. 130. de caus. possess. & proprie. Neuzanus conf. 31. num. 32. hæc ea ratione confirmari possunt, cum iure sit permissum domino t aduersus manifestum prædonem sibi ius dicere posse. cap. proposuisti. de appella. & docuit Dec. in. l. qui iurisdictioni. num. 11. de iurisd. om. iudicam. Hinc quoq; uideamus, quod & si aliis, quæ sine ius dicentis auctoritate, sed temerè de facto aguntur, reuocentur nulla interposita mora nō tamen t reuocari, quæ acta sunt aduersus eum, qui manifestè nullum in re ius habet. Dec. in. l. si pacto quo pœnam. num. 5. C. de pactis, qui sic in terminis post Romanum declarat textum capi. licet episcopus. de præbend. in. 6. idem Decius conf. 191. num. 10. vers. non obstant allegata, quo loco post Romanum quem citat, inquit possessionem de facto ablatam ab

iniusto possessore, de cuius non iure notorie apparet, non esse illi restituendam. Dec. probauit Neuiuanus consil. 81. num. 32. consil. 82. num. 26. idem respondit Brunus consil. 19. num. 12. eam omnes rationem adferunt, quia vbi notorium est alicui ius non competere, non est citandus, quod responderunt multi ut Iaf. consil. 86. col. 6. in fin. lib. 3. Soc. Sen. consil. 87. col. 3. consil. pen. col. 10. in fi. lib. 3. Ruin. consil. 31. num. 3. lib. 5. Goza. consil. 18. nu. 2. Paris. consil. 1. nu. 31. lib. 1. recte ergo dicendum est, & nostro hoc casu, legem non adiuuare notorium prædonem, ut tam iniusta domini exceptio reiecta male videatur, cum & lex municipalis omnes reijciens exceptiones, notoriam non reijciat. Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 70. de acquir. possessione, quod & latius suo loco expendā.

Ex his clarè est videre male sensisse Abba. in c. in literis, & Beroium ibi num. 70. in fi. de restitu. spoliato. qui, aduersus receptissimam aliorum sententiam, probarunt contrarium, prædonem scilicet etiam notorium aduersus spoliatorem dominū restitui, quorum rationes & fundamenta non magno diluntur negotio, nam tex. cap. porro. de dilutor. non obstante notoria consanguinitatis exceptione Thori possessio mulieri spoliata, restituitur non satis probat ex sententia Corasij in d. §. nihil commune. num. 72. & lib. 2. miscella. Iuris. cap. 2. in fin. nec dissentit Didacus quem supra retulimus in ea Bpito. de sponsa. d. cap. 7. §. 5. num. 11. & si Iaf. alium sensum, in d. §. nihil commune nu. 46. crediderit, nam inquit Coras. illud contigisse, quia contra legis præceptum vxorem dimisit maritus. prætextu enim consanguinitatis non potest sua autoritate a se vxoremittere. cap. multorum. 35. q. 6. nam in hominis potestate hæc non sunt quæ animæ periculum respiciunt, nec lege diuina data est hominibus facultas, hæc ex causa vxoremmittere. Alia est Ber. declaratio. in c. literis. numero 70. de restitutione spoliato. qui ideo Thori possessionem mulieri restitui uoluit, quia maritus dubitatiuè & subobscurè consanguinitatis exceptionem proposuit, nam illa consanguinitas in quinto vel sexto gradu minimè prohibito iuxta capitulum non debet. de consanguinitate & affinit. esse poterat: quare generalis & obscura exceptio minimè concludit cap. in presentia. de probatio. l. non hoc. C. vnde leg. quod non contingit in casu capi. significati, vbi clarè & concludenter exceptio adulterij fuerat de-

ducta & probata, hæc declarationem confirmant vltima illa verba. cap. porro in fi. in illa parenthesi dum per illam dictionem nisi, dubitatiuè Pontifex loquitur, ex quo datur intelligi non constituisse ex ea simplici oppositione. Impedimentum illud esse vnius vel alterius gradus, qua declaratione intelligimus cap. porro, in hæc sententiam à nostris perperam citari, si Beroij vera est consideratio. quam fallam ego proculdubio existimo, cum in prima illius text. parte nulla adit obscuritas, sed consanguinitatem talem adfuisse præsupponit, qua & si sponte non possit maritus vxorem dimittere, ecclesie tamen iudicio separatio induci poterat: nec in secunda sed in prima parte textus solidum constituit interpretes fundamentum, scio tamen glos. d. capit. porro eum textum intelligere, ut fiat restitutio in omnibus præterquam ad seruitium carnis, quod sensisse videtur Abbas. & Imol. quos citat, & probat Didacus. d. §. quinto numero 12. vbi eiusdem sententia citat Dium Thomam & Paludanum, solet etiam pro hac ipsa opinione citari text. capi. in literis in fine. de restitu. spolia, & qui simpliciter & generaliter affirmat, prædonem esse ante omnia restituendum nec distinguit, an notorius sit prædo, vel non, quare nec nos distinguere debemus. l. non distinguemus, de arbitr. l. de pretio. de publicia. immò in notorio prædone is tex. loqui videtur, quia ubi non constaret eum esse prædonem, paria essent, quod prædo non esset, vel esset, & non appareret. iuxta textum. l. in lege. de contrahen. emp. verum est hic textus non distinguit, ex alijs tamen distinctio sumi potest. cū vna & lex aliam declarat. l. vtrum. de petitio. hered. l. 1. vbi Soc. de reb. dub. Bart. in rep. l. 1. num. 6. de off. procur. casa. idem dicimus de statuto Ripa. lib. 1. responsorum. cap. 3. num. 24. Cur. Iun. consil. 7. num. 3. Soc. Iun. consil. nu. 42. li. 1. sic dicimus in testamento, cuius pars una alteram declarat. l. qui filius vbi Iaf. col. 1. deleg. 1. & quod dicitur in cap. in literis, constare illum esse prædonem, dico prædonem appellari, non ratione apparentie sed ratione effectus, vel intelligimus cap. in literis. procedere, cum prædo aduersus non dominum contendit restitui, vt eo in casu contendebat, restituitur enim tunc. vt probat. l. 1. §. qui à me & l. colonus. de vi & ui armata, cum non liceret non domino prædonem spoliare, sua enim non interest ex quo dominus non erat: an prædo-

prædo, vel non is sit qui possidebat, tex. autè. l. cum fundum. de vi & ui arm. & qui pariter in hæc sententiam citatur, euitari satis potest, nam licet ille emptor videatur effectus rei dominus, ad hæc tamen re nõ tradita veri dominus dici non potuit, nec notorie constat eum esse dominū, vt posset sua autoritate possessorem expellere, cum præsertim in possessione is possessor sine vitio esset. Ad re autem non consent, qui passim citatur text. l. 4. §. si dominus de usufructu. cum nõ conset eo in casu, an is à domino spoliatus possessor iniustus esset possessor, quem iustum in dubio ego dicerem. ne delictum aduersus regulam. l. merito. pro socio, præsumatur. Non quoque, hæc adiuuat sententiam illa Beroij. in cap. in literis num. 72. consideratio, quod iuste scilicet hic prædo à domino recuperet. cum legis autoritate recuperet, nã legis dispositione priuatur suo dominio dominus, qui prædonem spoliavit. l. si quis in tantam. C. vnde vi. quare prædo dum se restitui petit, nõ rem alienam petere dicitur, sed propriam, cum iam ob violentiam dominus amiserit, & non leges ciuiles modo, & sed & canones concedunt aliena lucrari in delinquentium poenam cap. fraternitatis. vbi glo. cap. in legibus. 12. q. 1. cap. licet. de poenis. Quare si prædoni actio ad recuperandum datur: fortius exceptio. l. 3. C. de cond. indeb. l. inuitus. §. cui damno. de reg. iur. nam hæc vt diximus Beroij consideratio non satisfacit. cum lege cautum non reperitur dominum sua autoritate à manibus notorij prædonis rem propriam uendicantem rei dominio priuari, nec enim. l. si quis in tantam, sanctio hoc constituit. quin iam ex Dec. in l. qui iurisdictioni. nu. 11. de iurisd. om. iud. probauimus in notorij posse quem sibi iudicare. cum igitur domino iure hoc concedatur cessat, quod dicebat idem Beroius. d. ca. in literis. nu. 74. vers. 3. dato, quod ex quo vltimum spolum est purgandum. l. 3. §. eum. de vi & ui arma. & vltimum spolum sit domini aduersus prædonem, illud esse purgandum anteq̃ dominus audiatur, tum quia adiuuatur prædo naturali ratione, ne alter scilicet alteri vim inferat. l. vt um. vbi omnes. de iust. & iure. & dominus solo iure gentium cõcedatur rei propria recuperationem. l. ex hoc iure. de iust. & iure. licet causa, & ius prædonis ut fortior præponderare videtur causæ domini: cessat inq̃ hæc consideratio cum domini aduersus prædonem spoliū dici non possit, cum iure permittente suum tantum recuperet. nec uideo

prædonem maiori ratione aduersus dominū, quam dominū aduersus prædonem, ratione naturali niti, cum & prædo prius ius naturale læserit, occupando domini possessionem, quare non parum sum admiratus in hoc Beroij viri alioqui doctissimi ingenium: quia summa æquitate nititur dominus cum à viro scelerato, qui sine controuersia rem restitueret debuit recuperari, quã certe equitate re- & considerauit Triphonius in l. bonafides cap. med. depositi. Ex his iam clarè intelligimus receptissimam sententiam nulla aduersariorum ui oppugnari posse, Quæ sanè sententia fortius procedit: cum notorij & falsissimij possessio à rei domino occupatur si credimus Ripa. d. §. nihil commune nu. 89. qui multos refert, addo Corsetum in eo tract. fallen. ad regulam, quod spoliatus ante omnia restitatur fall. 8. citat in argumentum. l. si feruus §. si. C. de his qui ad ecclesias confug. eam quoque ratione adfert, quia si offendi in persona potest, fortius auferri bona concedi debet, & ait huius sententia fuisse Bal. in d. ca. in literis. de restitu. spoli. & si apud me nihil scripserit Bal. in cap. illo. Bal. tamen sic citauit, & relata rationem probauit Iac. Nouellus in sua practica criminali. in tit. spoliatus de facto de facto debet restitui, incipit vulgaris est regula nu. 8. vers. limita. 8. loquuntur tamen in eo, qui occupat mobilia cui alias non daretur interdictum vnde ui, & si aliud remedium.

Declaro autem & intelligo: hæc declaratione cum is prædo à domino rei fuit spoliatus possessione, & secus si ab eo, qui in re ius non habet seu dominus non est, nã aduersus eum restituitur prædo, ut est in argumentum d. l. bonafides. circa med. depositi & ita intelligo. t. §. qui à me. l. colonus, & l. cum fundum. de vi & ui arma. quæ cum loquantur de prædone, & iniusto possessore, præsupponunt esse satis cognitam & apertam illorum improbitatem, & ita esse notorios prædones possessorisq̃ iniustos.

Declaratur 2. loco principali relata conclusio nullo pacto procedere in beneficiis & spiritualibus, vt probant text. in cap. quoniam & in cap. constitutus. de filijs præbyter: in his enim nõ restituitur prædo ante omnia, cum nec ab initio concedatur vitiosus ingressus. cap. 1. de reg. iur. ca. licet episcopus. de præbend. in. 6. & post Abba. declarat Beroius in c. in literis. nu. 76. de restitu. spolia. solet citari & tex. cap. ad decimas de restitu. spoli. in 6. hæc declarationem probant omnes.

E ij in.

in. d. §. nihil commune, ibi Alex. nu. 27. vers. decimo fallit. Ripa. nu. 70. comunem & vera testatur. Alcia. responso. 41. in fi. nec dissentit ante eos Bella. conf. 3. in. 3. dubio circa med. & licet ex relatis aliqui, ut Alex. & Ripa loqui & in prophanis videantur, cum scilicet contra spoliatum iuris est presumptio ne possidere possit, allegata tamen ab eis iura in spiritualibus & beneficalibus loquuntur, vt intelligit Oldra. conf. 1. col. 2. quem est secutus Marfil. sing. u. quos & alias supra citauit. Aduersatur tamen huic declarationi is notabilis tex. ca. in literis, qui dum loquitur in beneficalibus, vult tamen predonem ante omnia restituendum esse, hanc difficultate tollit egregia declaratio Beronj ibi. nu. 77. in fi. dicit, textum illum voluisse arguere ex dispositione iuris ciuili ad casum illius tex. ut quemadmodum de iure ciuili spoliatum etiam predo ante omnia restituitur, sic spoliatum de iure Pontificio, non tamen id de predone statuit ius Pontificum, quod ius ciuile, quasi velit dicere (inquit Berous) tex. a fortiori si secundum iuris rigorem. 1. secundum ius ciuile predo restitui debet, quanto fortius hic in beneficalibus, qui predo non est, qua declarationem sensit & Abbas in. d. ca. in literis nu. 23. circa prin. & vere intelligo cap. in literis t loqui de predone improprio, iuxta declarationem supra relatam ex. l. si ex stipulatione de acquir. poss. nam is possidendi certam iustam causam habet, & excusatur, & si vere retinere non possit proprietatem: quare tunc restituitur spoliatum sic sentit Berous d. cap. in literis. nu. 28. & nu. 77. & idem placuit Neuzano conf. 81. num. 32. vers. non obstat Bal. &c. hoc demonstratur, quia is spoliatum in casu ca. in literis, erat iam in beneficio institutum, habebat ergo certam iustam causam & si in effectu forte institutio nullius esset effectus, siq; verus predo dici non potuit: nam si predo verus fuisset, credendum est, quod illi restitutio non fuisset concessa, ne lex Pontificia delicta adiuuaret, sic etiam intelligo. t cap. vlt. 3. q. 1.

333 Declaratur. 3. vt fortius procedat hęc conclusio in predone spoliatu, qui ipso iure beneficio fuisset priuatus, vt est in t simoniac. cap. accusatum. cap. tanta. de simo. sic declarat Ripa in. d. §. nihil commune. nu. 91. citat gl. & Atchid. in. ca. 13. q. 1. is enim t simoniacus nullum acquirit tit. in beneficio, nec fructus facit suos, vt post alios scribit Felin. in ca. nisi cum pridem. de renuntia. in cap. in iuata. nu. 1. in cap. simoniac. num. 6. de simo. Dec.

conf. 118. num. 1. Bode. q. 117. nu. 3. Rebuffus in praxi Benef. in tit. de simo. in refig. num. 15. & super concordia. Regis Francie in tract. de pacificis possessio. num. 98. immo dicitur t simoniacus ipso iure beneficio priuatus, vt Constantiensis concilio est diffinitum, & refert Rebuffus. d. tit. de simo. in refig. nu. 8. & idē affirmant Paris. conf. 15. nu. 13. lib. 4. Gomef. super Reg. cancellarie. de Triennali possessio. re q. 12. circa finem, idem dicere possumus in 137 quouis criminoso t qui ipso iure beneficio esset priuatus, ut scribit Ripa. in. d. §. nihil commune num. 92. & latius hęc expendam in remedio ex. cap. reintegranda. ubi melius conuenit explicare tractatum restitutionis possessionis beneficalium ac rerum spiritualium.

138 Quero. 12. vtrumne, qui t clam spoliatum sua possessione est, ante omnia hoc interdicto vnde ui restituitur. communis uidetur sententia restitui, si Bart. credimus in. l. si ui me. secunda de ui & ui arma. & Ripa. in. d. §. nihil commune num. 73. vbi & Alex. num. 15. & Claudius Merme. num. 79. communem testatur, crebriorem quoq; & veram facetur Claud. Seifell. d. §. nihil commune. col. 2. vers. & primo circa secundam fallen. & ibi Fabius nu. 41. & Zalius. num. 48. verisimam affirmant, quod non satis verum sum semper arbitratus, nam qui ab Alex. d. nu. 15. allegatur tex. & ibi Bar. in. l. si coloni. C. de agr. & cens. lib. 11. non probat, est enim probabilis, non necessaria Bar. autoritas, & is tex. l. si coloni, non habet remedium ab interdicto vnde ui distinctum, ut iam diximus. diluitur simili responsione tisdem Alexan. argumentatio ex. cap. reintegranda. 3. q. 1. vt animaduertit & recte Ripa. d. §. nihil commune num. 73. & suo loco dicemus, & quod ait Merme. ad re optime facere, quod quando possessio mea est antiquior, semper in dubio tui vitiosam & clandestinam presumi, cap. licet causam, de proba. Bar. l. si duo in prin. nu. 4. vt possid. conceditur & iam presuppouimus clarum: possessionem noui possessoris esse clandestinam. sed non sequitur esse succursum domino spoliatu ex hoc interdicto, nec vera quoq; est eiusdē Claud. Mermerij argumentatio, dum ait, qui suam ingreditur possessionē, virtute dominij dicitur posse ingredi, quia t ciuile possessionē retinuisse creditur. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. de acquir. poss. vbi Iaf. nu. 23. 33. & is qui in naturali possessione reperitur neget veniente admittere, violentiam committere dicitur, ergo exclu-

excludi poterit per dominij exceptionē. Hęc argumentationem ante Merme. cōsiderauit Rom. vt refert Alex. d. §. nihil commune nu. 15. vers. hęc sua ratio, qui respondet & tollit argumentum, quod & alia ratione dilui potest, quia communis & verior est sententia, cui uilem clandestinam non effici, nec mutari in violentam, ut testatur communem Iaf. d. §. qui ad nundinas nu. 48. est ipse aduersus alios sentiat, tex. autem t. l. si vi me deieceris. de vi & vi arma, in quo esse casum pro hac communi testatur Bart. (et si non animaduertant ceteri,) non videtur (quod pace Bar. dixerim) mihi probare, cum nullum in eo verbū sit de restitutione possessionis, & presertim cum clam possessor est ingressus, illud autem quod ab aliquibus adducitur, interdictum quod vi aut clam concedi contra eum, qui clam aliquid agit. l. 1. §. denique, quod ui aut clam, quodq; restitutorium possessionis dicitur. l. vlt. in principio. C. vnde vi, facile corripit, cum interdictum quod ui aut clā, quod sui natura (vt verba docent) conceditur, cum quid clam agitur. non sit restitutorium possessionis, sed operis factę ut in pristinum restituantur omnia, quare & possessori conceditur. l. competit. §. in summa. quod ui aut clam, & quod dicitur in. l. vlt. C. vnde vi, est sola Iustiniani allegatio non iuris diffinitio, vt recte animaduertit & Beron. in. c. item cum quis nu. 18. circa med. vers. nec obstat. d. l. fin. de restit. spolia. non quoque hęc sententiam probat tex. in t. d. c. item cum quis. de restit. spolia. ubi videntur a pari procedere, qui clā & qui per vim est ingressus. nam si intelligimus in casu. d. c. item cum quis, actum fuisse non recuperandę ex interdicto vnde vi, sed retinendę ex interdicto. Vti possidetis, vt probauit ibi Beron. nu. 3. in fi. cessat omnis difficultas, sed animaduerti textum loqui de eisdē violentis, & de eo qui clam est ingressus, quare datur ibi priuatio possessionis, quod iudicio retinendę non conuenit. Quare credo æquiparationē inter eos fieri, ut ita unus, ac alter vitiosus possessor aduersus agentem criminis exceptione vti possit. quo autem iudicio agat actor ille, vt suam cōsequatur possessionem non determinat textus sed in iuris dispositione relinquit. Fabius autem in. d. §. nihil commune nu. 5. t opinatur hanc sententiam probari in tex. t. l. is qui destinauit de rei vend. qui dū generaliter loquitur in quocumque possessorio, dat cōsiliū vt agere volens prius agat possessorio, quia si obtinebit possessionem, cogetur aduersarius agere pot-

estorio & dominium probare, eete ergo tex. presupponere conuentum esse dominum et dominum posse probare, & tamen negat ob stare agenti possessorio dominij exceptionē, sed si uult obtinere, petitorio agere debet. Hęc argumentatio est omnino falla, nam est consilium iureconsulti sit optimum, non tamen concludit agenti possessorio obici nūquam posse dominij exceptionem, & uerū si hoc diceret malē diceret, cum in possessorio adipsendę & retinendę opponi possit dominij exceptio, vt tradunt omnes in. l. vlt. C. de ed. diui Adr. tole. & in. l. si duo. vt possid. voluit ergo solum iure con. dicere, agere uolentem prius tentare debere, vt conuequat possessionem, quo autem modo non aperit. sed presupponit terminos habiles, vt scilicet consequatur, eo quo poterit remedio, nō ergo negat agenti possessorio certis suis casibus obici posse dominij exceptionem. Ne eiusdem Fabij placet argumentatio, dum ait, si regulariter non obstat dominij exceptio in interdicto retinendę & adipsendę, multo fortius hoc casu cum res est effecta vitio clandestinitatis. nam et si res sit effecta vitio clandestinitatis (quod negari tamen potest) attamen non est hęc disputatio, sed illa an aduersus clandestinum possessorem agi possit hoc interdicto, & dicitur non posse agi, ut statim subiiciemus, quare si actio nō competit, non est quod de exceptione obicienda queratur, immo contrarium probat hęc argumentatio iuxta casum a Baldo & ceteris propositum, vt infra subiiciam.

Contrariam ergo & melius probant sententiam, aduersus eum scilicet qui clam ingressus est possessionem non concedi interdictum vnde ui, quam plurimos quos refert Alex. d. §. nihil commune nu. 15. & presertim Bal. qui quæstionis casum sic formauit, si tu es in possessione rei meę, cuius inq; proprietatis uere sum dominus: si clam illam possessionem ingrediens, & conueniar tibi tu per possessione recuperanda, an uerē tibi concedatur interdictum unde ui, ad eam possessionem a me clam occupatam recuperandam ut restituaris ante omnia, nec tibi obici a me possit dominij exceptio. Bal. (vt dixi) multi sunt secuti ut refert Alex. d. nu. 15. & ibi. Ripa nu. 73. eum probauit Corset. in eo tract. fallē, ad regulam. Quod spoliatum restituitur ante omnia fallen. 2. 9. & qui illi subtraxit omnia Iac. nouellus in Praxi criminali, tit. spoliatu de facto & c. incipit. Vulgaris regula & c. nu. 30. vers. limita. 30. idem sentit Rober. Maran. de



de ordine iudiciorū. 7. distinctione iudicio-  
rum nu. 23. sic & nouissime placuit eruditif-  
simo iurecōsulto Aemilio Ferreto. d. §. nihil  
commune nu. 72. & licet euitari possit, qui  
143 ab omnibus p̄sim citatur tex. t. l. si de eo. §. vlti.  
de acquir. possess. quo probari videtur,  
neminem dici possidere clam rem propriam;  
si ergo cōtra eum sic possidentem agitur, pos-  
test obici dominii exceptio, quod affectum  
non est vitio aliquo ex clandestina occupa-  
tione: nam hæc argumentatio euitari potest  
ex responsione Imola, quam probat Alex. d.  
§. nihil commune nu. 17. in fi. tex. scilicet. d. l.  
si de eo. §. fi. loqui quoad dominium, quod  
clam ipsius rei dominus habere non potest,  
non quo ad possessionem, quam clam domi-  
nus dici potest ingressus, vt eam precario po-  
test retinere, ut probat tex. l. si aliquam. de ad-  
quir. possess. quare glo. in. d. l. si de eo. §. vlti.  
inquit, quod si dominus conuenitur interdi-  
cto vt possidetis, sicq. retinenda, non pote-  
rit opponere dominii exceptionem ergo for-  
tius: cum agitur recuperanda, quod interdi-  
ctum est magis priuilegiatam probatur ex. l.  
dulo facis. de doh. excep. & alias supra de-  
clarauimus, & hanc declarationem probasse vi-  
detur Bar. in t. d. l. si de eo. §. vlt. vbi in fine, ea  
144 ratione admonet aduocatos, ut si contingat  
agi vt possidetis, & aduersarius conetur de  
dominio probare, articulos faciat deducēdo  
eum clam suam possessionem possidere: res-  
pectu possessionis sui clientuli, quia alias (in-  
quit Bar.) si solum diceretur, quod clam pos-  
sidebat possit intelligi ratione solius domi-  
nii Bart. consilium probant omnes nemine  
reluctante. ut ex facto interrog. respōdit Gra-  
ue. conf. 258. in fi. qui ex multis Alex. Fely. ac  
Decium retulit, illi addo las. conf. 211. col. 2.  
circa fi. lib. 3. Ruinum conf. 56. in fi. vbi de-  
clarat lib. 4. & conf. 106. in fi. lib. 5. Paris. conf. 12.  
nu. 9. lib. 4. Scio quoque argumentationem  
illam quam facit Dy. in. c. qui ad agendū nu.  
2. de reg. iur. in. 6. quam & refert Alex. d. §. ni-  
hil commune nu. 16. euitari posse, dicebat e-  
nim Dy. violentum possessorem esse clan-  
destino improbiorem, argumento l. si ven-  
didero. §. cum raptor de furtis & l. 4. Vis e-  
ius. C. de proba. iusta ergo ratione acrius via-  
lentus possessor clandestino puniri debet,  
quod non efficit, quando uterq. a pari proce-  
derent, vt non possint conueniri dominii ex-  
ceptionem obicere, nam diluitur argumen-  
tum (quod & Alex. parū facere dicebat) quia  
par esse potest conditio, quo ad possessionis  
145 restitutionem, quæ non dicitur p̄nam con-

tinere, ex quo possessio, quæ illius occupato-  
ris non est, restituitur; quare reclusi mihi ar-  
gumentari visus est Aemilius Ferretus. d. §. ni-  
hil commune num. 72. ex tex. §. recuperanda  
iust. de interd. qui clarè affirmat, tunc inter-  
dictum illud concedi cum uis commissā est;  
& probatur in. l. i. §. j. de ui & ui arma, quæ  
sane sententia ea coadiuuatur ratione, nam  
quod spoliatus t̄ ante omnia restituitur, cō-  
tingit ob improbitatē ingredientis per vim,  
146 vt probat is clarus. tex. l. si quis ad se fundum.  
C. ad. l. l. ubi. de ui, cum ergo sim ingressus rei  
meæ possessionem, non dicor clam posside-  
re, cum de dominio est questio. d. l. si de eo.  
§. vlt. nec enim improbitas dicitur, cum uim nō  
commiserim, adducebar quoque in hæc sen-  
tentiam, ea ratione quia contra eum qui t̄ clā  
147 ingressus est, rei suæ possessionem datur in-  
terdictam, uti possidetis. l. i. in principio &  
in fi. & l. 3. in principio iuncta. l. vlt. uti pos-  
siede. & tradit Beron. in. c. item cum quis nu. 3.  
& de restit. spolia. quod interdictum est reti-  
nenda. §. retinenda iust. de interd. & eo casu  
dominii exceptio obici potest. l. si duo in  
princi. vbi Bar. nu. 4. uti posside. quod sic de-  
claratur, nam cum tu sis in possessionem rei  
meæ, si clam eam ego ingrediar, & tu conten-  
das te esse in possessione, cū non desieris ani-  
mo possidere, & uelis in naturali retineri,  
nec a me turbari, licet ego clam uidear possi-  
dere, & propterea non possim eo interdicto  
uti, attamen cum me dominium ostendo ex  
titulo antiquo, non dicor propriè clam pos-  
sidere. d. l. si de eo. §. vlt. cum in hoc iudicio  
dominii exceptio agenti obstat, si ergo conce-  
ditur illud interdictum is non restituit ante  
omnia: etsi diceretur conceditur agi posse eo  
interdicto, sed dicitur posse agere ex hoc vnde  
de ui, quo dum utitur declarat se nec animo  
possidere, dico non reperiri tantum cōcedi,  
vnde ui, cum uis commissā non sit. & interdi-  
ctum vnde ui odiosum est, quare non extendi-  
tur.

Declaro communem sententiā tunc pro-  
cedere cum is, qui se spoliatum prætendit, post  
ingressum clam possessionem a domino im-  
mediate agit, tunc enim hoc interdicto agere  
non potest, cum nulla uis aduersus eum com-  
missa sit, secus si antequam agat conetur t̄ ad  
148 suam possessionem reuerti, & is possessor no-  
uus eum probabat, nam tunc is dicitur uim  
ratione ciuilibus possessionis aduersus antiquū  
possessorem commississe ut probat text. l.  
clam possidere. §. qui ad nudinas in fi. ubi  
glo. & omnes, de adqui. possess. cum ergo uis  
com-

commissa ratione ciuilibus dicitur interdictū  
vnde ui antiquo possessori conceditur. l. i. §.  
de iur. de ui & ui arma. Zafius. d. §. nihil  
commune nu. 49. Relata quoque contrauer-  
149 sia t̄ cessat Papiæ ex statuto 54. in ciuilibus. de  
possessione violenta vel clandestina restituē-  
da, vt ex rubrica patet, & in textu, ibi, ui uel  
clam, utrumque enim casum, ui, & clam, &  
quiparat, sic etiam erit locus statuto 31. in cri-  
minalibus. De p̄na illius qui vim alicui fe-  
cerit in sua possessione; cū uerba tex. de qua-  
litercunq. spoliato loquantur.  
Quero 13. an concedatur hoc interdictum  
150 aduersus singularem t̄ successorem, & clarū  
est non cōcedi. vt est clarus tex. l. cum a te. de  
ui & ui arma. & affirmat glo. in. c. saepe & ibi  
Ripa nu. 8. de rest. spolia. respondit Alcia. re-  
sponso 361. nu. 2. Rober. Maranta. De ordine  
iudiciorum. 7. distinctio. iudiciorum nu. 28.  
qui nu. 45. refert in Regno correctū hoc esse,  
eam contra quemuis ad libitum agi possit.  
citarī etiam solet tex. cap. cum ad sedem. de  
restitu. spolia. qui tamen non probat, cum so-  
lum de eo loquatur, qui spoliū nec manda-  
uit nec ratū habuit, immo præsupponit spo-  
151 lium testibus non fuisse probatū. t̄ adferri so-  
let illa ratio, quia personale dicitur hoc inter-  
dictum. l. i. §. pen. de interd. idem dicimus de  
actione in facto, quæ loco interdicti datur.  
§. vlt. iust. de interd. quare actiones persona-  
les, non rem sed personam sequuntur. l. i. §. si  
hæres percepto fundo ad Trebell. l. hæres. C.  
de dona. quam rationem retulit & Cora. in  
d. §. nihil commune secūda parte nu. 111. Nec  
152 aduersatur huic conclu. tex. t. l. uita. C. de ad-  
quir. poss. cum is locum tantum habeat quo  
ad vsucapionem & prescriptionē impediē-  
dam. §. furtiue inst. de vsucap. sic declarat Co-  
ra. qui supra nu. 114. hodie autem est immuta-  
tum ex dispositione cap. saepe de restitu. spolia  
vt infra suo loco dicemus.  
Declaratur vt non procedat hæc cōclusio  
153 in eor. successore, qui immediate deiecto pos-  
sessore ab eo, qui vim commissit possessionē  
adhuc vacātem est ingressus, etsi enim is vim  
non commiserit, in eum tamen conceditur  
interdictum vnde ui, cum immediate uitio-  
se sit possessionem ingressus, sic intelligo te-  
xtum. l. sequitur. §. si tu vi me. ff. de vsucapio.  
etsi male ibi glossa interpretetur, concedi cō-  
tra deiecentem, nō contra occupantem, qua  
enim ratione fit vt a deiecentem, qui non pos-  
sident recuperari vere possessio possit, & non  
animaduertit glo. tex. l. vlt. C. vnde vi, proba-  
re. contrarium eius ad quod adducitur, ut

suo loco dicemus.  
154 Declaratur secundo non procedere t̄ in  
subsidium cum is, qui occupauit non est solu-  
uendo, tunc enim & iure ciuili contra singu-  
larem successorem conceditur remediū hoc,  
sic glo. Bar. & omnes in. d. l. cum a te. & tradi-  
dit Cora. d. §. nihil commune nu. 114. in fi. Ri-  
pa. d. c. saepe nu. 8.  
Declaratur tertio nō procedere cum duo  
sunt spoliati sed vnus ante alterum, licet solū  
155 vlt. loco spoliatus t̄ agat contra spoliatorem  
non is primus, attamen si is primus etiā probat  
de dominio præfertur sic Bar. in. l. vlt. nu.  
13. C. vnde vi, Alex. in additio: ad Bar. in. d. l.  
cū a te, citant tex. l. bonafides de poss. qua de-  
re dicā cū Bar. in. d. l. vlt. in. q. 8. C. vnde vi.  
156 Declaratur tertio quando ex t̄ singulari  
possessore peruenit possessio in primū spo-  
liatorem, nam etsi is primus spoliator possi-  
deat tanquā singularis possessor ob titu-  
lum ab eo habitum tamen potest conueniri  
non ad interesse vt conueniret alias sed ad  
restitutionem possessionis, sic latissimè Af-  
flicti. in. c. r. num. 22. de mili. vassa. qui contu-  
max est, post l. ier. ibi.  
Quero 14. vtrumne concedatur hoc inter-  
157 dictum contra t̄ hæredem vniuersalem, qui  
spoliatori successit, & dubium non est conce-  
di in quantum ad eam peruenit. sic probat  
tex. clarus. l. i. §. vlt. & l. si plures. de vi & vi ar-  
ma. tradit Ripa in. c. saepe nu. 8. de rest. spolia.  
& cum sequitur Neuzanus conf. 78. nu. 1. idē  
censuit Afflicti. Decif. 118. in fi. & Fraciscus de  
Marchis. q. 71. n. 5. Riminal. conf. 428. nu. 12.  
li. 3. Rober. Maranta. De ordine iudiciorum  
7. distinctio. nu. 28. Corasus. d. §. nihil commu-  
ne secūda parte nu. 117. quo loci post Ripā,  
quem nunc retulit, respondet illi difficultati,  
quæ moueri solet, hæredem scilicet non pu-  
158 niri ex delicto defuncti. toto tit. t̄ ne ex delicto  
defun. quæ tunc non procedit cum quid  
in hæredem peruenit, ut declarat Aret. & ce-  
teri in. l. 4. §. Cato. in. 3. oppo. Bar. de verbo.  
ob. quo loci egregiè in terminis Horm. Detus  
nu. 2. 42. Alcia. nu. 92. & tradit Soc. Tract. fal-  
le. regula 291. fallen. 3. Corne. conf. 314. lib. 1.  
Carolus Molin. De diuiduis & indiuiduis  
parte. 2. nu. 235. & in. 3. nu. 238. probat. l. Vni-  
ca. C. de ex delicto defun. & in terminis no-  
stris clariss. tex. in. l. 3. in prin. de vi & vi arma.  
159 accedit præterea t̄ delictū defuncti non extin-  
gui cum sola infligitur p̄na pecuniaria. l. 3.  
C. si pende. appell. l. vlti. c. si reus vel accus.  
mor. fuerit, ubi omnes Caius seius vbi gneus  
nu. 15. ff. ad. S. C. Sylla. l. si pro fure. §. vlt. ff. de  
condict.

condi. & fur. Dec. & Cagn. l. toties. de reg. iur. Nouel. Io. Baptista A finius in l. 1. nu. 85. ff. de religio. & sumpt. fu. & egregie declarat Alba conf. 90. vbi praxim docet procedendi contra defunctum.

160 Extenditur vteo etiam in casu procedat conclusio cum agitur aduersus successorem, qui non spoliatori succedit, sed ipsemet rem possidendo videtur certo modo spoliare, exemplum si pensionem quis annuam soluat, & successorem relinquat, isq; neget soluere cum nunquam soluerit, aduersus eum agi poterit remedio recuperande, ut egregie dicit Guid. pp. q. 62. 9. incip. supra questione, non dicam tamē hoc esse ex interdico vnde vi, per ea que scripsimus supra. q. 8. vbi in fine hoc retulimus.

Quero. 15. vtrumne spoliatus agens hoc interdico, vt ante omnia suae possessioni restituatur, vere restitui debeat ante omnia, 161 t cum passus est litem tractari super causa do minii, & ita super petitorio cognosci, iure Casareo non reperitur clarē definita questio iure Pontificio ex. c. 1. de restit. spolia. est ab solutum non restitui, nec est, qui hodie dis sentiat. nam ut ait Abbas in. d. c. 1. tertio no tab. potuit spoliatus huic iuri suo renuntiare, quod intelligitur tam expresse quam tace, expresse inquam si facto spolio cum spoliatore conueniat, se hanc exceptionem non oppositurum, vt sic intelligi a ceteris textum d. cap. 1. ibi scribit Bero. nu. 20. qui Bartolum citat ac Bal. & Inno. is tamen Inno. solum in quit hoc contingit propter voluntatem partium, quae in hoc concurrunt, ab hac sententia non dissentit Io. Baptista Ferretus conf. 95. nu. 11. Bero. tamen. d. c. 1. nu. 20. ambigit non medicriter, in casu t. d. c. 1. non interuenisse expressum consensum, sed tacitum tantum, qui in iudicio idē quod expressus operatur vt tradunt omnes in. l. que dotis ibi las. nu. 77. & in fi. fol. ma. quod in se verum est, attamen hic tex. vere secundum Inno. & alios intelligimus de consensu expresso, ex vi forte illorum verborum, consentiente illo constituit se legitime probaturum, quod dictum est simile illi Terentiano in Hecy. Nam constitui cum quodam hospite me esse illum conueniturum. i. conueni, expresse egi, & hoc verbo sepe utimur in eo actu seu contractu, quod de constituta pecunia dicitur, quod nil aliud est quam pacisci, & de soluendo conuenire, erit ergo conclusio præcipua, cum expressus intercedit consensus.

162 Extenditur primo procedere & eo casu cū

163 tacita intercedit t consensus, ut cum opponitur dominii exceptio, & super ea spoliatio nõ opponente proceditur, sic probant omnes, ut apud Bartolum in. l. quis ad se fundum nu. 2. C. ad. l. ful. de vi. pub. qui citat. d. cap. 1. et si dixerim loqui de consensu expresso: hanc quoque sententiam probat Bero. d. c. 1. num. 20. & ibi omnes, iure autem ciuili non probatur vt ait Bar. qui latum supra citatus eam attulit rationem, nam sicut se habet exceptio ad actionem, ita se habet replicatio ad exceptionem. l. 2. de exceptio: sed si exceptio non obiciatur, actio nõ impeditur, eadem ratione si obiciatur exceptio & replicatione non respondeatur, exceptio illa locum habet. l. quoniam Alex. C. de adulter. & toto tit. De replica. Bar. probauit Bero. d. c. 1. nu. 21. verū etsi non animaduertant nec Bero. nec ceteri, hac fuit ratio Iacobi Butrig. quā refert Bal. in. l. ordinarij col. 1. vers. quid de hac questione ne. C. de rei ven. Bar. autem est quoq; secutus Dec. conf. 84. col. vlt. vers. nā prout dicit Bar. & Alex. d. §. nihil cõmune nu. 31. Claud. Merme. nu. 163. Zafius nu. 64. Boc. in suo sing. de petitorio & poss. iudicio num. 5. & ibi Ripa nu. 72. qui & alia plura retulit, ad illud probandum multa concedi parte non opponente, quae alias non concederentur & plura alia scribunt las. in. l. licet nu. 5. vers. 3. fallit. C. de procura. Dec. in. l. qui iurisdictioni in fi. de iuris. d. om. iud. in. l. non est nouum nu. 5. d. de reg. iur. conf. 469. in fi. conf. 557. nu. 13. plura similia congerit egregie Craue. noster conf. 150. nu. 2. conf. 220. nu. 5. conf. 248. nu. 2. cõf. 272. nu. 9. & in tract. De Antiq. tempo. quinta particula primae partis prin. num. 262. 7. & præter eum Rui. conf. 3. nu. 10. lib. 3. Marfil. conf. 19. nu. 7. Contra tamen hanc ipsam ampliationem sensit Bald. in. d. l. ordinarij col. vlt. vers. quid de hac questione, ea ratione vtitur, hanc exceptionem, quod spoliator non debeat audiri in causa domini anteq̃ possessionis sit facta restitutio, esse iuris exceptionem, quae cum sit notoria, ipso iure spoliato rem ipsum repellere debet: citat. l. si de vi. de iud. verum Bal. argumentatio leuis est admodum, ut rectē animaduertit Aretinus in. d. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 10. de adquir. poss. nam et si, quae t notoria iuris sunt, à probandi onere releuent, nõ tamen ab onere allegandi & proponendi iuxta regulam. l. si adulterium cum in cestu. §. idem si Pollioni. de adute. & est glo. in Clem. appellanti. de appella. scribit Bar. in. l. cum quid nu. 15. si certum peta. Fely. in. cap. 2. tertio nota. de præ-

166 præsump. Alcia. tract. præsump. reg. 2. præsump. 12. nu. 33. et responso. 132. in fine vers. 2. respondeo, declarat Barba. conf. 62. col. 2. in fi. lib. 1. conf. 57. col. 6. lib. 3. Alex. l. 1. nu. 4. C. ut, quae defunt aduoca. & c. d. §. idē Pollioni. egregie declarat Bell. lib. 2. supp. iuris. c. 6. Extenditur. 2. vt fortius etiam procedat & eo casu, quo t spoliatus opponeret, sed leuiter & simpliciter, quod non intendit ingredi iudicium petitorium nam non sufficit simplex oppositio & replicatio, sed est necessaria clara protestatio, sic Aduocatos instruit Alexan. in. d. §. nihil cõmune. nu. 31. vers. 14. fallit quem est secutus D. Craue. conf. 248. nu. 3. in fi. vbi eiusdem sententię citat Afflicium Dec. 193. addo ipse Capicium Neap. Decis. 28. numero 1. Paris. consil. 1. numero 171. consil. 107. num. 17. consil. 113. num. 7. lib. 1. consil. 11. in fin. lib. 4. clarē hoc idem affirmat nouissime Neuzianus consil. 79. nume. 2. 6. & Nata conf. 289. num. 11. lib. 2. censeo ipse animaduertēdum hanc ampliationem haud satis veram esse, quia etsi Alex. admonerit aduocatos ut protestentur nõ tamen per modum necessitatis fed consilij admonuit nec relati interpretes affirmant necessariā omnino esse expressam protestationē, solum inquit bonum esse protestari, alias esset in verbis constituere differentiam, cum opponendo, quod non intendi causam super petitorio tractari nil aliud sit, quam protestari, quod ante omnia est restituendus tamquam aduersus legis præcepta spoliatus.

167 Extenditur. 3. vt procedat & eo casu, cum opponitur, & protestatur, t sed eis nõ obseruatis ad vteriora progreditur iudex, tunc enim est necessaria appellatio, ut post Io. Mo nachum & Io. Andre. in cap. 1. de accusa. in 6. censuit Aret. in dic. §. nihil commune numero 10. circa princ. qui huius opinionis fuisse Fortuninum Garziam refert, quorum fetentiam probauit Felin. in cap. inter monasterium numero 23. circa finem vers. Tempora tamen hanc octauam de sent. et re iud. idem placuit Crauetæ conf. 238. numero 4. cõf. 302. col. penul. vers. fed dicet aliquis. & c. et idē nouissime in responso pro Genero nu. 236. Illa tamen prima ratio qua Are. et Garzia. utitur est satis leuis, nõ appellatio (aiunt illi) is excipiens suae exceptioni dicitur renuntiasse, quod potest. l. pen. C. de pactis, leuis inquam est, cum is iam excipiendo declarauerit animum proprium, se ea cum exceptione uelle iudicium impedire, est ergo illa ratio uerior & firmitior, quia si actor re-

168 plicauit et opposuit, animi sui non esse uelle petitorij iudicium aggredi. illisq; spietis cū iudex procedit ulterius t dicitur tacite aduersus actorem interlocutum. l. 1. C. de ord. iud. l. à procedente ubi Bart. C. de dilat. unde hec interlocutoria facit ius. c. cum dilecti de electio. hinc rectē Bar. in d. l. à procedente nu. 3. vers. aduerte & nu. 4. affirmat, tunc opus esse appellatione, cum iudex opposita exceptione & ea non obstante causa cognita ad vteriora procedat, Bar. probantur ceteri vt latē scripsit Felin. in cap. suborta. col. 4. vers. limita tamen prædicta. de re iud. illis addo Barba. conf. 45. col. pen. in fi. l. 2. Signo. vel quisquis is est conf. 242. n. 12. Aret. conf. 73. col. 2. vers. aliquando iudex, & conf. 107. num. 2. vers. 2. casus, Rui. conf. 61. nu. 36. lib. 5. alia Dec. cõf. 276. num. 4. las. conf. 105. nu. 2. conf. 199. in fi. lib. 1. Tiraquel. late de legibus connubia. in glo. 5. num. 50. & Seball. Vantrus tract. nullitatum tit. quibus modis sententia nulla possit reparari nu. 9. quibus addo Soc. fenio. conf. 99. col. pen. lib. 3. Paris. conf. 98. num. 15. lib. 3. Chaffa. conf. 68. num. 41. & Alcia. responso. 409. num. 3. quare scite admodum Ancha. conf. 192. numero 4. vers. confirmat hoc & c. dixit, t contradictionem sine appellatione leuis esse momenti. Hanc tamen declarationem ueram tunc intelligit Aretinus præ citato. §. nihil commune, quando re ipsa cognouisset iudex super causa exceptionis, & si Felin. in d. cap. suborta col. quarta vers. limita tamen prædicta, ex sententia Bald. & Imol. immò, & eiusdem Aretini quem citat. affirmet t sufficere si iudex aliquo temporis interuallo ad vteriora procedat, satis enim ex eo conicitur cognouisse, quam sententiam ueram probauit Rui. conf. 117. nu. 18. lib. 5. quo fit, ut necessaria sit omnibus casibus appellatio.

169 Extenditur quarto vt procedat, etiā si esse mus in executione t iam latē sententia super restitutione ipsius possessionis, nam si & eo casu patiatur spoliatus probationes super domino fieri non leue sibi adferret detrimentum, ut nouissime interrogatus respõdit uir consultissimus Natta, conf. 289. nu. 12. lbi. 2. & eiusdem sententia citat Alexan. conf. 117. numero 13. lib. 2. qui tamen principaliter hoc non affirmat, sed ad suae certe doctrinæ confirmationem hoc sensit. Arbitror tamen Nattæ sententiam ueram, cum possit & eo tempore spoliatus iuri proprio in totum renuntiare, nedum pati ut exceptio illa opponatur.

170 Extenditur quarto vt procedat, etiā si esse mus in executione t iam latē sententia super restitutione ipsius possessionis, nam si & eo casu patiatur spoliatus probationes super domino fieri non leue sibi adferret detrimentum, ut nouissime interrogatus respõdit uir consultissimus Natta, conf. 289. nu. 12. lbi. 2. & eiusdem sententia citat Alexan. conf. 117. numero 13. lib. 2. qui tamen principaliter hoc non affirmat, sed ad suae certe doctrinæ confirmationem hoc sensit. Arbitror tamen Nattæ sententiam ueram, cum possit & eo tempore spoliatus iuri proprio in totum renuntiare, nedum pati ut exceptio illa opponatur.

F Exten-

166

168

170

171

172

Extenditur. 5. vt procedat, & verum adoe-  
 fit, vt factis his probationibus super domi-  
 173 nio, non possit t iudex ex officio supplere, &  
 ante omnia spoliatum restituere: sic Berous  
 in cap. 1. nu. 23. vers. & huiusmodi. de restitui.  
 spolia. qui eiusdem opinionis fuisse Butriū  
 scribit, cuius rei est ratio, quia tunc restituen-  
 dus est spoliatus, cum restitui petit, non ex  
 mero iudicis officio, vt docet glo. in d. cap.  
 1. Quare si consentiat spoliatus cognosci su-  
 per dominio, non modò petit se restitui ante  
 omnia, sed negare videtur velle restitui. Si-  
 174 quidem t iudicis officium soli petenti imper-  
 titur, ut latè docet Ripa. in l. 4. §. hoc autem  
 iudicium num. 12. 15. 18. ac multis seq. ff. de  
 damno infecto: quanto ergo fortius hoc casu  
 dicendum est, vbi nō modò petitur, sed sper-  
 nitur. immò (quod fortius est) nec in noto-  
 rijs regulariter iudex supplet, vt docet Alex.  
 in l. 1. nu. 4. C. ut, quæ desint aduoca. hanc  
 tamen extensionem intellexit præcitus Ber-  
 ous, nisi peccati timor immineret. ex tex. in  
 cap. 1. de diuor. & c. est glo. in cap. quia præ-  
 xatus. r. q. 4. conferunt, quæ sumus dicturi  
 in ea questione, quando concedatur, vel ne-  
 getur restitutio ob animæ periculum.  
 Extenditur. 6. procedere & eo casu, quan-  
 do causa petitorij prius fuisset cæpta, & lite  
 super illa contestata obijcit spoliatus, esse  
 prius causam spoliationis cognoscendam, nā  
 ex quo tunc venit per modū exceptionis, &  
 hæc exceptio impediens cognosci in petito-  
 rio anteq̄ spoliatus sit restitutus est dilatoria  
 ante litem super petitorio cōtestatam debet  
 opponi. Bar. d. l. naturaliter. §. nihil commu-  
 ne. nu. 24. ibi las. nu. 136. ff. de adquiren. poss.  
 Capius Decif. 13. nu. 3. quos est nouè secu-  
 tus Craue. in responsō pro Genero. nu. 237.  
 egregie idem censuit Ang. in l. inuafor in fi.  
 C. vnde ui. Scio tamen rem esse maxime du-  
 biam cum alijs plures aliter senserint ut late  
 scripsit Ripa. d. §. nihil commune. num. 161.  
 & ibi Rubens nu. 312. & Io. Cora. 2. parte. nu.  
 86. quibus accedit Franc. de Marchis. q. 316.  
 numero 10. latissimè Didacus lib. 1. varia. re-  
 solu. cap. 16. num. 14. & infra alio loco forte  
 attingam.  
 Limitatur nunc primo hæc conclusio, vt  
 175 ita demum dominij exceptio t impediatur spo-  
 liatum restitui, quando ipsa exceptio fuit  
 in libello legitime deducta ac legitime post-  
 modum probata, nec enim sufficit simplici-  
 ter opponere dominij exceptionem, nam si  
 solum opponatur, nec probetur, super so-  
 la ipsa restitutione possessionis est pronun-

tandum, sic Dec. in l. vltima num. 21. in fi. C.  
 de edict. diui Adria. tollen. & consil. 84. col.  
 vltimā vers. nec obstat, quod Neuizanus cōf.  
 79. num. 9. vers. 3. respondetur, huius senten-  
 176 tiæ citatur tantum t Bald. in l. post senten-  
 tiam. col. 1. vers. venio. ad 2. C. de senten. &  
 interio. om. iud. qui loquitur in interdicto  
 retinendæ vt possidetis. Quare in interdicto  
 recuperandæ non credo hanc declarationem  
 absolutè veram, nam etsi in libello non fue-  
 rit deducta, & super ea lis contestata, attam-  
 en sufficit in prosecutione causæ esse super  
 ea cognitum. Solent enim prosecuta t maxi-  
 me obseruari, vt his in terminis consulit  
 Paris. consil. 112. num. 55. lib. 1. quo loci com-  
 mune testatur, eum est nouissime secutus  
 Rolan. à Valle consil. 79. nu. 37. non ergo no-  
 stro casu procedit Bal. sententia, quod & ex  
 eo demonstratur cum nō possit reus conuen-  
 tus in libello, qui ab actore dari debet, hanc  
 dominij exceptionem deducere, nisi intelli-  
 gamus libellum pro prima ipsius conuenti  
 177 response, vel eo casu cum ipsemet actor  
 spoliatus in suo libello vtramq̄ causam deducit,  
 vt in eo casu consulit Neuizanus. d. consil.  
 79. num. 9. quod sanè uiri fatui esset.  
 Quare Paris. consil. 109. num. 29. lib. 1. affir-  
 mat, sufficere conuentum probare eam excep-  
 tionem, dum inquit t non sufficere, si quid  
 allegetur, & non probetur iuxta glo. l. 1. in  
 princ. in verbo. dicitur. ff. si quadrup. paupe.  
 fecisse dicitur, quā ut notabilem sunt secuti  
 omnes vt apud Alex. in l. si præfens. de oper.  
 no. nuntia. latè Ripa in l. admonendi. nu. 21.  
 de iure iura. & præter eum Curt. sen. consil.  
 67. col. 18. in fin. Cur. Junior in l. si certis  
 annis. nu. 21. C. de pactis. Paris. consil. 10. num.  
 35. lib. 1. latè Marsil. sing. 570. Aduertas. & c.  
 intelligerem ipse præter alios, uerū hanc de-  
 clarationem, cum sola dominij exceptio est  
 opposita, & allegata, nulla deinde subsæcuta  
 ad probandum dilatio, non enim tunc su-  
 per deducta exceptione pronuntiandum erit  
 179 diffinitiuè, sed absolutoriè ab ordine iudi-  
 cij, secus cum t ad probandum exceptionem  
 concessa fuit dilatio, nam etsi tunc non fuit  
 per excipientem, quid probatum, contra eū  
 tamen diffinitiuè est pronuntiandum, iuxta  
 doctrinam glo. in Authent. Qui semel in  
 verbo. locum. C. quomo. & quando iud. &  
 scribit las. in l. qui accusare. n. 6. et ibidem  
 Dec. n. 17. C. de eden. egregiè Marsilius sing.  
 169. Notat latè Didacus Couuar. Hisp. l. 1. r.  
 uariatum. resolut. cap. 1. nu. 8. & Neuizan.  
 consil. 19. nu. 15.

Limita.

Limita. 2. non procedere, quando domi-  
 180 nij causa & t exceptio deducuntur ad colo-  
 randū possessorem, sic clarè in terminis no-  
 stris consulit Neuizanus consil. 79. nu. 9. qui  
 huius sententiæ citat Dec. in l. vltima nu. 21.  
 C. de edictō diui Adria. tollen. qui in simili  
 solum affirmat, licere corā laico cognoscente  
 de causa possessionis rei ecclesiasticæ, deducere  
 dominium ad corroborandum possessorem,  
 non tamen, quoad terminos nostros hoc affir-  
 mat, nec leuis est inter ytrumque casum differ-  
 entia, ut re ipsa statim ostendat. Citat & Dec. in cap. licet causam col. 8.  
 de proba. qui loquitur in interdicto vt possi-  
 183 detis, in quo, cum est dubium, quis est, qui  
 possideat, fertur pro eo sententia, qui titulu  
 probauit, ut declarat Bar. in l. si duo. num. 2.  
 ff. vt posside. citat demum Neuizanus Calca-  
 neum consil. 82. col. 2. nu. 2. qui se ipsum non  
 declarat an loquatur in interdicto retinendæ  
 vel recuperandæ, & arbitror loqui in inter-  
 dicto retinendæ, cum citet Calca. Bal. in l. ordi-  
 narij. col. pen. vers. sed iuxta prædicta. C. de  
 rei vtd. qui loquitur in interdicto retinendæ,  
 quam difficultatè animaduertens fortè ipse  
 Neuizanus. d. consil. 79. nu. 32. idem esse dixit  
 in hoc recuperandæ interdicto, quod in reti-  
 184 nendæ, cum in ipso recuperandæ causa do-  
 minij tractatur: citat huius sententiæ Alex.  
 in l. rem quæ nobis in fi. de acquir. possess. &  
 in consil. 76. in fi. & consil. 118. col. 3. lib. 2. verū  
 Alex. loquitur, non quando solum ad colo-  
 randum possessorem causa dominij tractatur,  
 sed quando etiā de dominio ipso disputa-  
 185 tur, & super eo ferenda est sententia, quod  
 non contingit in casu nostro. Pro Neuizani  
 tamen sententia, doctrina Bald. esse videtur  
 in l. vnica. col. pen. vers. quæro, quid si in pos-  
 sessorio reus. C. si de momenta. possess. fuer.  
 181 appella. dum inquit t iudicem teneri admit-  
 tere exceptionem respicientem dominij in  
 remedio recuperandæ: etsi non admittat appella-  
 186 rari posse ad superiorem, quam doctrinā  
 intellexit cōf. Neap. ut refert Afflictus Decif.  
 7. cum exceptio deducitur, & super ea exce-  
 187 ptione capitula facta coadiuuant possesso-  
 rium, & solum contenditur super admissio-  
 ne capitulorum, an sint pertinentia, vel non,  
 & esse pertinentia affirmant, t cum aliquid  
 182 causæ conferant iuxta commune omnium  
 sententiam, ut apud lasonem in l. si duo. §.  
 idem Iulia. nu. 12. de iure iura. Dec. consil. 84.  
 & consil. 57. nu. 2. Ripa. in l. 1. nu. 41. si certum  
 petat. & in nostris terminis Alcia. responsō.  
 387. nu. 4. qui loquitur in casu è contra, quan-

do scilicet causa est in petitorio, & capitula  
 fiunt super possessorio, subdit tamen Afflict.  
 causam dominij in fine litis, disputari an ea  
 ferenda sententia sit. Contrarium itaq; sen-  
 tentiam aduersus Baldum Afflictum, & Neu-  
 180 izanum probauit Hubertinus Zuccardus  
 uir admodum in nostris legibus eruditus, is  
 inq. in l. vlt. num. 164. C. de edictō diui Adria.  
 tollē. & cum eo etsi subobscura aliquantulu  
 sensisse videtur Brunus consil. 21. nu. 9. horum  
 sententiam veriolem credo. Nam siue spolia-  
 tum consideremus, siue spoliatorum semper  
 Bal. & Afflict. sententia non potest procede-  
 re. Considerato enim spoliato verum esse nō  
 potest. Primò, quia, ut subtiliter dicebat Bru-  
 183 nus. d. nu. 9. in fine, ex quo non est in posses-  
 sione non potest dicere se velle colorare pos-  
 sessorium, ac illud ex causa hæc dominij uelle  
 iustificare, cum non enis nulla sint qualita-  
 tes. leuis, qui. ff. si certū pet. quare tūc potius  
 petitorij ac possessoriij cumulatio diceretur.  
 Secundo considero hoc non posse cadere in  
 spoliatum, cui vtile nullo uidetur modo de-  
 ducere causam dominij, quia, vt spoliatus ex  
 sola possessione est omnino restituendus cū  
 & prædo restituitur ut supra diximus. q. 11.  
 sic pariter si consideramus spoliatoris perso-  
 nam, nam cum is ante omnia restituere teneat-  
 184 tur. d. ca. in litteris de rest. spolia. non potest  
 aliquo modo uitiosam t colorare, & iustifi-  
 care. l. vltima. C. qui leg. hab. perso. sta. in iud.  
 quam sic citat Zuccardus. in d. l. vlt. nu. 164.  
 C. de edictō diui Adria. tollen. quo loci affir-  
 185 mauit Afflictum male t sentire & rectè, mea  
 sententia cum & hoc casu cap. impertinentia  
 censentur, ut scribit Bar. ad quem nemo  
 animaduertit in d. l. vlt. nu. 5. in fi. C. qui leg.  
 habet. perso. stan. in iud. & Bart. se ipsum ci-  
 tat. in l. vlt. nu. 11. C. vnde ui.  
 186 Quæro. 16. an spoliatus t tunc restituatur,  
 cum per confessionem cōstat de veritate do-  
 minij ad commodum spoliatoris: & non esse  
 restituendum affirmare videtur Abbas in ca.  
 1. in. 4. notab. t de restitui. spoliato. his verbis.  
 Nota quod si per testes admissos constat pro  
 reo de iure proprietatis, denegatur restitui-  
 187 tio. Idem si constat per confessionem ipsius  
 rei, quæ sanè vltima verba subobscura sunt &  
 corrupta fortè, vt rectè aduertit Berous. in d.  
 cap. 1. nu. 27. de restitui. spolia. sic etenim apud  
 Abba. est legendum. Idem si constat per con-  
 fessionem de dominio ipsius rei, ut sit sensus,  
 si constat de dominio ipsius spoliatoris per  
 confessionem ipsius spoliati, quod affirmat  
 & Inno. in cap. constitutus de filijs præ-  
 F ij sbyter

byter. Rota in nouis Decif. tit. de rest. spol. Decif. 16. 17. 19. qui sic in beneficialibus affirmat Castré. cōf. 254. col. 2. vers. super. 3. circa med. lib. 1. Corfet. tract. Fallen. regula quod spoliatus restitua. ante omnia. Fallen. 34. Bella. conf. 3. in 5. dubio circa fi. Alex. in. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 27. vers. x. fallit. de acquir. possess. & ibi Zasius. nu. 51. Ferrerius conf. 4. nu. 5. Franc. de Marchis. q. 316. nu. 11. cuius conclusionis uera responsio illa est, 188 quia confessio est probatio probata, ac aliam uerior & potentior. vlt. C. de fideico. in. l. Generaliter. §. et si, quidē. C. de reb. cre. in. l. Generaliter. C. de non numer. pecu. & tradit. Grammaticus Neap. Decif. 36. nu. 66. 189 Soc. lun. conf. 39. nu. 18. lib. 2. immō t̄ confessio dicitur maior quouis publico instrumento vt post Bal. consulu. Crau. conf. 61. nu. 3. conf. 171. nu. 4. Zasius. conf. 1. nu. 4. 5. lib. 1. si ergo, quando constat de nō iure spoliati per instrumenta, denegatur restitutio, quāto fortius hoc casu, immō confessio & eo casu admittitur; t̄ cum ceteris probationes excepta scriptura reiiciuntur, ut docet Deci. in. l. cū te. 2. in. 4. notab. C. de tran. immō las. in. d. l. cum te. nu. 5. dicebat, ob vim cōfessionis, sententiam posse ferri super inordinato processu, quam doctriam dixit singularem Marfil. 191 sing. 201. & admitti t̄ probationem per confessionem etiam contra rem iudicatā, quod probauit & Curf. lun. conf. 17. nu. 12. qui cōf. 53. nu. 2. inquit t̄ confessionem admitti contra presumptionem iuris & de iure. omnes in Rub. extra. de proba. alia. tract. presumptio. in præludij. in secunda parte presumptio. nu. 4. & alia plura de ui confessionis tradidere Barba. conf. 40. col. 3. lib. 1. conf. 70. col. 1. 2. lib. 2. Paris. conf. 112. nu. 42. lib. 1. conf. 66. nu. 103. conf. 99. nu. 12. lib. 3. Chaisa. conf. 68. nu. 30. latissime Craue. in responsio pro Genero. 193 10. nu. 11. & num. 224. & ut finiam t̄ confessio dicitur facere rem notoriam c. vlt. de cohab. cler. & mulier. Grammaticus Decif. 36. num. 66. non est ergo mirum si hoc casu impeditur restitutio, cum in notorijs sine dubio impediatur, vt vtrunq; casum æquiparado, docet Alex. in. d. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 27. vers. 10. fallit, ibi Zasius. nu. 50. & que sunt secuti D. Craue. conf. 399. nu. 7. consil. 303. nu. 6. conf. 322. num. 3. in fi. qui Oldra. ac alios in hanc citauit sententiam. idem Craue. in responsio pro Genero. num. 220. qui alios addit. & præter eum eandem affirmant sententiam Iaffredus Lanfrancus in suis decisio. conclusione 498. Grāmat. conf. 24. nu. 13. lib.

1. Rotta in Decif. antiquis tit. de ordine cognitio. Decif. 1. num. 2. & Durand. de arte testandi. in. vlt. cautela. num. 8. in fi. las. conf. 9. facti series. col. 1. lib. 2. Gratus. conf. 13. nu. 15. lib. 2. Cur. lun. conf. 127. nu. 6. Paris. conf. 2. nu. 36. conf. 10. nu. 68. lib. 1. conf. 12. num. 7. 8. lib. 4. Neuzanus conf. 81. nu. 32. Nec hac in re constituo difficultatem, ut dicamus constare per confessionē de dominio spoliatoris, vel de non iure spoliati, quia si fateatur spoliatus spoliatorem dominum, fatetur se non esse: cum in solidum duo domini esse nō possint. l. 3. §. e contrario. de acquir. possess. & praxim docet Beronius. d. cap. 1. nu. 34. in fi. de restitu. spolia. 194 Quæro 17. an spoliatus t̄ restituatur, cum de spoliatoris dominio cōstat ex publicis instrumentis. & non esse restituendum affirmat Lapus allega. 2. 4. circa med. Rota in decisio. nouis. tit. de restitu. spolia. Decif. 16. A conferratur, Bella. conf. 3. in 5. dubio. in fi. Corfetus. d. tract. Fallen. ad regulam, quod spoliatus ante omnia restituatur Fallen. 35. Soc. sen. conf. 87. col. pen. vers. sed tamen his non obstantibus li. 3. quem sequitur. Craue. conf. 302. nu. 6. conf. 322. nu. 3. in fi. Capicuis Decif. 77. nu. 4. & Decif. 121. num. 27. Dec. cōf. 303. nu. 24. vers. similiter. ad ferri solet iā 195 citata ratio, quia & instrumenta t̄ faciunt notoriā cū non sit illa probatio probāda, sed probatio probata. Bar. l. 1. in prin. nu. 8. & ibi las. in. 10. de ope. no. nūtia. & latē scribit Dec. conf. 423. nu. 9. conf. 474. nu. 3. conf. 682. nu. 3. latissime Tiraquel. de retractu confang. §. 2. glof. 1. nu. 20. 21. Craue. conf. 10. nu. 7. Soc. lun. conf. 178. nu. 2. conf. pen. num. 14. lib. 2. conf. 127. nu. 7. lib. 3. Grammaticus Decif. 45. num. 9. & q. 193. nu. 2. 3. & alibi sæpissime. Declaratur tamen & intelligitur. Primo hæc conclusio tunc procedere, vum instrumenta habet paratam executionem ex dispositione statuti. sic in his terminis affirmat Corfetus. d. fall. 35. & Jac. Nouellus in praxi criminali tit. spoliatus de facto incipit. Vulgaris regula nu. 35. vers. limita. 35. Corfetus est secutus Io. Baptista Castellio. in allegatio. postis post singularia Cremé. col. 8. vers. 4. pars & c. Durandus de arte testandi caut. vltima nu. 8. que sanē declaratio (quo ad terminos nostros) nō satis vera videtur, nā siue instrumentum executionē habeat paratā, siue non, attamen rem notoriam semper facit, quod sufficit, vt impediatur spoliatorum restitutio, & contra illa instrumenta obici multa possunt, sic Bal. l. peremptorias. C. sententia. resc. non

non posse, quem in nostris terminis est secutus Rui. conf. 37. nu. 10. lib. 4. non inficior tamen 196 men t̄ ita demum instrumentum rem claram facere cum nihil illi obicitur, nam si opponatur, & in controuersiam vocetur, res clara esse desinit, quod probauit Bar. in. l. si causa cognita nu. 4. & ibi Alex. nu. 9. C. de transfact. clarē Ruinus in. l. 1. nu. 44. de oper. no. & in. conf. 37. nu. 10. conf. 28. in fi. lib. 4. Dec. conf. 351. nu. 9. Neuzanus conf. 46. nu. 13. 14. & conf. 57. in fi. Craue. conf. 299. nu. 8. & cōf. 306. nu. 6. Declaratur secundo, dum modo producat, non si in instantia petitoris, sic Rota. d. Decif. 16. vbi egregie declarat. 197 Quæro 18. an spoliatus t̄ restituatur ante omnia, cum per testes constat de dominio ipsius spoliatoris: & nō esse restituendum affirmat Oldra. conf. 274. in causa, que vertitur, que vno verbo est secutus Iaco. Nouellus in Praxi crimina. titu. spoliatus de facto & c. incip. vulgaris est regula & c. nu. 12. vers. Limita. 12. Abbas in. c. 1. tertio notab. de restitu. spolia. Craue. conf. 299. nu. 8. & conf. 302. nu. 198 3. illa est ratio, quia per testes t̄ res redditur euidens & notoria. l. vltima. C. de proba. immo a pari procedunt instrumenta & testes. l. in exercendis. C. de fide instr. Bar. in. l. si quis ex argentarijs. §. nec iterum nu. 3. ff. de eden. Ripa rub. C. de eden. nu. 7. latē Tiraq. De retractu confang. §. 2. glo. 1. nu. 11. 13. quod quo modo procedat egregie declarat Zasius. lib. 2. singul. responsio. cap. 23. Hanc tamen conclusionem intelligebat Beronius. d. c. 1. nu. 25. de restitu. spolia. procedere, cum opposita fuit illa dominii exceptio, & principaliter, postmodum super ea examinati fuerunt testes, 199 secus quando incidenter t̄ tatum, vt si testes, qui deberunt examinari super solo possessorio, testimonium etiam super petitorio attulerunt, tunc non dicitur constare de petitorio, cum incidenter tantum constet, nō de ducta exceptione, ex quo enim testes extra capitula deponunt, fides adhibenda nō est, iuxta glo. in. l. si quis. §. vlti. ff. de petitione: hæred. Bar. in. l. si duo. §. idem Iulianus nu. 7. & ibi las. nu. 27. de iureiu. idem Bar. in. l. si quis legatū in fi. ff. de fallis in. l. j. §. diuus, vltimo, de questio. Hac tamen in re censeo esse non medioeriter animaduertendum, quia hæc ipsa conclusio in testibus non videtur satis vera. Nam loquimur nos de opponenda à principio dominij exceptione, quam non esse admittendam negat spoliatus, & spoliator contra vult admitti, quia notorium est, vt illa re-

cipitur, quæ notoria per confessionem & instrumentum ostenditur, quæ exceptio tū dicitur probata non probanda, quod non contingit in casu nostro, quia si volumus testes debere super opposita exceptione examinari præsupponimus iam esse ipsam exceptionē admittam, que tamē probata non dicitur, sed probāda, & ideo, rectē dicebat Craue. d. cōf. 299. nu. 8. & conf. 302. nu. 3. exceptionem probatam admitti, non probandam, & ad illam examinationem esset necesse nouum processum facere, & aduersarium citare. ut pulchrē in simili tradit Saly. l. 3. col. 12. vers. & aduertit quia signanter. C. de pigno. Nisi dicamus testes in alia causa olim fortē inter easdē partes iam fuisse interrogatos, que fidem satis alio in iudicio inter easdē partes faciunt Dec. l. 2. nu. 60. C. de eden. Paris. conf. 80. in fi. lib. 1. & ad eam euitandam difficultatem, quam olim sentiebam, quod aut intelligimus iudicium super quo testes fuerunt examinati adhuc pendere, & tunc parum dicitur prodesse dominij exceptio, tū quia spoliatio hæc est, quauis alia odiosior, ut docuit Ripa in. d. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 67. de acquir. possess. tum quia adhuc est incertum de fide testium, quorum omnes in iudicij peccore residet. l. 3. §. tu magis detestib. aut volumus illud iudicium esse extinctum ob t̄ lapsam instantiam, & tū quia instantia perempta perempta & acta. l. Cum lite mortua. ff. iudicia. soluit Dec. l. 2. num. 53. C. de eden. Rui. conf. 69. nu. 5. lib. 1. Soc. lun. conf. 132. nu. 2. lib. 2. prodesse minime posse videntur. aut volumus dicere iudicium esse extinctum per sententiam, & tunc dicendum est standum esse sententiæ, non testimonio testium, ut ergo hæc euitarem difficultatem, intelligebam propositam questionem procedere, cum his est finita perempta instantia, & cum de fide testium non adest probabilis hæsitatio, nā est perempta t̄ instantia dicentur perijisse iudicij ordinataria, non tamen decisoria, vt sunt dicta testu sic Bar. in. d. l. cum lite mortua. num. 5. & Abbas in. cap. causam. il. 1. de testib. Rui. consil. 69. num. 5. lib. 1. 200 Quæro 19. an restituatur t̄ spoliatus, cum ex actis iudicij constat de dominio. d. spoliatoris, & nō esse restituendum, censuit Inno. in. cap. cum ecclesia Sutrina. de caus. possess. & propr. quem est secutus Io. Staphileus in tract. de Gratij & expectatiuis. in tit. de literis iustitie. nu. 7. addo eiusdem fuisse opinionis Iac. Nouellum in sua Praxi crimi. in illa parte, que incipit. vulgaris est regula. num.

nu. 5. vers. limita. 5. & nu. 12. & Dec. conf. 191. nu. 9. vers. 4. facit. Crau. conf. 299. num. 8. & conf. 302. nu. 6. communem illam adferunt rationem, quia t̄ acta faciunt notorium, vt multis offendit citatus nunc Dec. & tradit Abbas in c. olim de verb. sig. Soc. sen. conf. 38 col. 8. vers. 7. princip. lib. 1. Aretinus conf. 42. nu. 5. Paris. conf. 111. nu. 7. lib. 4. Soc. iun. cōf. 16. nu. 18. lib. 1. Neuzanus conf. 70. nu. 3. apud quos in finiti prope alij citantur.

203 Quæro 20. quid si per sententiam constaret de dominio t̄ spoliatoris, & crebrior est sententia non restitui, vt hanc esse communem doctorum sententiam affirmat latè Ripa in d. l. naturaliter. §. nihil commune num. 35. & Iaf. nu. 43. Alex. nu. 12. de acquir. possess. & ibi Fabius nu. 42. inquit esse communem tam canonistarum quam legistarum, idem affirmat eo loci Bologni. nu. 20. Coraf. in 2. parte nu. 67. & Zasius nu. 46. & præter multos ab illis relatos, eiusdem addo sententiæ Cornesum d. tract. quod spolia. restitui. ante omnia fallent. 28. idē respondit Ferretus cōf. 11. nu. 21. vbi idem esse affirmat in Beneficialibus Cardinalis Zaba. conf. 10. col. 1. vers. ex his apparet. & Rota in nouis Decisio. titu. de restit. spolia. Decif. 3. num. 6. & in antiquis in tit. De ord. cognitio. Decif. 1. nu. 3. & in tit. De caus. poss. & propr. Dec. 14. Iacobus Nouellus Praxi criminali titulo spolia. de facto & c. incip. Vulgaris regula est nu. 29. vers. limita. 29. idem Ferretus conf. 12. nu. 12. conf. 13. nu. 4. vbi & communem testatur, idem adfirmasse videtur Franciscus de Marchis. q. 273 in fi. & Afflic. Decif. 303. nu. 1. Paris. conf. 1. nu. 163. lib. 1. hanc pariter opinionem probauit, quare nephas quodammodo videtur a tantorum patrum autoritate recedere quamq̄ me non lateat Bartolum ac alios nonnullos aliter sensisse, vt ex multis Fabius. d. §. nihil commune nu. 43. 44. conatur Bartolum tueri Ruy. conf. 39. nu. 5. lib. 4. quod in praxi non forte recipietur, cum enim notoria dominij exceptio repellat spoliatum agentem, vt sapius diximus, & verum sit sententiam t̄ rem facere notoriam. l. emptorem in principio. ff. de actio. empt. c. vestra de cohob. Cler. & mul. Bar. l. istus fultum. de his qui no. in fa.

204 Sequitur, spoliatum non esse restituendū, quo argumento vtuntur Alex. Ripa Cora. & ceteri omnes, sed illud magis vtget, negligentia ipsius spoliati hoc esse adscribendum, qui cum possessorio agere potuerit, solo passus fuit agi petitorio, suo enim facto dicitur possessorio renuntiasse, quare sibi tantum non

cæteris hoc tribuat in modum. c. r. de restit. spolia, & iam supra. q. 15. & late infra iudicemus in. q. 23. cum agemus de renūtiacione expressa possessorij ab ipso spoliato facta, nec solidum hoc satis fundamentum diluit illa Ripæ consideratio. d. §. nihil commune nu. 38. vers. considera si possit, in casu. d. cap. 1. spoliati consensisse cognosci de dominio, ad possessorij exclusionem: in casu verò nostro ad exclusionem solius dominij non possessorij, falsa enim est opinatio hæc. Nā si iam manifestum est, quis dominus sit, frustra possessio disputatur vt millies dictum est. Qua ratione tollitur & illa consideratio Fabij. d. §. nihil commune nu. 46. Cætera, quæ leuiora sunt ex industria missa facio, ijs autem, quæ ad Bar. tuendam opinionem adferri solent ex Ripa ac cæteris satisfactum video, quæ vero satis doctè à Fabio. d. §. nihil commune num. 43. 44. 45. pro Bar. sententia, quam is tuetur adferuntur tolli sic possunt, quod enim ait, spoliatum ex interuallo iuxta. l. 3. §. Cum igitur. de vi & vi arma. restitui, etsi notorie constet eum iam hunc spoliatorem spoliassè, ea ratione solum procedit, quia, de dominio quod possessioni præponderat, non constabat, nec enim quod domino conceditur solo possessori hoc iure est permillum, qua ratione tollitur, quod ait idem Fabius ex. l. sed si de vi armata. de vi & vi arm. & t̄. §. recuperanda in st. de interd. deictum restitui, quamq̄ precario à spoliatore possideat, quod sanè precarium & notorium esse possit, cum instrumentis inde confectis concedatur, nam & hic solum in controuersia est possessio, vel rursus in ea armata vi locum illud habebat, vt iam declarauimus supra in præludijs si Alciato credimus lib. 1. Pareg. iuris cap. 34. text. autem. l. autoritate. C. vnde vi, à Fabio citatus aliam habet à casu nostro diuersam rationem, cum apud principem non fuerit demonstratum se dominum, nec principis scriptū ius tertij lædit. l. 2. §. merito. §. si quis à principe. nequid in loco pub. quod latius suo declarabimus loco, nec ad rē facit, quod de cōpensatione obiicitur, vt nec casus. l. meminerint. C. vnde vi, cum is nouus sit casus, nec iure hoc cōsideratus, & in iudicij diuersam habet praxim, vt, cum de illo agemus remedio: palam à nobis fiet, quamquam & relati casus una hac quam subitico declaratione procedere possint.

Declarari tamen solet. Primo communis hæc ipsa sententia, tunc demum procedere, cum ante controuersiam petitorium facta est spolia-

207 spoliatio, nam si t̄ spoliatus esset post sententiam, non certè sententia spoliatori suffragabitur, ita Alex. d. §. nihil commune. vbi Ripa nu. 44. ver. 2. intelligit, & Cora. d. 2. parte nu. 67. in fi. non enim licuit spoliatori sua manu sibi iudicare iux. l. extat, quod met. cau. sua inquam manu sententiam exequi nõ debuit, debuitq̄ pendere spoliatio ius ex post potuisse superuenire, quibus rationibus arbitrat̄ur Cora. non aliam Bar. ac cæteris fuisse opinionem, quæ sanè declaratio dura admodum videtur, si eam probemus sententiam, spoliatum non restitui cum de dominio constat ex instrumentis, nam cum maior vis sit sententiæ instrumento fortius, & hoc nostro casu dicendum erit spoliatum non restitui: quamquam is spoliatus aduersus spoliatorem alio nunc iure agere possit, nisi & ipsam intelligamus declarationem cum non est commissa violentia ob quam manifestè cõstat legem violasse.

Declaratur secundo non procedere quando solo sententia absolutoria t̄ est lata ab obseruatione iudicij, nam cum non probauerit spoliator in ea se dominum, non dicitur sententia rem notoriam in causa dominij facere. l. sed si possessori in princ. de iureiuran. Ripa d. §. nihil commune nu. 44. quo loci Coraf. in 2. parte nu. 68. dum hanc vnam reiicit declarationem, vnam adfert rationem, quæ pro Ripa aduersus se ipsum concludit, vt rē ipsa est videre: ipse tamen aliquando cōsiderauit, frustra immo minus cōsideratè declarationem hanc adferri; nam si lata est sententia absolutoria contra spoliatorem, lata dicitur, quæ ergo pacto si conueniatur postmodum, poterit hanc ipsam obiicere? Nec enim est credendum spoliatorem conuentum velle obiicere, quæ sibi non profuit modo, sed nocent potius.

Declaratur tertio non procedere secundum Angelum: quando is spoliator t̄ incidisset in pœnam. l. si quis in tantam. C. vnde vi, quam declarationem probauit Fabius. d. §. nihil commune nu. 50. & veram intelligo, vbi declaratum esset ipsum spoliatorem in eam pœnam incidisse, alias aduersus Angelum sentio vna cum Ripa. d. §. nihil commune nu. 45.

Declaratur quarto quando alio suo facto spoliatus possessionem in alio iudicio amisisset, vt puta si Clericus inuitus trahat clericum coram iudice layco & actor succumbat, etsi enim iudex is non sit competens, tamen cõuentus semel absolutus defenditur sic egregie Fredericus de Senis. conf. 90.

Quæro. 21. vtrumne sufficiat si spoliator offerat incontinenti t̄ probationem sui do-

minii, ne scilicet spoliatus ante omnia restituatur. & non sufficere sensit glo. l. in. c. 1. de restit. spolia. quo loci idem adfirmat Abbas nu. 5. & communem testatur Berouus nu. 30. & eiusdem sententiæ fuit Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 20. Ripa nu. 32. de acquir. poss. addo Craue. conf. 322. col. 2. vers. quod ipsum & c. qui inter alios citat De cium conf. 57. col. vlti. conf. 84. col. vlti. addo Boerium. q. 238. nu. 2. qui & alios citat, quibus adiungo Iaf. cōf. 162. col. 2. in fi. lib. 2. Lucam à Penna. in. l. si Coloni. q. 22. C. de agrit. col. & cens. lib. xi. Paris. conf. 1. num. 165. lib. 1. Io. Baptistam Ferre. conf. 13. nu. 2. cōf. 203. in fi. Rola. à Valle cōf. 1. nu. 26. & nouissimè Plo tum in l. si quando nu. 732. in fi. C. vnde vi, & Didacum Conar. in Epitome de sponsa. secūda parte cap. 7. nu. 9. quæ sanè sententia clarè satis probatur ex. c. l. iteras. §. penul. de restit. spolia. & ex. l. 1. ibi, sine vlla cunctatione restituitur. C. si per vim vel alio modo in. l. si quis ad se fundum, ibi, eademq̄e protinus restituta. C. ad. l. l. de vi, si enim sine cunctatione, si protinus est faciendum restitutum, non certè per temporis momentum differri res ipsa poterit, contrariam tamen sententiam vniuersam opinatur glo. in. l. si de vi in fi. ex text. l. Dolo. de exceptio. doli, qui tamen (vt ipsamet glo. animaduertit) in petitorio non in possessorio locum habet. ex. l. 1. §. 1. quorū lega. quod placuit & Rui. conf. 140. col. 1. lib. 5. qui & in possessorio sed ad ipsam procedere dixit, & idem sensisse videtur Bar. in. l. 3. §. causa. §. 1. de Carbo. edicto Soc. l. rem, quæ nobis. q. 9. est col. pen. vers. hanc tamen conclusionem de acquir. possess. sic etiam intelligitur text. l. 3. §. causa de Carbo. edicto, ut ibi intelligit eum Bar. quamquam glo. d. l. si de vi ad suam adfirmandam sententiā eum citauerit, hanè tamen sententiam illud adiuuare non parum uidebatur, quod nunquam in dispositione prohibet et probationes fieri, nõ continetur, quæ in cõtinenti fieri possunt ut docuit Abbas in. c. super eo in fi. de off. delega. in. c. suscitata in uerb. o affectum de restit. in. integ. Iaf. in. l. iuris gentium. §. quod fere nu. 14. de pactis. Dec. in. c. ex parte col. 4. in. 8. fall. de off. fi. deleg. in. c. an sit nu. 2. de appella. & in cōf. 424. num. 6. addo Abbatem conf. 44. circa fi. lib. 1. Aretinum conf. 75. in fi. Socinum sen. conf. 3. in fi. lib. 1. hinc videmus, quod etsi nullitas exceptio non impediatur sententiæ & rei iudicatæ executionem impedire tamen, cum illa incontinenti t̄ probari offeratur, ut docuit Bar. in. l. 4. §. condemnatum, ubi Ripa nu. 18.

in fi.

in fi. de re iud. & nu. 30. latius declarat idem in restitutione in integrum, sic idem esse evidenter in casu cum lapsa sunt tempora probatoria, quod et si ad probandum non admittatur, t admitti tamen cum offertur probatio incontinenti. sic Oldra. conf. 139. Ad habendam in fi. quem est fecutus. Craue. conf. 207. n. 8. plura ad fert similia idem conf. 104. nu. 10. Illi addo Corsetum. in sing. in verbo. exceptio. incipitur si statutum tollat. citat inter cetera. d. cap. litteras. de restit. spolia. & Abba. in. d. cap. super eo. de off. deleg. addo & Dec. conf. 467. nu. 4. 5. Goza. conf. 10. nu. 24. conf. 99. num. 6. & Gramma. Decif. 86. nu. 3. que sane ratio aduersus comunem vrgere plurimum olim opinabar, verum rectius perpendi non obstant ex declaratione Abba. in. cap. 1. nu. 5. ver. ego reddo aliam. de resti. spolia. dum reddit rationem diuersitatis, inter interdctum adipiscende, & hoc recuperanda, inquit enim, nostro hoc casu non admitti probationes, que incontinenti offeruntur, quia non licuit ipsi spoliatori sua manu sibi iudicare, cum ergo in illius odium, & poenam. lex hoc constituerit. l. si quis in tantam. C. vnde ui. cap. cum qui. de preben. in. 6. hoc commodum sentire non debet spoliator, ne ex proprio delicto illud sentiat contra. l. auxilium. de mino. & l. itaq; sullo. de fur. quam egregie in his terminis citauit Bal. in l. r. in fi. C. de appella. & si hoc concederetur (inquit Abbas,) non leuis delinquendi tanta prelatetur contra exemplum quanto. de diuor. l. no est singulis. de reg. iur. l. conuenire. de pactis dota. esset enim in facultate domini probationibus inuentis ac paratis manu sibi iudicare & uim illam ac audaciam oblati probationibus tueri, non ignoro tamen Beronum in. d. ca. 1. nu. 30. in fi. refragari huic rationi, dum inquit, eandem esse rationem in interdcto adipiscenda, in quo quis sua manu sibi iudicare posset contra. l. 1. in prin. ff. quorum lega. & tamen probatio offertur in continenti, que sane consideratio ad rem no facit, cum in adipiscenda anteq; adipiscatur iure, si manu propria occupet dicitur spoliare & eo casu no admittetur probatio in continenti, cum idem sit casus admittitur enim cum de ea adipiscenda inter duo contenditur, & alter potiora iura in rei dominio. ostedit, ex alio tamē, dura nimis visa est Abba. ratio. Nam si licet spoliatori instrumentis & actis seipsum tuen. Cur non ei conceditur ea perquirere, & suo iuri iure. Quam ob rem verior illa est declaratio ex sententia Bar.

213

214

in. d. l. si de vi in fi. ver. in eo vero, quod & de iud. d. dixit, hac procedere eo casu, quo possessio cum violentia fuit occupata a spoliatore quia tunc no auditur is spoliator, et si vellitur incontinenti probare, dicitur enim ius suum amisisse, fecus quando sine violentia, & vitio possessio ad illius manus deuenit qui et si vt spoliator conueniatur, non tamen dicitur proprie, sed sicte spoliator, hoc enim casu opponi poterit domini exceptio, statim probanda, cum cesset illa ratio, quod manu sua sibi iudixerit, vt in primo illo casu, verum est aduertendum, quia contra Bartolum in. d. l. si de vi in fi. videtur esse communis sententia vt testatur Bero. in. d. c. 1. nu. 37. de resti. spolia, que vera an sit infra limitatione. r. subijciam.

215

216

Extenditur ergo hac ipsa communis conclusio procedere, etiam si obiceretur exceptio, que possessorem penitus annullaret, vt in beneficiis, reseruatio, nam & eo casu, non potest illa opponi oblati statim probationibus, sic consulit Io. Baptista Ferretus conf. 113. nu. 2. quod an uerum sit suo loco dicemus fusus.

Limitatur ptimo secundum Bartolum in d. l. si de vi in fi. non procedere t in sicto spoliatore, ut idem Bar. notauit in. l. ult. num. 11 C. unde ui, quo loci, Barba. in apostillis, dixit esse sing. doctina, & dum Bar. ponit exemplum in casu. d. l. vlt. ibi est glo. in uerb. igno ratta, que idem dicit, & illam eoter probari dixit Alex. in. d. §. nihil coe nu. 14. & nu. 37. & ibi Zafius nu. 65. & idem, quod Bartolus in d. l. ultima nu. 11. affirmauit Corsetus in trac. fallen. ad regula, quod spoliatus ante omnia restit. fallen. 10. Ripa. c. sepe nu. 65. in fi. de resti. spolia. Jac. Nouellus in praxi crimin. in titulo, quod spoliatus ante omnia restituatur incipit, vulgaris est regula nu. 10. ver. limita. decimo, & nu. 15. uer. limita. 15. illa potest esse ratio, quam & supra retuli, quia cessat illa poena, & illud odium, que contra eum, qui sua manu sibi ius dixit militat. Contrarium tamen sententiam ueriores, est opinatus Bero. in. d. c. 1. nu. 37. de restit. spolia. qui & contra Bar. communem esse opinionem testatur & eandem sentiam sibi parum constans uisus est affirmare Bar. in. l. si Coloni. num. 2. C. de agr. & cens. lib. 21. & in remedio reintegrande Soc. in. l. rem que nobis col. ante pen. in prin. de acquir. possess. in hoc omnis est posita difficultas, uidere, an iure dispositum sit eo in casu, quo nulla est commissa violentia, t spoliatum protinus & sine cunctatione esse resti-

217

restituendum ut eo casu cum commissa est uiolentia. d. l. si quis ad se fundi. C. ad. l. Jul. de ui in. l. 1. C. si per uim uel alio modo, & alibi sape, & idem esse omni casu dispositum, suadere uidetur tex. in. c. 1. de resti. spol. quo loci Bero. nu. 31. uer. at contrarium & c. dum is tex. uult indistincte spoliati esse restituenturum (ut Bero. animaduertit) ad rem no faeit, cum apparet eo casu commissam fuisse uiolentiam, ut ostendit illa uerba, uioleter ablata & c. rursus, nec uerbi aliquod fit, quo appareat, probationem esse incontinenti oblatam, nec tex. l. si quis conductionis. C. locati, qui a Beroio citatur, probat, ut is tandem animaduertit, in. d. c. 1. nu. 33. uer. sed in ueritate, et nullo in eo tex. uerbo, constat probationem fuisse incontinenti oblatam, quare diuinare non licet, minus quoq; hanc adiuuat sententiam tex. l. si coloni. C. de agr. & cens. lib. xi. cu is eo casu procedat, quando. f. colonus a domino aufugit, na aufugiedo propria auctoritate dicitur sibi iudicare, dicitur & ita pariter dominum immediate spoliare, cum tamē nos eo in casu loquamur, in quo spoliator factus dicitur, hoc est, sine uiolentia, fortius tamen Bar. ac coem oppugnat tex. l. meminerint C. unde ui, quo spoliatus a tutore pupilli nomine illico aduersus pupillum restituatur, cu tamen pup. factus spoliator dicatur, & illico is non restitueretur si probatio posset offerri incotinenti, nisi dicamus pupillum esse uerū spoliatorem, cu acta a tutore, a pupillo acta dicantur, uel in eo casu re ipsa non fuisse oblatam probationem incontinenti.

218

219

220

221

222

223

Limit. 2. non procedere sec. Bero. in. d. c. 1. nu. 34. de resti. spolia, t quando immineret periculum, nam tunc, nullo modo est facienda restitutio, si de periculo statim ostendatur. dolo enim tunc is dicitur facere, cum petit, quod statim, & cum periculo est restitutus iux. glo. d. l. dolo. ff. de doli excep. latius tamē hac suo loco finiemus.

Limit. 3. no procedere in casu. c. literas. de resti. spolia. scilicet quando petitur restitutio coniugis, & probationes obijciuntur incontinenti, de consanguinitate, sic Abb. in. d. c. literas & Corsetus. d. tra. c. fallen. ad regulam quod spolia. restit. ante omnia, fallen. 6. Jac. Nouellus in sua praxi criminali. in illa parte, que incipit. Vulgaris est reg. nu. 6. uer. lim. 6.

Limit. 4. non procedere fauore ecclesie cuius t nomine facti sunt spolum, nam tunc opponi potest domini exceptio, si probatio in continenti offeratur, sic Bal. in. l. 1. in fi. de appella. quem est fecutus Alex. in. d. §. nihil

coe nu. 30. uer. tertio decimo fallit, ibi Zafius nu. 63. qui clare affirmant opinionē glof. in d. l. si de ui, posse hoc casu procedere, ea utitur ratione Alex. quia t prelatum inuadendo rem ecclesie non facit incidere ecclesiam in poenam. l. si quis in tantam. C. unde ui, ut placuit glo. in. c. 2. De dolo & contuma. sed eo casu, quo quis no incidit in tantam poenam, potest opponere domini exceptionem, ut tradit Ang. in. d. §. nihil commune ab Alex. relat. us, quamq; in meo Codice Ang. non fit inter pretatus. d. §. nihil cōmune, contra Bal. tamē & Alex. sensisse uidetur Ripa. in. d. §. nihil cōmune nu. 94. uer. sed contrarium & ibi Rubens nu. 135. uer. 9. limitatur, & ante eos Corsetus, qui supra fallen. 37. in fi. & eo tacio idem censuit Jac. Nouellus in praxi criminali in illa parte, que incipit Vulgaris reg. est & c. nu. 37. uer. limita. 37. citant textum. d. c. 1. de resti. spolia. qui non probat ex declaratione quam supra in prima limitatione retuli, adferunt & textum t. c. antiquus. 2. q. 2. qui pariter non probat, cum simpliciter dicat episcopum teneri ad restitutionem, nec enim dicit, non in nomine ecclesie spoliatorem spoliasse, nec affirmat in continenti oblatas fuisse probationes, arbitror tamen ex aliis Bal. & Alex. opinionem non esse ueram, nam etsi uerum illud sit prelatum occupantem, seu possessorem ecclesie nomine spoliatorem, non efficiere, ut incidat ecclesia in poenam. l. si quis in tantam C. unde ui, ut dixit glo. in. d. c. 2. de dolo & contum. & in. d. l. si quis in tantam in glof. ultima circa prin. uer. 7. de Abbate Preloato, que & idem noluit in ceteris ministrato-ribus, ut in tutore, curatore & similibus & citat tex. l. proxima precedentis, que est. l. meminerint, que optime probat, attamen no sequitur, spoliato possessionem non esse restituendam, ante omnia: & sine cunctatione, nec contra eum poterit etiam hoc casu hac exceptio domini, cuius probatio offertur incontinenti, opponi, quod probat. d. l. meminerint, dum affirmat possessionem a tutore occupatam pupilli nomine esse illico restituendam, que t dictio illico idem ostendit, quod dictio protinus & sine cunctatione. l. litigatoribus. C. de appel. quorū supra ratione habuimus. Cessat ergo poena illis casibus, nec minus illis in casibus retardatur tunc restitutio, quam in ceteris, quin ubi cautum ex d. l. meminerint, hoc non esset, uix est, ut uera sit Bal. sententia, nam hoc casu duo in ecclesiam & pupillū cōcurreret priuilegia, Primum ne incidere in poenam. l. si quis in tantam,

G alioqui

alioqui ceteris communem, quod quidem privilegium iusta, ac æqua ratione est concessum, nec ecclesia vel pup. re propria administratoris delicto priuatur, quod latus declarabimus in. d. l. si quis in tantam. q. 10. secundum esset privilegium, quod scilicet posset contra iuris regulas domini exceptionem incontinenti etiam probadam opponere, ante factam possessionis restitutionem. Nec aliqua subesse videtur ratio, qua hoc ecclesie, & pupillis magis, quam ceteris concedi debuerit, cum nec uni, nec alteri liceat cum alterius factura locupletari, & suam conditionem meliorem reddere. Accedit, quod hoc remedium est in rem scriptum, ideo sequitur quemvis possessorem sic hac ratione nostram hanc probavit sententiam Ruin. conf. 37. nu. 4. lib. 4.

224 Dubitari tamen contingit (vt hoc nec ab re subiciam,) quo modo in continenti hoc intelligatur, & inter alios censuit Bartolus in. l. si is a quo. ff. in possess. lega. & in. l. 4. §. condemnatum. de re iud. incontinenti dicit, si fiat intra tempus, intra quod processus causæ debet expediri, quam sententiam probavit Saly. in. l. 2. C. de ed. diui A. dr. tol. Alexan. d. §. condemnatum numero 30. & Ripa numero 32. Hac tamen sententia non placuit Beroio in. d. cap. 1. numero 38. versiculo sed mihi & c. ea ratione, quia eo modo, esset dare tempus triennii, intra quod causæ finire debent. l. propterandum. C. de iud. Quare verificari illud non poterit hodie constat, hodie agatur. d. l. si is a quo, Verum aliquando animaduerti Bartolum non ita generaliter fuisse locutum vt a Bero. intelligitur, solum

225 enim in Bartolus sic ait, quod dicitur incontinenti probari, intelligitur cum non excedit tempus, intra quod actus executionis fieri potest, ut in casu suo agitur de exequenda sententia, in cuius executionem, causæ cognitio adhibetur, vt primo ad mobilia, deinde ad immobilia deueniatur, iuxta. l. a diuo Pio. §. in vend. de re iud. si ergo nullitatis exceptio obicitur, ut incontinenti probari dicitur, probanda intra illud tempus erit, intra quod illa causæ cognitio adhibenda est, sic Bartolum intelligere uidentur iam relati Alex. & Ripa, nisi Beroio defendendo dicamus, relati ad terminos nostros Bar. doctrinam non conuenire.

Secunda ideo fuit Bal. sententia in. l. vlt. C. de iud. quæ fuit secutus Fel. in. c. venies. 2. c. 5. de test. quos refert Neuz. conf. 36. nu. 8. incontinenti dicit, intra tres dies, ex. l. vlt. C. de erro.

226

aduoca. vbi Bal. & tex. in. l. vlt. C. de iud. ubi exponitur incontinenti. i. intra triduum, quæ tamē opinio, nec Beroio placuit in. d. c. r. n. 38. vers. & ex prædictis de rest. spolia. quia (vt ille ait) in casibus illis lex processus ulterius declarando, quomodo illud incontinenti intelligatur, quod non est factum in casu nostro, in simili responsione vtuntur sapientissimi nostri interpretes, ut ea sic utitur Bar. in. l. hoc editio §. quæretibus. in fine. De publica. in aliis casibus Bartol. in. l. titia. §. Imperator in fi. de leg. 2. in. l. multum interest col. 2. vers. qualiter. de verb. obliga. l. in re. l. admonendi nu. 233. in fi. de iure iura. in. l. uniuersa nu. 11. C. de precib. Imper. offerre. sic in simili sapientissimi declarat Dec. ut in. l. Cum quid in prin. si certum petat. idem in. l. in actionibus col. 2. vers. 6. & ult. & ibi nu. 8. vers. præterea & nu. 14. vers. & quod est dictum & c. & nu. 17. vers. sed tamen de in litem iura. idem Dec. l. 2. col. pen. vers. uel. 2. generaliter. C. de ho. possess. sic tab. in auth. ingressi nu. 18. C. de sacros. eccle. & alia citat Neuz. conf. 2. nu. 11. non ergo illa dispositio casui nostro adaptari potest, quia ille casus in quo lex disponit ulterius procedendo, dicitur præter legem, sic Dec. in l. pacta quæ contra nu. 10. C. de pactis & sentit l. in. l. pen. nu. 16. C. eo. & Gomef. Hisp. inst. de act. in prin. nu. 47. Tertia ob id fuit opinio Beroii in. d. c. r. n. 38. de restit. spolia. & ante eum glossæ in c. præterea in gloss. vltima de testib. cogen. incontinenti intelligi intra vnâ diem, & antequam ad extraneos diuertatur actus iuxta. l. continuus in princ. de verb. ob. quam sententiam probare uidetur tex. l. si is a quo. ff. ut in poss. lega. ibi hodie constat hodie agatur, sicq; intelligitur de die illa, refertq; Ber. eiusdem opinionis fuisse Archidia. in summa. 3. q. 1. quæ tamen sententia hæud satis placet, quia etsi. d. l. si is a quo, vtatur illis verbis, hodie incontinenti, hodie agatur, non tamen de eadem die intelligitur, sed est loquendi modus quidam, quo utimur ad detegendam aduersarii iniquitatem, ut sentire uidetur glo. in. d. l. si is a quo in verb. hodie, possumus præterea dicere, & eo casu legem processus ulterius disponendo, ut statim dicebā. Quarta propterea fuit glossæ opinio in. d. l. si is a quo, ut hoc totum sit in arbitrio iudicis cum a iure in singulis casibus hoc determinatum non reperitur iuxta. l. primam de iure delib. & ideo glossæ in d. cap. præterea. de testib. coge. dicebat, incontinenti intelligi, secundum subiectam materiam, & ita clarè censuit l. in lult.

l. ultima nu. 3. C. de iud. Neuzanus consilio 36. numero 8. qui ex multis citat Felynum in c. executionem col. 6. & col. 10. vers. datur alia fall. de exceptio. cum ergo in subiecta nostra materia cautum hoc non reperitur, dicendum est, arbitrio iudicis esse standum, quam etiam sententiam probauit & Baldus in. l. 2. C. de ed. diui Adria. tollen. Calcanis consilio 16. numero 45. Deci. cap. an sit nu. 2. in fi. de appella. Socinus lun. conf. 67. numero 9. lib. 1. Tiraq. in. l. si unquam in verbo. omnia vel partem nu. 31. C. de reuo. dona. Alcia. responso. 499. numero 5. Rebuffus in commentariis Regiarum constituto. tomo tertio titulo. De materiis possessoriis articulo. 7 glo. prima numero 14. 15. nec dissentit Hieronymus Gigas in tract. De pensio. q. 100. in fi. qui posteaquam dixit esse in arbitrio iudicis, subdit nõ debere tamen expectare testes, qui sunt ultra montes, & in remotis regionibus, Hinc interrogatus recte respondit Ioan. Baptista Ferretus consilio 4. numero 5. hoc in casu probationes paratas esse debere, nec altiore exigat indaginem. Nec aduersantur, quæ docuit Bartolus in. d. l. si is a quo, & quæ à Ripa. d. §. condemnatum numero 32. relata sunt iudicem arbitrari debere ut a iureconsulto diffinitum est in. d. l. si is a quo. quoniam iam admonuit, non satis esse quoad casum nostrum diffinitum, illumq; esse modum quandam ac loquendi usum. Quamobrem uera est posterior hæc sententia.

232 Quæro 22. Quid si is in spoliator seu possessor conuentus ingressus est possessionem, vel ex pacto, vel alia facultate & auctoritate, quam habuit ingrediendi, ante omnia restituendus sit spoliatus. & restituendum non esse interrogatus respondit Bartholomæus Cepola Verone. consilio 60. omnia ferre col. 4. in secundo dubio, quem nostris his in terminis secuti sunt Dec. conf. 191. numero 9. versic. 7. quod supra Craue. consilio 302 col. pen. sed dicit aliquis confert, quod placuit glossæ in. l. si quis in tantam, ubi Bartolus numero 24. in fi. C. vnde videtur affirmavit illius constitutionis dispositionem nõ procedere, cum is occupator ingrediendi possessionem ipsam facultatem habuit ut infra in Nono Remedio ex. d. l. si quis in tantam q. 27. in declaratione secunda latè explicabimus. non enim qui iure suo vitur alteri infert iniuriam, quare ex ingrediendi licentia, propria auctoritate ingredi licet. l. 3. C. de pign. Et Papiæ satis hoc est clarum ex illius ciuitatis statut. §. 4. in ciuilibus, sub Rubrica de pos-

sessione violenta, uel clandestina restitenda ibi, iure, uel pacto sibi non concedente, quod sanè statutum in hac parte cum iure cõmuni conuenit.

233 Declaratur hæc conclusio non procedere, quando per vim is fuisset ingressus sic relati omnes affirmarunt. & communis est nostrorum sententia. ut post Bartolum. d. l. 3. numero 18. C. de pigno. scripsit fulsime Tiraquel. Tractatu. De iure cõstituti prima parte numero 37. & hoc in casu relatum Papiense statutam. De possessione uiolenta, declarari potest non procedere.

234 Quæro 23. quid si spoliatus post factam ipsam spoliationem in renuntiat dominio rei an restituendus adhuc sit, si petat ante omnia, & esse restituendum affirmant omnes in capitulo secundo de restit. spolia, ibi, Abbas numero 68. Beroius numero 17. vers. & prædicta Ripa in. l. naturaliter. §. nihil commune numero 55. versiculo decimo quinto extendit. de acquiren. possess. addo eiusdem sententiæ Alexan. consilio 93. numero 45. lib. 5. Socinũ in. l. rem, quæ nobis numero 20. in fi. de acquiren. possess. Paris. consilio primo numero 151. lib. 1. & Franciscum Paninum Tract. de visita. 2. parte. q. 5. numero 46. Franciscum de Marchis. q. 71. numero primo Rotam in Decisio. nouis titulo. de renuntia. Decisione prima & latè disputat Rodericus Suares Hisp. al legatione 23. numero 8. 9. & multis sequentibus. Rebuff. in Praxi Benef. in titulo de ui in Resigna. adhibita numero. 12. cuius rei rationem arbitrantur præcipuam relati interpretes ex. d. cap. 2. quia renuntiatio in post spoliationem facta, non præsumitur sponte facta, sed per metum. Verum ratio non satis cludens uidetur, nec in eam is textus capituli 2. fundamentum uidetur constituere, ut ibi animaduertit Beroius numero 26. vers. 2. solutio quam is postmodum in versiculo uade cogitabam, certo casu tuebatur, quare Abbas in. d. capitulo 2. numero 8. vers. 4. solutio, inquit esse rationem, quia illa renuntiatio solum respicit proprietatem nõ autem possessionem, cui renuntiare minimè potuisset, cum ei non inuideret, & ita procedit text. d. c. 2. si scus autem est, quando ante spoliationem esset facta renuntiatio, nõ cum tunc posset plenum effectum tam quoad possessionem quam quoad proprietatem operari, utrumque amittere dicitur: quare spoliato agenti tunc obstat renuntiationis exceptio & hoc casu procedat secundum Abba. tex. capituli 3. de restit. spolia. qui alioqui cum cap. 2.

G ii pugnare

pugnare videtur, quæ sanè Abba. declaratio non mediocriter diuinat ad.d.cap.3. in quo conuicere non possumus an renuntiatio illa ante vel post spoliationem facta fuerit: uera ergo non est ratio Abba. dum inquit renuntiationem operari eo casu plenum effectum, quia uerius dicere possumus in eo dubio operari solum, quoad proprietatem, cum stricte intelligi debeat renuntiatio. Deci. in. l. postquam liti. n. 16. C. de pactis in. l. quoties duplici iure de reg. iur. conf. 352. nu. 8. conf. 374. nu. 5. conf. 379. nu. 3. conf. 402. nu. 3. D. Craue. conf. 242. nu. 6. conf. 251. col. 3. versic. rursus & conf. 277. nu. 4. Tiraq. in. l. si unq. in præfatione nu. 128. C. de reuo. dona. Tantum enim operari renuntiatio, quantum loquitur, Rursus, nec uerum satis uidetur, quod dicebat Abbas, renuntiationem in casu. d. c. 2. nihil operasse, quoad possessionem, cum nullam is spoliatus teneret, quia immo Ciuilem adhuc is retinebat, & quæ multum prodest ad occupandam sponte; ingrediendam naturalem, ut sæpè diximus & latius suo loco dicemus. Præterea si (ut suo loco referà) possessio rei beneficiaria stare sine titulo nõ potest, quo fieri potest modo, ut facta renuntiatione proprietatis in casu. d. c. 2. subsistat adhuc possessio? quare rectius ac uerius arbitrator, hos Canones sic esse intelligendos, ut tex. d. c. 2. loquatur eo casu, cum per metum facta est renuntiatione, qui metus ex duobus conuicitur illatus, primo quia post spoliationem, secundo quia coram non superiore facta fuit, & ita iudice incompetente, quod nõ contingit in casu. d. c. 3. quare lex eam induxit præsumptionem per metum esse factam renuntiationem, quam rationem perpendit & Bero. d. c. 2. nu. 26. vers. vnde cogitabam, diuersum est in. d. c. 3. ubi nulla aderat metus præsumptio, loqui enim uidetur in casu certo, cum præsupponat coram suo superiore esse factam renuntiationem, & quãdo eo casu non constat clare metum esse illatum, cessat omnis suspicio iuxta tex. l. vltimã in principio de eo, quod metus caus. Bar. in. l. frater a fratre nu. 51. de cond. indeb. in. l. j. C. de præd. Curia. Dec. conf. 448. nu. 14. conf. 463. in fi. conf. 536. nu. 5. Rui. conf. 135. nu. 2. cõs. 170 nu. 17. lib. 1. conf. 122. nu. 12. lib. 4. conf. 51. nu. 13. lib. 5. l. as. conf. 38. col. pe. circa finem lib. 3. Soc. sen. conf. 59. col. 9. vers. & præsertim lib. 3. Cur. lun. conf. 29. nu. 12. conf. 67. num. 3. 4. conf. 116. nu. 2. Paris. conf. 96. nu. 39. lib. 1. cõs. 88. nu. 35. li. 3. Alba conf. 11. nu. 12. Rola. à Valje conf. 39. in fi. & ideo Abbas in. d. c. 2. num.

10. hoc perpendens, restringit suam declarationem non procedere quãdo coram suo superiore esset facta renuntiatione, quod & latius suo loco infra explicabimus, Probato tamen Abba. & aliorum intellectu ad. d. c. 2. ut illud contingat ob renuntiationem post spoliationem factam. In oppositum obicitur. Primo, quod immo per renuntiationem sponte factam purgatur spoliatiõnis uitium ut nõ fit amplius locus restitutioni, cum eam ratã habuisse uideatur, ut probatur in simili in t. l. 2. C. quod metus cau. & in. l. si ob turpem. de cond. ob turpem causam conatur satisfacere Abbas in. d. c. 2. nu. 9. quem ibi probauit Bero. nu. 27. in casu. d. l. 2. solutione subsequenter executionem esse actus precedentis, nec ad aliud solutionem potuisset ordinari quãdã propter precedentem solutionis promissionem, ideo sponte solentem cum non teneretur, liberè donare quodammodo & omne uitium purgare intelligi iuxta. l. cuius per errorem. de reg. iur. at sequens post spoliationem renuntiatione, non ordinatur ad actum precedentem, ut illius executio sit cum ad multa alia adaptari possit præter spoliationem, similem declarationem adfert Bartolus in. l. si per uim numero 2. C. quod metus cau. ubi Aretinus & Alexan. & Boe. q. 100. nume. 15. Præterea inquit Abbas in casu nostro per hanc renuntiationem nullum ius accrescit spoliato, adfert Bartoli auctoritatem in l. naturaliter. §. nihil commune de acquir. possess. secus in casu. d. l. 2. quia per solutionem ius ei accrescit, cui facta fuerat promissio. Quæ sane Abbatis declaratio non multum aridet, quia, quoad primum dictum, respondeo: immo renuntiationem subsecutam operari plenum effectum, cum saltem ipsa spes restitutionis sublata sit. Et cum renuntiatione facta sit, ad cõmodum spoliatoris facta uidetur præsumiturq; ad purgandum uitium spoliationis, & eam ob causam nõ ob aliã argumento. l. 2. de cond. & demo. & tradit Bar. in. l. quæ sub conditione ff. eo. Barb. conf. 11. col. 6. in fi. lib. 2. dum affirmant: Actũ factum præsumi ob causam, quæ præcessit, & per cõsequens ius spoliatori accrescere dicitur. Rectius ergo sensus uidetur Bal. in. d. c. 2. de rest. spol. dum inquit textum. d. l. 2. C. quod metus caus. loqui in ui compulsua, in qua iam ab initio consensus interuenisse dicitur licet coactus iux. gloss. l. si mulier. §. vlt. ff. quod metus caus. Et actus sponte factus, qui sequitur ut omne uitium à meticulouso consensu procedens, remouet. vis uerò expulsiua nullum

nullũ in se habet consensũ, quare subdit Bal. esse considerandum, vim expulsiuã non posse purgari ab expulsiõnis factõ seu illius restitutionis, cum vis illa sit actus in re ipsa permansens. Compulsiuam uerò absque alio facto retro simili, posse cum sit actus transiens ex solo accidenti compulsi consensu. ideoq; sufficere ex suo actu secuto uoluntate spontanea demonstrare. nec aliter hæc iura intellexisse, uisusest Bar. in. l. si ob turpem nu. 2. & ibi las. nu. 3. ff. de cond. ob. turpem caus. et si non ita rem clarã ut Bal. faciant. Secundo loco obijci solet, nullã esse post renuntiationem concedendam restitutionem: cum spoliatus renũtians tẽ, pro derelicto habere uideatur. Et ob id possessionem, immo dominium, dicitur amittere. l. si quis ui. §. differetia. de adquir. poss. iuncta. l. 1. & 2. ff. pro derelicto. ut satisfaciatur Abba. in. d. cap. 2. nu. 9. vers. etsi dices, & cõ eo ibi Bero. nu. 29. inquit, habere rem pro derelicto intelligi, quoad ius reale, non autem, quoad ius personale personæ in herens ob molestiam sibi illatam. nõ inquit Abbas, interdictũ m. vnde ut est personale licet in rem sit scriptũ. l. 1. ff. de interd. maxime, quia illi iuri absente parte renuntia-ri non potest, quam sententiam probasse uidetur Alex. conf. 93. nu. 4. lib. 5. & Beroius. d. nu. 29. & Roder. Suares allegatione. 23. num. 39. 20. ubi late declarat. Non tamen satis mihi placet hæc Abba. declaratio, quia si hoc interdictũ est in rem scriptum, si res & causa, ob quam conceditur, deficit, exerceri nõ poterit. At res dicitur deficere, quia renuntians declarat animum suum esse nolle possidere, & habendo rem pro derelicto dominium & possessionem amittit, cum pro derelicto res non habeatur, nisi possidere alter cõperit. l. 2. ff. pro derelicto, causa quoq; cessat, quia per renuntiationem, dicitur remitti illud odium, & illa pœna spoliationis, quod sensit & ipse Abb. d. cap. 2. num. 9. vers. ego puto. & si non est remissus ager ad uindictam iuxta. l. si quis ad se fundum. C. ad. l. lul. de ui. Nec satis placet eiusdem Abba. declaratio. d. cap. 2. nu. 9. vers. ego puto. distinguens renuntiationem in prophanis, à renuntiatione, in beneficiabus, dum uult, in temporalibus rei renuntiationem operari, etiam quoad possessionem, cum renuntiatione inducat notoriam exceptionem, iuxta cap. constitutus de filiis præbyti. Arbitror ipse, in quocunq; casu hæc procedere, & in beneficiabus præsertim ubi possessio magis à proprietatis titulo quã in temporalibus, depēdet,

ut latius suo loco statim dicemus. ut ergo difficultati vno satisfaciã uerbo. dico argumẽtationem procedere cõ clarè constat renuntiationem esse sine metu, sed liberè ac sponte factam, secus si metu, ut in casu. d. cap. 2. tunc enim animus, quo res amittitur deficit. Aliã proponit difficultatem Abbas. d. cap. 2. nu. 9. vers. contra hanc & c. quam postmodum dissoluit & super ea multa effudit Beroius nu. 32. & nu. 33. vers. circa hæc dicta. eam nunc silentio inuoluam. Limitatur Primo communis hæc sententia, non procedere, quando spoliatus ante factam spoliationem constitisset procuratorem ad renuntiandum, qui deinde procurator facta spoliatione renuntiauit, nam ex quo renuntiatio tunc sponte facta præsumitur. is deinde spoliatus agere nõ poterit ut ante omnia restituatur, sic Lapus alleg. 2. 4. quem est secutus Abbas. d. cap. 2. nume. 11. & Roder. Suares Hispan. allegatione. 23. num. 18. vers. facit etiam & c. & Rebuffus in praxi Benefic. in tit. De ui in resignatione adhibita. nu. 6. rationem adferbat Abbas, quia renuntiatio trahitur ad possessionem, habito respectu ad mentem renuntiantis. Cõstituen-do enim procuratorem ad renuntiandum, uidetur uoluisse rem pro derelicto secuta renuntiatione habere. & isto casu, renuntiatio trahitur ad diem cõstitutionis, cum hoc dependeat à nuda uoluntate, argumẽto. l. Paulus aliã per procuratorem. De acquir. here. Non placuit hæc declaratio Bero. in. d. cap. 2. nu. 35. ea ratione, quia facta per procuratorem ad tempus mandati non trahuntur, sed eo tempore facta intelliguntur, quo procurator fecit de uoluntate domini, vnde procurator gerendo posteaquã reuocatus fuit ab eo acta non ualent si se reuocatum sentit Clem. 1. de renũtia. ergo, inquit Bero. ad tempus mandati non trahuntur, quæ sanè ratio non satisfaciã, quia facta per procuratorem trahit ad tempus mandati concessi præsuppositis terminis habilibus, cum scilicet subsistat mandatum, quod non contingit quando ante actum gestum procurator se reuocatum cognouit, quo in casu nec Abbas. nec Lapus loquuntur. cum scilicet est facta ipse procuratoris reuocatio, siue eo sciente siue ignorante. Nam si eo in casu essent locuti, & aliud impedimento non esset, non fuisset distinguendum an sciente, vel ignorante procuratore facta esset ipsa reuocatio, ex quo enim agitur de amittenda possessione, uoluntas, & animus ipsius domini expostulatur, qui statu-

237

238

239

240

241

242

243



244 tim t esse desijt per reuocationem etiam procuratori nō cognitam, vt citando. d. Clem. i. de renuntia. tradit Dec. in l. eius, qui in provincia. §. quas vero. num. 2. 3. si certum petat, qui in dominij translatione loquitur, & idē de translatione possessionis citado. d. §. quas vero, scribit Bal. in cap. audita col. 2. vers. & idem dico. de rest. spolia. non est ergo distinguendum, an eo sciente vel ignorante reuocatus fuerit uel non, quare dico aduertendū esse, ex tex. d. §. in amittenda, & ex Bal. in. d.

245 cap. audita, eo ipso, quod procurator t est constitutus ad renuntiandum statim dominium: possessionem amisisse, immo & dominium. Nec in beneficialibus tacite reuocare procuratorem sufficit. d. Clem. i. de renuntia. nam eo casu secundum Bal. d. ca. audita. col. 2. vers. quare nunquid, sufficit iuris fictio, quae ea ratione, ad huc mandatū durare, nec esse perfectē reuocatam fingit, vt euentur illusiones. & Bal. insequendo declarat Felin. in. ca. ex parte nu. 15. de rescrip. eo ergo ipso, quod est constitutus procurator, quo ad dominum ipsum res dicitur deperdita licet habita relatione ad procuratorem, adhuc non sit cum effectu facta renuntia, quare Abbas dicere voluit, quod secuta renuntiatione, re ipsa per procuratorem illam ad tempus constitutionis ipsius procuratoris trahi, q. autem subdit Abbas ex. d. l. Paulus alijs. Per procuratorem, quam in argumentum citat Abb. vt quemadmodum hereditatis aditio consistit in sola voluntate. & eo ipso, quod constituitur procurator ex ipsa inquam animi declaratione hereditate ceteri aditam. sic eo ipso, quod quis constituit procuratorem ad renuntiandum habere dominium & possessionem pro delicto, quoad se ipsum, ex quibus cessat Beroij cōsideratio, dum inquit t casum. d. l. Paulus esse à nostro diuersum, non enim differt si (vt diximus) assumat Abbatis argumentatio conueniet & propius si is tex. legatur non per procuratorem. sed, per curatorem. vt legit & egregie declarat Duare. lib. 2. disp. annuerfa, cap. 27. & Iac. Cuiacius lib. 1. obserua. iuris ca. 34. & ita nunc legitur in Padeētis editis auctore. Lud. Ruffardo Buturigenfi, ait enim Duare, in procuratore adhuc concedi, tempus ut antequam adeat dominum consulat, quod non est in curatore ut apud eum.

247 Limitatur. 2. non procedere quando t renuntiaio esset facta coram iudice competente qui de causa cognosceret sic Abbas in. d. c. 2. num. 10. Soc. Traēt. fallen. reg. 378. prima

fallen. Barb. conf. 47. col. vlt. lib. 2. Rebuffus in praxi Beneficiorum titu. De ui in resignatione adhibita nu. 4. Cuius rei est ratio, quia omnis metus abesse praesumitur. l. vlt. de eo quod metus causa. Bar. l. frater a fratre. num. 51. de cōd. inde. & late supra retuli. ex qua qui dem limitatione alij plures adferri possunt, vt scilicet in illis casibus non procedat, cum cessat metus, sed constat sponte esse facta renuntiatione, qui sane casus plures sunt. hanc tamen declarationem intellige in prophanis in beneficialibus autem t renuntiaio nō alteri, quam in manibus ipsius superioris, (vt Abbas. d. c. 2. num. 10. loquitur) sit, quae tunc demum effectum habet si ab ipso superiore recipitur admittitur; vt aduertit Abbas. d. n. 10. vers. hoc enim dictum &c. & subijciam aliqua infra. q. 27. in secūda limitatione, tufficeret tamen si a notario nomine superioris illa renuntiaio admittatur Guid. pp. conf. 172. & Boer. q. 348. nu. 3.

249 Limitatur tertio, quando post illa t renuntiationem per multos dies conquestus non fuisset spoliatus ex quo uerisimiliter dicitur ratum sine metu habuisse, quod gessit, sic intelligo Iac. Nouellum in praxi criminali. tit. spoliatus. de facto &c. incipit vulgaris regula est &c. num. 46. vers. limita. 46. sentit Zasius in. §. nihil commune. num. 56. de acquir. poss. post Butr. In ca. sollicit. de rest. spolia.

250 Limitatur quarto, nō procedere t in prophanis, sic Soc. l. rem quae nobis. nu. 20. vers. postremo. de acquir. poss. Aegidius Bofsius tract. causarum criminalium. tit. de pluribus violentijs. nu. 18. quod ipse intelligo si aliqua concurrat coniectura & praesumptio, qua iudicare possimus sine metu facta esse renuntiationem, alijs idem esset quod in beneficialibus, eoq; loci Bofsius vni in praxi docet, an facta hac renuntiatione omnis violentiae causa cesset etiam, quo t ad hunc non ratione sui interesse, quid amplius contra spoliatorem querat, & cessare scribit, Mediolani presertim ex decreto ipsius regionis, & quando concurrunt coniecturae, Suares. d. alleg. 23. num. 23.

252 Quare. 24. quid si is spoliatus t post spoliationem cum spoliatore pepigit se possessio non acturum, an spoliatus agere ut restituatur adhuc possit, & non posse affirmant Abb. & Beroius in. d. cap. 2. de restit. spolia. hic. nu. 44. ille. nu. 16. Rota in nouis decisionibus tit. de restit. spolia. Decif. 16. si A. conferratur nu. 4. Alex. conf. 93. nu. 5. lib. 5. Paris. conf. 1. nu. 15. lib. 1. sentit Franc. de Marchis.

q. 71. nu. 2. & fuit haec sententia glo. in cap. ex insinuatione in verbo. canonicū ext. de procura. idem placuit Soc. tract. fallen. reg. 378. fall. 3. & Rebuffo in praxi Benef. in titulo. De ui in resignatione adhibita nu. 7. qui & alios citat, & hanc sententiam probare videtur is notab. tex. l. si vnus. §. pacta vers. item ne experiar. ff. de pactis intelligendo secundū praecedentem vers. dum vult posse post furtum commissum pacisci ne furti agatur, & ne illud restituatur. est ratio, quia pactum illud rem solū respicit familiarem ac priuatā, nec tunc dicitur contra bonos mores, uel Rempub. & ob id valet. l. iuris gentium. §. si paciscar. ff. de pactis, & is tex. §. pacta, intelligitur pactum prodesse, quoad ea quae causam ipsorum paciscentium respicit, non quoad ea quae causam attingunt publicam, vt sunt poene quibus fures & inuadentes plectuntur, quae scilicet Reipu. causa indicuntur, & licet is vers. item ne experiar in si. habeat haec verba. Et in sum ma si pactum conuentum à re priuata remotum sit non est seruandum, quasi vellent dicere, tunc pactum non esse seruandum: cum est remotum id est, quando causam publicam attingit attamen clarior erit sensus si vna cum eruditissimo Cuiacio li. 1. obserua. iuris. cap. 24. legamus, si a Repub. remotum sit, in meo tamen manu scripto legitur, à re priuata.

Extenditur secundum Bero. d. cap. 2. nu. 44. vers. amplia. procedere t cum factum est pactum de non molestando possessorem argumento tex. in cap. ad nostram. il. 2. de iure iura. dum loquitur de iuramento, quod cum pacto procedit à pari glo. in summa. 3. q. 1. & hanc extensionem probarunt Soc. in. l. rem quae nobis. nu. 20. in si. de acquir. possess. & Roder. Suares Hispan. allegatione 23. num. 18. qui huius sententiae citat Rotā Decif. 393. addo ipse Capicium Neap. Decif. 69. nu. 7. 8. cū enim huius pacti verba in ipsius possessoris personam concepta sint intelliguntur de nō molestando ipsum possessorem ratione possessionis, & pactum tam de molestia t iuris quam facti intelligitur iuxta sui significationem, vt declarat Corsetus sing. in verbo. molestia &c. Dec. conf. 58. nu. 11. conf. 613. nu. 1. Ruin. conf. 48. nu. 9. conf. 77. nu. 8. lib. 2. Soc. Yun. conf. 113. nu. 36. lib. 1. simile est si factum sit pactū de non mouendo t controuersia cū eadem sit significatio, ut relati scribentes adfirmant, & est glo. & ibi Bar. in. l. Lucius. §. tres heredes. ff. de pactis, tex. vbi Alex. & ceteri. in. l. clam possidere in prin. de acquir. poss. & late docuit Ripa. in. l. 1. num. 2. de re

iud. Soc. Yun. conf. vlt. nu. 15. lib. 1.

Limitatur haec conclusio, non procedere t cum causa spoliij publica est, vt docuit Beroius. d. cap. 2. nu. 45. dum ponit exemplum in ecclesia spoliata, nam (inquit ille) causa ecclesiae, causa publica dicitur. l. vltima. C. de sacros. eccl. cap. qui abfulerit cap. non liceat. 12. q. 2. cap. qualiter et quando de accus. glo. et Abbas in cap. ex conuentione col. 4. de restit. spolia. quod intelligitur cum causa est principaliter ipsius ecclesiae, secus si secundario, vt cum res & possessio clerici fuit occupata, quia tunc dicitur causa priuata. cap. si diligenti. de foro compe. cap. in literis. de restit. spolia. & hanc differentiam probat tex. cap. petio de iure iura. Abbas. cap. cum sit. cap. quod clerici. de foro compe. ex praedictis autem apparet esse differentiam inter pactum & renuntiationē, vt relati considerant praesertim Alex. & Soc. Bero. tamen. in. d. c. 2. nu. 44. vers. & ex premisis aliter sentit, quae sententia vera videtur, cum data terminorum paritate differentia ratio vix possit assignari. cogitandum tamen erit.

258 Quare. 25. quid si is spoliatus t post factā spoliationem iurauit non agere, an adhuc ut restituatur agere possit & nō posse affirmavit Abbas in c. secundo in fi. de restit. spolia. quem secuti sunt Rotta in nouis Decisionibus tit. de restit. spolia. decif. 16. si a conferatur. numero 3. Decif. 18. si agenti. vbi late. & in tit. de renuntia. Decif. 1. vbi appostila. & eo. titu. in antiquis. Decif. 6. Iac. Nouell. in praxi criminali. in tit. spoliatus de facto &c. incipit. vulgaris est regulam. &c. numero 11. vers. limita. xj. & Zasius. in. §. nihil commune num. 55. de acquir. poss. & idem sentit Corsetus in tract. fallen. ad regulam, quod spolia. ante omnia restitua. fall. xj. Alexan. conf. 93. nu. 5. lib. 5. Soc. in. l. rem quae nobis nu. 20. in si. de acquir. poss. Capicium Decif. 69. nu. 7. Franc. de Marchis. q. 71. nu. 2. Paris. conf. 1. nu. 15. lib. 1. solet citari tex. in cap. ex insinuatione. extra de procur. qui si recte perpendatur ad rem non confert, ibi enim iuramentū solum fuit prestitum loco probationis ad intentionem agentis possessionē restitui petentis fundanda, non quoque hanc probat sententiam cap. ad nostram. de iure iura. qui a Bero. citatur. in d. cap. 2. num. 46. nam is tex. loquitur in iuramento praestito ab eo, qui deinde spoliatus sicq; ante spoliationem: qui casus non est hic nofter. minus probat capit. peruenit de iure iura. dum inquit compulsū metu iurasse, & iuramentum non impedire restitua-

restitutionem, qui metus & hic presumitur. nisi dicas loqui doctores cum metus abest & ita d. capit. pertinuit a sensu contrario probare. Rota autem citat cap. cum venissent. de instit. sed vix est vt probet. Ratio tamen pro hac ipsa sententia virget magis, quod vbi iuramentum t feruari potest sine interitu salutis æternæ, feruari omnino debere cap. si uero, cap. cum contingat. de iure iura. & argumēto capi. quāuis. de pactis. in. 6. & in cap. licet mulieres de iure iura. in. 6. feruari ergo debet in casu nostro cum possit. Bero. tamen in. d. cap. 2. nu. 47. vers. præterea. inquit hanc ipsam regulam non esse sic simpliciter intelligendam, sed aliter concipiendam, vt dicamus, quod quoties iuramentum sine salutis æternæ interitu feruari potest, & non seruatum vergit ad æternæ salutis detrimentum, esse seruandum omnino, citat Bal. sic declarantem conf. 29. lib. 3. at Alcia. in cap. cum contingat. num. 37. de iure iura. sic ait, quod quando iuramentum non potest feruari sine interitu salutis æternæ, non esse seruandum, quasi velit dicere e contra cum nō seruatum vergeret ad detrimentum æternæ salutis seruandum esse ex quo inferre videtur Bero. quod cum in casu nostro nullum dispendiū salutis æternæ versetur si non seruetur, posse non feruari. vel etiam probando primam illā collectionem, quod vbi iuramentum feruari potest sine dispendio salutis æternæ, esse seruandum, dico adhuc non esse perpetuum, cum plures reperiantur casus, in quibus non versatur salutis æternæ dispendium, & tamen adhibitum iuramentum potest non feruari, vt plura sunt exempla apud, Diuum Thomā. 2. 2. q. 89. artic. 7. quem refert Didacus Couarr. in cap. quāuis pactum prima parte. §. 6. nu. 6. vers. 6. adhuc & nu. 7. de pactis. in. 6. inter cetera illud placet referre. t si iure iurando promisi pro aliquo non fideiubere, feruare hoc iuramentum, non uergit ad æternæ salutis detrimentum, et tamen non est seruandum, quia opus magis bonum impedit, dum non fideiubere ex charitate, et ideo aduersus iuramentum fideiubendo tenet fideiussio: et eo loci Didacus reicit Marfilium in Rub. de fideiussor. nu. 28. et Oldra. conf. 90. qui aliter sentiebant. in casu autem nostro iuramentum potest feruari cum delictum postmodum remaneat impunitum. Verum cum rectius rem hanc ipsam perpēderem, animaduertere esse sic declarandum, aut loquimur ante spoliationem factam et tunc dicendum est iuramentum non esse seruandum, cum ad

dispendium potius æternæ salutis esset presertim, præteret enim delinquenti aniam. et quemadmodum pactum non tenet, ut infra dicemus, sic nec iuramentum, et hic non est casus noster, aut loquimur, vt vere loquimur post spoliationem, & tunc dico feruare iuramentum esse meritorium ob remissionē illatæ iniuriæ à qua declaratione non dissentit Beroius. d. cap. 2. nu. 47. vers. quare tu vltra, &c. nec delictum hoc casu remanebit impunitum, cum poena quæ iuris publici est, ex eo iuramento non sit sublata. hanc præterea sententiam clare probat tex. in cap. 3. de restitutione spolia. quem pulchrum in hoc casu appellauit Corsetus. d. fillen. 10. Verum plura huic sententiæ aduersantur, quæ nisi dissoluantur, res non parum perplexa erit. Primo aduersari videtur tex. in cap. 2. de resti. spolia. dum a pari sentit procedere iuramentum t & renuntiationem, vt ergo renuntiationem per metū facta dicitur, sic & iuramentū, ergo saltem, quoad eam restitutionem impediendam seruandum non erit ca. super hoc, de renuntiatione, & argumento capi. licet mulieres. de iure iura. in. 6. cum alijs a Bero. citatis in. d. cap. 2. nu. 46. vers. sed contra. conatur eo loci Abbas post Butrium, vt refert idem Bero. satisfacere, inquituntq; quod licet metus presumatur, posse tamen purgari per instrumentum publicum in quo dicatur sponte iurasse: sic & Rota. d. Decif. 18. in nouis, & hoc idem Abbatem secutus, affirmavit Paris. conf. 5. nu. 187. lib. 4. quæ sane declaratio non conuenit, cum nos in dubio loquamur, quando scilicet post factam spoliationem iuratur, de non agendo ad possessionis recuperationem, nec præsupponimus, vel testibus, vel instrumentis consistere iuramentum fuisse sponte prælitum, tunc enim clara res esset præterea ut Bero. dicebat testibus probari haud potest iuramentum fuisse sponte prælitum: cum iurantem animus illis notus esse non possit, qua ratione & idem in instrumento est affirmare, cū præsertim uerba illa sponte &c. t quæ passim in instrumentis scribuntur, ex stilo potius ac tabellionum consuetudine, quàm ex partium voluntate, vt docuit Abbas in. cap. cum contingat col. 17. de iure iura. quem sic citauit Bero. d. cap. 2. nu. 46. vers. sed contra. & simile tradit Bar. in. l. 1. q. 6. de iure cod. de clausula codicillari alia similia sunt apud Ripam. in. l. Centurio nu. 80. de vulga. in. l. vlt. num. 181. C. de reuo. dona. in. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 49. de verbo. ob. Tiraq. in. l. si unq; in præfatione nu.

præfatione nu. 172. C. de reuo. do. Rui. conf. 159. nu. 16. lib. 3. Dec. conf. 394. col. pen. conf. 399. col. pen. Cur. iun. conf. 101. nu. 10. illud præterea accedit, clausulam ipsam spōte &c. non purgare uirtum aliquid metus, vel uolentia, ut enim iuramentum ipsum actusq; ipse primus simulatus presumitur, sic & clausula ipsa, vt scribit Bar. in. l. nemo potest nu. 2. de leg. 1. quod intelligit cum incontinenti & in eodem instanti fit, & ibidem affirmavit Ripa numero 72. ex. l. 2. C. quod met. caus. & Decius consilio 587. numero 2. Tiraq. De retractu conuentio. in. l. numero 112. & in tracta. De iure constituto. in. 3. parte declaratione 7. nu. 33. Ruinus consilio 66. numero 1. lib. 4. Paris. consilio 54. nu. 62. 66. & consilio 55. nu. 30. 44. lib. 1. simile est, quod scripsit Bartolus in. l. vltima. §. idem quæsit nu. 1. 2. ff. de cōd. indeb. quod t eodem errore ductus quis præsumitur ad renuntiandum conditioni indubitati, quo indubitum soluit. Bartolo subscribere Decius conf. 475. nu. 29. Ruinus conf. 206. nu. 10. consilio 134. numero 7. lib. 1. Marfil. sing. 18. quotidie, Soc. iun. conf. 116. nu. 20 lib. 2. ex quibus iam certo constat non feliciter satis Abba. proposita difficultati satisfecisse. existimo itaque nodum sic posse dissolui, maximam esse differentiam inter pactum, & t iuramentum metu extortum, nam iuramentum eo casu seruandum adhuc est nisi ab solutione remittatur, vt post Caetanum quæ citat, scribit Didacus. in cap. quāuis pactum prima parte. §. 5. num. 3. de pact. in. 6. & hb. 1. varia. resolu. cap. 4. numero 7. & in Epitome. De sponsa. parte 3. §. 5. numero secūdo, quod in pacto non contingit, testatur tamen Didacus praxim aliter obseruare, iudicatur enim huius iuramenti vinculum nullius roboris etsi absolutio non concedatur, Aduersari quoque huic conclusioni uidebatur textus, capitulo cum dilectus t quod metus caus. quæ in hanc sententiam citat Beroius in. d. capitulo secundo col. penul. in. fi. de resti. spoli. verum si recte perpendatur communem potius probat sententiam, nam eo in casu metus erat leuis, qui in constantem uirum cadere non poterat, nec iuramentum ad æternæ salutis dispendium tendebat, quare uoluit Pontifex Maximus iuramentum feruari.

Quæro vigesimosexto. Quid si spoliatus t ante factam spoliationem paciscatur se possessorio non acturum, an restitui adhuc debeat: & esse adhuc restituendum affirmavit Abbas in. d. capitulo 2. numero 16. & ibidem Beroius numero 44. vers. Limita hanc conclusi-

tionem de resti. spolia. & Ripa in. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 55. vers. 4. amplia. de acquir. poss. ea ratione adducitur omnes in hanc sententiam, quia nullius momēti est pactū, ut clarus est tex. l. si unus. §. pacta vers. item si experiar. ff. de pactis, est enim contra bonos mores, aniamq; præfaret delinquenti, contra textum. l. conuenire de pact. d. l. 1. §. illud. de positi. l. contractus de reg. iur. esset & contra publicam utilitatem, cuius inuere est delicta non relinquitur impunita. l. ita uulneratus. in. fi. ad. l. Aquil. & iā supra diximus. q. 1. largam fami aliquantulo interpretationem publicæ utilitatis fauere, vt coerceretur delicta ex Bar. in. l. quemadmodum nu. 11. C. de agr. & cens. lib. xi. ac alijs pluribus suo loco congestis.

268 Quæro 27. quid si t spoliatus ante factam spoliationem dominio rei renuntiauit, vt in clerico, qui beneficio renuntiauit iuxta. casum cap. 3. de rest. spolia. an secuta spoliatio ne possit adhuc experiri, ut ante omnia restituatur: & non posse, affirmavit Abbas in. d. capitulo 3. numero 4. quod & Beroio placuit in capitulo 2. numero 21. de rest. spolia. & ante eos Lapus alleg. 23. quem est secutus Rebuffus in Praxi Beneficio. in titulo. De ui in resigna. adhibita numero 6. quibus accedit Ferretus consilio 7. numero primo, qui idem, quod Rebuffus ait, procedere scilicet, & quando beneficii resignatio facta est, & ex multis citat Francum in capitulo ad decimas de resti. spolia. Rotam decisione 7. 16. 56. 475. Bella. Decisione 66. & 342. idem Ferretus consilio 10 numero 5. consilio 93. numero 2. Cassado. tit. De resti. spolia. decisione 4. nu. 6. est præcipua ratio: quia spontanea renuntiatio dicitur, quare ius omnesum is renuntians remisit, tam quoad proprietatem, quam quoad possessionem. l. si quis vi. §. differentia de acquir. poss. potuit ergo ei, si statim postmodum possidere uoluit, argumēto cap. olim il. de resti. spolia. & l. 3. §. cum igitur. de vi & vi arma. non ergo potest agere possessorio recuperanda, cum illi non concedatur, qui t factō proprio possessionem amisit, ut docet Soc. in. l. rem. quæ nobis numero 8. de acquir. possess. Abbas in capitulo 2. nu. 7. & ibi Bero. num. 22. de resti. spoli. idem Abbas in cap. in literis nu. 26. eo. & suo loco, latius referemus, etsi enim, qui possessionem ex renuntiatione amisit, illi corpore adhuc insit, deici tamen potest, nec deiectus restituitur. l. primo. §. deiecitur de ui & ui armata; declarat Socinus in. l. tertio H §. in

§. in amittenda nu. 2. de acquir. poss. & cum in beneficiis facta est renuntiatio. maior altera urget ratio, nempe quia, notorius proprietatis defectus, qui ex renuntiatione provenit possessionis impedit recuperationem, c. constitutus de filiis presbyter in capit. eum qui de eo. qui mittitur in poss. in cap. ex transmissa. de restit. spolia. & latius suo loco dicemus.

270 Limitatur primo hæc ipsa communis sententia, locum sibi non uideat, cum post factam spoliationem diu t stetit spoliatus in possessione, & deinde eiectus: possit enim tunc recuperanda possessionis agere, nec ob stare renuntiationis exceptio, sic declaravit Abbas in d. c. 3. nu. 4. & in c. 2. nu. 6. & ibidem Bero. nu. 25. de restit. spolia. idem censuit Cassado. d. rit. de restit. spolia. Decis. 4. nu. 2. 3. 4. illam adferunt rationem, quia, ex quo diu in possessione stetit, presumitur iusta possessio, & ius de nouo superuenisse. Cum verisimile non sit tamdiu superiores t passos fuisse eum sine iure aliquo possidere iux. doctrinam Inno. in c. 2. de restit. in integ. & per docto. in c. illud ibi Fely. nu. 5. de presumptio. & simili ratione utitur Cassado. in suis Decis. titulo. De causa poss. & propr. Decis. 2. num. 3. & in casu nostro sic decidit Fran. de Marchis q. 197. in fi. & docuit Berouius. d. c. 2. num. 25. qui subicit, quod fundas se in titulo, potest illum ex longa & diuturna possessione probare, ac iustificare, iuxta doctrinam Bar. in l. Cum de in rem verso nu. 3. 7. de vsuris. Immo sine titulo uero, sed ex longissima t possessio ne beneficium acquirit, & eo aduersus habentem verum titulum tueri etiam se posse. c. 1. in fi. de prescrip. in 6. & Cassado. d. Decis. 4. nu. 5. inquit hodie triennium sufficere ex regula. De trienali possessores nec is cogitur ad episcopi postulationem titulum uerum ostendere: sufficit enim ostendere se longissimo tempore possedisse, ut docuit Felynus in c. licet heli. de Simo. & in d. capitulo illud nu. 5. de presumptio. quo loci numero 7. intelligit nisi euidenter de intrusione constet, idem quod Felynus censuit Ioannes a Selua in tracta. De beneficio in secunda parte questione 25. quos secutus est Didacus Quarr. in capitulo Possessor. secunda parte. §. 10. num. 9. de regulis iuris in 6. confert Bartoli doctrina, d. l. cum de in rem verso. dum præsertim nu. 7. citat cap. Primum de prescriptio. in 6. ut intelligamus, inter ius Pontificium, & Cæsareum, quoad tituli disputationem, his in casibus nullam esse differentiam, ut hac de re opti-

mus est tex. in c. Placuit. 16. q. 3. & latè apud Balbum in tractatu prescriptio. in secunda particula tertie partis principalis. q. 6. & in secunda particula quartæ partis principalis. q. secunda col. 3. quem probauit Didacus in d. capitulo possessor. secunda parte. §. 5. nu. 2. & libro 1. Variarum resolutio. cap. 17. nu. 7. Accedit ratio illa, quæ possessio rei ecclesiasticæ & Prophane communis est. Possessor scilicet, ius aliquod ex poss. potuisse superuenire, quo sua possessio nouum ius consecuta sit, sitq; maxime adfirmata, quam rationem & supra statim retulimus.

273 Limitatur secundo non procedere, quando ante factam alteri collationem, est possessor renuntians, renuntiationem reuocauit: nam cum reuocare sic potuerit: ut adfirmarunt omnes, ut apud Boeriu. q. 350. nu. 5. qui hanc communem testatur, & idè placuit Cassado in suis Decisio. in titulo. De renuntiatione Decis. prima, dicendum est idem esse, ac si nulla unq; facta fuisset renuntiatio, ob id spoliatus agere poterit.

274 Limitatur, non procedere, quando t renuntiatio adhuc a superiore recepta & admiffa non fuisset, nam tunc possessor, & dominus sic renuntians, nec possessionem, nec proprietatem perdit, quamobrem spoliari minime poterit, sic sensit Abbas in d. c. 2. nu. 10. vers. hoc enim dictum, de restituitio. spolia. ut. n. suum consequatur effectum renuntiatio, a superiore acceptari debet, ut præter Abbatem sic decidit Cassado. in suis Decisionibus in titulo. De renuntiatione Decisio. 2. & 3. latè & doctè Carolus Molinæus super regula Cancellariæ. De infirmis resignantibus nu. 2. 3. 4. quo loci Gomefium aliter sententem reprehendit. Cum Cassado & Molinæo, idè sensu sit, (illis tamen non relatis,) Petrus Rebuffus in Praxi beneficiorum, in eiusdem regulæ cõmentariis. De infirmis resignantibus glossa 12. numero 1. 2.

275 Limitatur 4. procedere t solum, quoad eum, in cuius cõmodum facta est renuntiatio, non autem quoad tertium spoliatorem: sic apud Rotam fuisse quandoque decisum, testatur Cassadorus in Decisionibus, in titulo. De restituitioe spoliatorum. Decisioe 4. nu. 1. ea ratione ufos fuisse, si scribit, quia resignans, possidere potuit naturaliter, nec deicri ideo a tertio, qui nullam ciuilem habuit, iure potuit. Quocirca contra eum tanquam spoliatorem, experiri is potest. ipse tamen Cassadorus multa mouet in contrarium, quibus (vt ille ait) communis illa Dominorum de

De Rota decisio, dubia redditur: cum enim renuntiatio facta sit, is spoliator, nouusque nunc possessor, dicere potest illud Vulpiani in l. loci corpus. §. competit. ff. si seruitus vendicetur. Quoad te amice, liberas edes habeo. Verum non fortè multum urget, quadoquidem ob naturalem possessionem cui insitebat spoliatus, is spoliator ita liberas edes nõ haberit, ut opinatur Cassadorus, erit tamen cogitandum, ceteras illius rationes nõ refero.

276 Limitatur quinto non procedere, quo ad t damna & expensas, quas ob illam spoliationis causam is spoliatus fecit. illas enim adhuc facta beneficii rei; sue renuntiatione consequitur. sic docuit omnium primus Inno. in cap. super hoc. de renuntiat. quem paucis secutus fuit Bero. in capitulo 2. numero 24. de restituitio. spolia. Ratio illa esse uideretur, quia spoliatus duo a spoliatore consequi potest, occupatam scilicet possessionem, & damna

277 t ac expensas cap. accedens il. 2. ubi Abbas pen. vt lite contestata. & latè docuit Ripa. in d. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 50. de adquiren. possess. illi sententia, & accedit Paris. conf. 1. nu. 147. lib. 1. Cur. Iun. conf. 41. in fi. Alciatus responsio. 370. num. 5. Plotus in l. si quando numero 732. C. vnde vi, videnturq; duo hæc, vt duo penitus separata, ita ut unum, alterum attingere minime dicatur, sic in simili dicimus ab illata iniuria, damna & expensas

278 t ob eam ob causam distare, ut iniuria remissa, non censentur remissa damna, & expensas, sic glo. in c. si Canonici. de off. ord. in 6. Abbas in cap. 1. de iniuriis Baldus in l. si profure de cond. furt. Aretinus. §. vlt. infl. de iniuriis Alex. conf. 168. nu. 5. lib. 2. & multa egregiè congesit Didacus lib. 2. variarum resolutio. cap. 10. nu. 6. vers. 4. eodem, illi addo Iaf. in l. 1. nu. 16. ff. de pactis & Petrum Placam, in epito. delictio. cap. 6. nu. 40.

279 Quæro 2. an & eo casu restituatur ante omnia spoliatus t cum ex ea restitutione irreparabile damnum sequi potest, & communis est omnium sententia, non restitui, ut scribunt omnes in c. literas de restit. spolia. & in d. l. naturaliter. §. nihil commune ibi Alex. Ripa & ceteri omnes de acquir. poss. lac. No uellus in praxi criminali, in titu. spoliatus de facto & c. incipit. Vulgaris regula est, nu. 49. 50 & ante omnes fuit hæc sententia Castre. in l. 2. C. de ed. diui Adr. tol. vbi Alex. & Iaf. quos infra refera. adferri solet primum exèplum, quod apud nostros satis cõtrouersum est. Cuius t munitionis aliquo Castro vel oppido spoliatus est, nam is tunc ante omnia non re-

280

stituitur, quia, si postmodum contra eum ferri sententia contingat in petitorio, nõ sine maximo discrimine ac detrimento, exequi illa poterit, sic Castren. & Alex. d. §. nihil commune nu. 21. Bolog. nu. 30. Ripa nu. 75. Claudus Seyfel. col. 3. vers. item circa quintam fall. & Zafius nu. 60. probauit, idè respondiderunt Iaf. conf. 60. nu. 4. lib. 1. cõf. 38. lib. 3. Rui. cõf. 22. in fi. lib. 1. conf. 37. nu. 13. conf. 42. nu. 10. lib. 4. Goza. conf. 1. nu. 12. conf. 7. nu. 6. conf. 9. nu. 69. conf. 10. num. 10. & Rolan. a Valle, qui in eodemmet casu consuluit conf. 1. nu. 79. Rubens conf. 13. nu. 17. & in d. §. nihil cõmune nu. 148. Paris. conf. 1. nu. 177. conf. 10. nu. 85. conf. 22. nu. 99. lib. 1. Neuzanus inter consilia Bruni conf. 12. nu. 5. 4. Franc. de Marchis. q. 316. nu. 11. Boerius. q. 238. col. antepe. Præcipuum est horum interpretum fundamentum ex t c. literas de restit. spolia. qui tamen, (ut animaduertit Aret. d. §. nihil cõmune & ibi. Hormo. Detus nu. 40. Fabius nu. 53. & Paris. conf. 1. nu. 101. lib. 1.) fauore animæ procedit: nec scilicet in graui incidant peccato, quod non contingit in casu nostro, citari etiam solet tex. in l. 2. ff. de appella. t iuncta. l. ante sententiam. C. quorum appella. non recip. nõ licet appellare ab interlocutoria, appellatur tamè cum damnum sequi potest irreparabile, ut quia augur minime dicatur, aliquid quem quaestionibus. d. l. 2. Verum responderi potest, esse eo casu danu reipsa superioris facto irreparabile, quod nõ contingit hoc nostro casu, ubi saltem poterit Princeps sua auctoritate ac suis viribus sententiam spoliatore inuito exequi. Quare ad re pertinet magis illud uideatur, quod ubi irreparabile damnu se qui potest, licere & iudici ipsi resistere. c. nõ debet. 11. q. 3. c. nõ inferenda. 23. q. 1. Bar. l. si alius. §. bellif. quod ut ait clam. Fely. c. si quando in fi. & c. in literis de off. delega. quem sic citat Ripa. d. §. nihil cõmune nu. 75. in fi. Dec. in l. vt uim nu. 22. de iust. & iure Iaf. conf. 2. 0. col. 2. in prin. lib. 3. Ripa tract. pestis de remedii ad conserua. vber. nu. 288. Boerius. q. 218. nu. 3. & latius infra dicemus in remedio recuperandæ possessionis ex l. meminerint. C. unde ui. q. 1. non tamen ita solidum hoc est fundamentum ut dubitationem non recipiat: non enim nostro hoc casu iudicis factio in ferri dicitur irreparabile damnum, cum eo auctore recuperari res deinde possit, si in petitorio feratur sententia Fabius autem. d. §. nihil cõmune nu. 53. ea utebatur ratione, non esse cõcedendam hanc restitutionem, quia cõmunis regula præsupponit spoliatore posse deinde,

lata pro se in petitorio sententia, recuperare d.l. si quis ad se fundum. C. ad l. iul. de ui. l. meminerint. C. unde vi. cum ceteris similib. sed in casu nostro, præsupponitur recuperationem impossibilem; aut saltem max. cum detrimento, quæ sanè præsupposita si vera sunt) res caret probabili dubitatione, verum relati interpretes vt plurimum simpliciter locuti sunt, quare Aretinus in d. §. nihil cõmune & ibi Clau. Seyfel. vt refert, ac secutus est Hormo. Detus nu. 40. non mediocriter hæsitantur, & relata communè sententiam iure aliquo non niti, dixerūt. Fabius autem. d. nu. 57. (vt horum conciliaret controuersiam) distinxit, aut spoliator priusq̃ spoliauerit, tãtãuit via iudiciali possessionem ipsius castri consequi, si non potuit, non restituet si spoliatur: cum aliunde succursum sibi non sit licet sibi iudicere, + cum iudicis auctoritate succursus nõ est. l. 2. C. quando liceat vnicuiq; sine iud. se vind. Dec. late in l. qui iuris. nu. 12. ff. de iuris. om. iud. & licet furari tretim propriam, cum aliter consequi nõ potest, ut tradit late las. in l. i. nu. 8. C. de test. Marfil. sing. 177. malitiis &c. & conf. 21. num. 14. & in Praët. crimi. §. constante nu. 37. Cepola conf. 56. col. 1. Neuzanus lib. 3. syluæ nup. nu. 43. Tiraq. De retractu cõfag. in præfatione nu. 71. Gomez. Hisp. infl. de actio. in principio nu. 54. & Didacus Couar. lib. 2. varia. ref. cap. 2. nu. 15. Rebuffus in commetariis Regiarum constituti. tomo. 2. tracta. De famulorum salariis, glo. 10. nu. 10. quo loci affirmat sic futuram non teneri se ipsum vigore monitorii propallare, quod est summæ notandum, qui tamen declarat quatuor debere concurrere, ut res rapi ita possit, & in nostris terminis dum hanc est visus probare sententiam, hanc ipsam, ac præcedentem Fabii attulit rationem Rubens conf. 13. nu. 9. sic etiam clarè in his terminis Rui. conf. 42. nu. 12. lib. 4. dũ affirmat Ducè Ferrariae potuisse recuperare ciuitatem Regii a Pontifice occupatam, idem conf. 43. nu. 11. eo. lib. 4. & alia Neuzanus cõf. 82. nu. 33. Cagnoli, non est singularis nu. 2. 3. de reg. iur. & alios retuli infra in 9. remedio. q. 23. vbi late & hoc in casu procedat (secundum Fabium) communis sententia. Aut spoliator via iuris rem suam consequi nõ tentauit, sed immediate occupauit; tunc spoliatus ante omnia restituitur; & hoc casu procedit Aret. Imol. & Hormo. sententia. nam spoliator sue audacie luit pœnas, sibiq; hoc adscribere debet, quæ sanè distinctio (inquit Fabius) equa satis est. Verum satis æquum mihi videtur, si

concedatur spoliatori castrum occupare eũ sese offert occasio & præsertim animaduertit quod est adeat iudicem nõ posse sibi esse succursum uel quia iudex sit ad exequenda post modum sententiam impotens, vel similia alia ex causa, ut in exeplo relato in domino qui rem propriam furari potest, nec iudicè prius adire tenetur. Communi ergo sententia probata.

285 Limitatur primo non procedere, + si causa corã Principe supremo verteretur, qui manu militari sententiam exequi & castrum expugnare posset si spoliatus restitutus, & post modum in petitorio condemnatus sententia parere recuset. Sic declarat inter alios Goza. conf. 1. in fi. & conf. 7. nu. 22. Grat. conf. 18 nu. 28. 29. 30. lib. 1. qui ambo in uno eodemmet casu responderunt, Rui. d. conf. 37. nu. 3. lib. 4. Paris. cõf. 22. nu. 00. lib. 1. & apud Gallos feruari testatur Boe. d. q. 238. col. pen. in fi. adducuntur omnes ex doctrina Ang. & sequitium in l. 2. ff. qui satisd. cog. dum affirmant nobiles habentes Castra munitionissima ut difficillimæ cõventionis + fideiussores idoneos non esse nisi sub sint Principi, qui castra expugnare valeat, quæ tamen Angeli sententia a Bar. & ceteris non recipitur, ut communem esse aduersus Angelum testatur Boe. d. q. 238. col. pen. quare hæc ipsa declaratio non videtur uera, quam a Claudio Seyfelio reiciit refert nunc citatus Boe. sed si recte verba Claudii perpendantur non is contrariam sententiam probauit, sed intelligit procedere eũ coram ipso principe restituito conceditur, refertq; eiusdem sententiæ tandem fuisse Iacobinum a sancto Georgio in l. si de ui. ff. de iud. sic & Rubens. d. §. nihil commune nu. 149 Zafius ibi. nu. 60.

286 Limitatur secundo non procedere, quando præstita cautio + fuisset de restitutione facienda. sic Abbas, in. cap. veniens. il. 2. col. 2. de testib. quem secutus fuit is Claud. Seyfel. d. §. nihil cõmune. col. 3. vers. limitabam &c. & ibi Rubens. num. 149. in fi. Grat. responsio. 10. nu. 31. Zafius, d. §. nihil commune nu. 60. yer. 2. nõ &c. Boe. d. q. 238. col. vlt. adducuntur ex. cap. 1. de dolo, & contuma. & l. si fideiusfor. §. vlt. qui satisd. cog. & licet fragilitati cautionis (vt Jacobinus a Claudio relatus dicebat) non sit fidendum. l. qui ita. §. 1. ad Trebell. attamen vt opinatus est, & recte Claud. tunc fidendum est cum idonea est cautio, & ex ea plene dicitur succursum iuxta. l. quia poterat. ad Trebell.

287 Limitatur tertio tquãdo partes apud eundem

dem principem moram traherent & esset in potestate Principis spoliatum restitutum carcerari facere sic respondit Gratus responsio. 10. num. 30. Huius autem conclusionis aliud afferri solet exemplum ex. d. ca. litteras. de restit. spolia. cum maritus agit vt vxor sibi restituitur & mulier con sanguinitatis impedimentum allegat, interam a restitutione est desistendum ne ob peccati periculum irreparabile damnum sequatur, sic affirmant relati omnes nec dissentit Lucas a Penna. in l. si coloni. q. 24. C. de agricol. & cen. lib. xj. & Didacus Couarr. in Epito. de sponsa. in. 2. parte c. 7. §. 5. nu. 10. Ripa. d. §. nihil cõmune nu. 83. & ibi Rubens nu. 154. Alci. responsio. 41. in fi. nõ me lateri tamen alias esse exceptiones quibus se ueri potest mulier, cum maritus restitutionem fieri ante omnia petit, quos casus enumerat Ripa. d. §. nihil commune. nu. 83. cui addo Abba. in cap. ex parte. num. 25. & in ca. transmissa. de restit. spolia. & Corsetum tract. fallen. ad regulam, quod spoliatus restituitur ante omnia. fall. 26. & Rubet. §. nihil cõmune. n. 154. in fi. non prosequor singula.

290 Quæro. 29. an tunc + concedi debeat ante omnia restituito, cum scandalum inde est futurum, & concedendam non esse affirmat glo. in cap. in primis. 2. q. 1. in cap. ad petitionem. de accusa. & idem docuit. Alex. in d. l. naturaliter. §. nihil commune. num. 22. & ibi Ripa. nu. 76. Rubens nu. 150. Zafius. num. 62. post Fede. de Senis conf. 273. de acquir. poss. Fely. in. cap. nihil cum scandalo. 6. fallen. de præscrip. Goza. conf. 10. nu. 9. las. in l. 2. num. 4. C. de edicto diui Adria. tollen. & in conf. 38. col. 2. vers. primo, quia li. 3. Lucas a Pœna. in l. si coloni. q. 25. C. de agr. & cens. lib. xj. Boer. q. 238. in fi. idem tenuit Rota. in decis. nouis. in tit. De restit. spolia. Decif. 12. petenti se. in fi. in additio. vbi citat Caltren. & Fely. hinc videmus concedi multa ut euitentur scãdala, + potest enim iudex cogere partes ad concordiam. Bar. in l. æquissimum. de usufr. & in l. si de meis. §. recepit. de arbitris. Afflic. Decif. 149. in fi. Deci. conf. 151. nu. 6. qui consuluit Pontifici maximũ posse apud concilium accusari, ne scandalum inde oriatur, immò dixit Neuzanus inter conf. 292. Bruni conf. 12. num. 89. non esse + Pontifici maximo obediendum, quando ex obedientia futurum esset scandalum, & plura egregie congestit. Craue. conf. 264. num. 7. conf. 294. nu. 8. conf. 314. col. 4. vers. 2. respondeo, vbi ex multis illud adfert, + iuramenti vinculũ esse dissoluendum, quando alias ex illius obser-

uatione futurum esset scandalum, sic apud iudicem esse sub + seq̃uestro reuendã possesionem, quando alias inter partes contententes futurum esset scandalum, scripsit Dec. in l. vlt. nu. 6. C. de ed. diui Adr. tol. in l. si super possessione. nu. 7. C. de transf. plura apud Neuzanũ in lib. 1. Syluæ nuptia. nu. 80. & Tiraquel. de iure primigen. c. 4. in fi. & in tract. de pœnis legum &c. causa. 46. Soc. Iun. conf. 68. num. 137. lib. 3. ceteros libentes ex industria prætereo, de restitutione ob scandalum diximus. intellige, cum imminet scandalum & certum, quodam modo, est secus si dubiũ, sic Ruin. conf. 37. nu. 3. vers. nec etiam obstat lib. 4. quod a iudicis arbitrio pendet.

295 Quæro. 30. an tunc ante omnia restituitur spoliatus, + cũ contra illum crimina obijcit spoliator. & restituendum adhuc esse affirmat Abbas. in. cap. item cum quis. nu. 3. de restit. spolia. Ripa. in d. §. nihil cõmune. nu. 55. & ibi Rubens. nu. 142. vers. nõ nõ procedit probat hanc sententiam tex. cap. item, cum quis. de restit. spolia. cap. 1. 3. q. 1. in. cap. venerabili. 3. q. 1. ab hac sententia non recedit Franc. de Marchis. q. 497. nu. 1. 2. ad rem conferret tex. l. si maritus. C. de dona. inter virum, & vxor.

296 Extenditur primo secundum Ripam. d. §. nihil commune. nu. 55. vt procedat, siue obijciatur + crimen uia accusationis siue inquisitionis, & hanc esse communem sententiam testatur Ripa. ad fertq; idem sentire Gemi. in cap. Primo. de restit. spolia. in. 6. & Soc. Sen. conf. 12. col. 3. versic. circa tertiam questionem. lib. 1. quo loci plura vt hanc uertetur opinionem retulit.

297 Extenditur secundo vt procedat + etiam si ab vno sit accusatus ab altero vero spoliatus, nam potest, & hoc casu accusatus contra accusatorẽ excipere de spolio ita intelligo tex. cap. 1. §. pen. de restit. spolia. in. 6. si signatur enim ibi terminus spoliato, intra quod agat restitui, interim vero accusatio suspenditur; ea ratione adducitur Põtifex Maximus, quia inermis, & iam nudatus contendere non potest, nec nudari amplius potest, & ita intelligere videtur Soc. Sen. conf. 12. col. 5. lib. 1. & alij non nulli, quos infra referam.

298 Extenditur tertio vt procedat fine + loquatur de iure ciuili sine de iure canonico, vt communis est sententia secundum las. l. sic in fi. C. de iure delib. & Mathes. not. 195. & Afflic. Decif. 19. nu. 6. reiecta Bar. & sequacium sententia, cum autem spoliatus a spoliatore accusatur, alia est ratio, quam adfert

Pontifex Maximus in d. cap. item cum quis. de restit. spolia. nempè, quia spoliato agenti ut restituat, inimicus esse spoliator praesumitur. Aegidius Bofius tract. causarum criminalium. tit. de pluribus violentis. nu. 31. & hanc Pontifici constitutionem cap. 1. de restit. spol. in. 6. nonam esse ad possessionem recuperandam, male opinatur Rober. Maranta de ordine iudiciorum. 7. distinet. iudicio. num. 48.

Limitatur. 1. non procedere, quando omnibus bonis non fuisse spoliatus, sed partem tantum, tunc enim non dicitur inermis litem & controuersiam sustinere: quare accusationi respondere debet. sic Ripa. d. §. nihil commune. nu. 55. ex d. cap. 1. de restit. spolia. in. 6. post Soc. Sen. d. conf. 12. col. 4. vers. 3. prædicta. lib. 1. vt eum sic in hanc sententiam citat nunc relatus Ripa, & idem sensu Rota in nouis Decis. in tit. de restit. spol. Decis. 20. fuit dubitatum, & clarè idem affirmavit Afflicti. Decis. 19. in fi. verù si rectè perpèdantur verba Soci. d. conf. 12. col. 4. vers. nec obstat primum. & col. 5. clarè concludunt, spoliatum & ad obolum vsq; esse restituendū antequam spoliator audiatur, quod probarunt & Iaf. conf. 162. col. 2. in fi. lib. 1. & in. l. fancimus. vers. 8. extende. C. de Iud. & Cur. Iun. conf. 41. in fi. Rola a Valle conf. 53. nu. 25. Sed conciliari hæc possunt opiniones, ut loquantur Ripa et Afflicti. cum ab uno est accusatus de crimine, et ab altero est spoliatus iuxta. d. c. 1. §. pen. de restit. spolia. in. 6. vt eum sic intelligit Soc. d. conf. 12. col. 5. ipse autem Soc. & ceteri loquuntur, cum ab eodem met spoliatore accusatur spoliatus. iuxta. d. cap. item cum quis: sunt enim inter duos hos casus diuersæ rationes, vt iam retulimus.

Limitatur secundo ex sententia Panor. in d. cap. item cum quis. nu. 9. 10. & ibi Beroius nu. 42. & Ripa. d. §. nihil commune. num. 92. & cū crimen obijctur, quo, quis ipso iure, re, & possess. priuatur. sic etiã affirmarunt Corsetus in eo tract. fallen. ad regulam, quod spoliatus restituar ante omnia, fallen. 21. & Franc. de Marchis. q. 497. nu. 11. 12. ea adducuntur ratione, quia si ipso iure is est priuatus, non dicitur posse aliquid possidere, vt dicimus in hæretico. ca. 1. 2. 3. 23. q. 1. non ergo dicitur possidisse, iuxta ea, quæ supra in ante Iudis diximus, & est glo. notab. cap. quo iure 8. distinet. & in. cap. ex parte. in verbo com modo de restit. spolia. quas in terminis huius sententiæ citat Corsetus, qui supra fall. 18. qui hanc rationem confirmavit veram. & in-

fra referam. Dura tamen hæc ipsa declaratio videtur, quia etiã relata ratio vigeat multum, adhuc tamen duæ ille rationes hoc in casu militant, inermem non posse contendere, & accusatore suspicione non carere, quæ rationes relata ad diuersos casus (vt supra dixi) & hoc in nostro procedunt nam cum a tertio accusatur etiam de crimine, quo ipso iure accusatus dicitur priuatus, adhuc tamen est cognoscendum, an crimen fuerit commissum vel non, estq; ferenda declaratoria, vt tradunt omnes. in. l. si quis maior. ibi Iaf. nu. 25. C. de transf. & idem in conf. 9. nu. 2. lib. 1. Dec. in auth. Cassa. nu. 14. C. de sacros. eccl. & conf. 144. nu. 6. Ruin. conf. 50. nu. 10. lib. 1. Cur. Iun. conf. 149. num. 2. Soc. Iun. conf. 68. nu. 59. conf. 130. nu. 29. in fi. lib. 3. & conf. 111. nu. 3. lib. 2. addo latissimè Barba. conf. 51. col. 16. 17. lib. 1. Marfil. conf. 10. nu. 24. 25. Tiraq. in. l. si vnquam. in præfatione nu. 24. 25. C. de reuo. dona. & in claris nostris terminis Franc. de Marchis. d. q. 497. nu. 15. si ergo ferenda adhuc est declaratoria, quo poterit modo se ferueri accusatus, & suam innocentiam probare? rursusq; illa militat ratio suspitionis, quia, esset in facultate spoliator contra spoliatum grauissimum hæresis, vel læsæ maiestatis crimen obijcere, & tamen omni suspicione carere debet accusatio, ideoq; rectè tradit Specul. in tit. De accusa. 1. parte. §. 1. versic. fi. Inimicum non admitti ad accusandum in casibus exceptuatis, vbi scilicet ceteri omnes admittuntur. vt in crimine læsæ maiestatis, & Specul. sunt secuti Ang. in tract. maleficiorum, in verbo, nec non ad querelam Titij. vers. vicesimo repellitur inimicus, quem ibi probauit Augus. de Arimi. in additio. & probat hanc sententiam Hier. Gigas in tract. de crim. læsæ maiest. lib. 2. tit. Qui accusare possunt in crim. læsæ maiest. q. 6. nu. 4. vbi nu. 5. subijcit, non quos; licere inimico per viam exceptionis crimen obijcere. & huius sententiæ citat Specul. qui supra & Præpositum. in. cap. accusatoribus. 2. q. 5. quare vix est, quod hanc sic simpliciter probem sententiam, quæ fortè procedere posset, si alique extarent iudicia, præsumptiones, vel probationes, quibus accusatorem culpa, ac dolo, carere appareat vt in non dissimili casu intelligit textum cap. per tuas. de Simo. quo Specul. & ceteri nituntur Cora. lib. 5. Miscell. iuris. cap. 20. nu. 5. Exempla autem illorū casuum afferri possunt quàm plura, in quibus accusatus non restituitur tamq; spoliatus, quia ipso iure re priuatus est. vt in crimine læsæ maiestatis, in quo,

384 Quæro. 39. utrumne cum hoc interdico agit, necesse sit spoliationis facta tempus in libello describere: & describendū esse censuit Bar. in l. 1. §. siue autem. nu. 2. de ui & ui arma. Alexand. conf. 6. nu. 2. lib. 3. Soc. Senior conf. 109. col. 1. lib. 3. & in l. rem que nobis. nu. 14. uerf. dubitatur etiam. ff. de adquiren. possess. Afflicti Neapol. decif. 250. & in cap. 1. nu. 20. de milite uasla. qui contumax fuit. Rober. Maranta. de ordine iudiciorum. 7. distinct. iudiciorum. num. 21. 26. 27. ea ratione omnes adducuntur, quia i infamiam irrogat. l. 1. §. interdico hoc. de ui & ui ar. glo. in l. neq; eo titulo, & probat tex. in l. honori, & in l. licet. ff. de obseq. a liber. praesta. at in casibus in quibus irrogatur infamia, tempus in libello solet apponi. l. item exigit. ff. de dolo. l. pretor edixit ubi Bar. ff. de iniurijs, idem ergo dicendum est in casu nostro.

387 Extenditur primo procedere etiam si ex hoc ipso interdico. t unde uis, ageretur ciuilitate tantum ad solius possessionis recuperationem, nam tunc est necessaria temporis appositio, cum nulla sit differentia, quod uel ciuilitate, uel criminaliter agatur, cum utroq; casu irrogari dicatur infamia. Nec me mouet, quod contrarium responderit interrogatus Soc. Sen. d. conf. 109. col. 2. lib. 3. quia singularis est, & nullo iure suffulta illius opinio, cæteri enim relati interpretes, absolute utroq; in casu loquuntur, quin ipsemet Soc. ibidem col. 1. uerf. sed pramis & c. sentit contra fe crebriorem esse sententiam. Nec quæ citantur iura a Socino, illi opitulantur.

388 tex. enim in cap. cum dilectus. de ordine con-

gnit. et si sentiat libellum eo in casu sine diei appositione fuisse correctum non tamen is tex. ad rem facit, cum ibi relata solum fuerit dubitationis substantia, quæ inter partes uerbat, an scilicet, anterioris spoliationis exceptio nouum spoliatum agentem impedire possit, & cum libellus in ea causa portectus, non fuerit ex integro, sed solum narratiue per transuam quodammodo relatus, non est t in uerbis narratiuis constituendum solidū fundamētū iuxta notab. gl. in l. vnica. in glo. magna. in. 3. parte. C. quando non peten. partes & c. ubi latissime saf. nu. 22. Cur. Jun. conf. 59. nu. 5. conf. 125. nu. 6. Tiraq. in l. si unq; in uerbo. libertus. n. 37. C. de reuo. dona. Rursum est diuinare, quod in casu. d. cap. cum dilectus intentatum fuerit hoc interdico uide ui, quin potius dicendum est, fuisse intentatum remedium reintegrande, ut iuris Pontificij, & magis conueniens. Non pariter urget illud, quo adducitur Soc. d. conf. 109. col. 1. dum inquit, quod quotiescunq; t ciuilitate agit in eo casu, in quo alias criminaliter agi potest, non apponi tempus, etiam si infamiam irrogaret, cum in casu ciuilibus necessaria non sit temporis designatio. l. vlt. C. de annal. expē. & huius opinionis fuit Fulgo. & Are. ut refert & probat saf. in l. edita nu. 22. C. de eden. quia responderet crebriorem sententiam esse in oppositum, sic Bar. in d. l. pretor edixit in prin. de iniurijs, ubi longa appostilla, communem testantur Dec. in d. l. edita. nu. 38. & Cur. Jun. nu. 10. Gomes. Inst. de actio. in prin. nu. 44. Quamobrem defendi iure non potest Socini sententia.

391 Extenditur secundo procedere etiam parte non opponente nam, & tunc t libellus sine temporis designatione non procedit, cū ipso iure nullus sit, quare partis oppositio non est necessaria, licet aliter senserit in nostris terminis Soc. d. conf. 109. col. 2. uerf. 3. principaliter & Gomes. Inst. de actio. in prin. num. 45. sed communis sententia aliter se habet, ut ex relatis ab ipso Gomes: intelligere possumus, & quam uerriorem arbitror, nam, si quoad hunc actum, causa hæc ciuilibus criminali æquiparatur, ut ex relatis patet, in t criminalibus, est clarum, libellum deficientem in solennibus esse nullum, etiam parte non opponente, ut patet in generali libello. Dec. l. edita nu. 6. C. de eden.

393 Extenditur. 3. procedere etiam si t spoliatus agens, probaret se ante spoliationem possedisse, quia non sufficit, nisi tempus in

libello fuerit appositum. Nec me mouet, quod contrarium, (& malè) responderit Barba. confil. 4. col. uiltima lib. 3. ubi inquit, sufficere, si presumptiue probetur, probando scilicet antiquiorem possessionem, quia statim sequitur possessionem spoliatoris presumi clandestinam, & uitiosam, nam quadam in esse presumuntur eo ipso, quod contrarium nō probatur. l. 1. C. de fide instr. & iure hæc fiscal. lib. 10. glo. l. 1. C. de testa. mil. sic Barba. declarat & intelligit Bar. in l. 1. §. interdictū autē. de ui & ui arma. & ante Barba. sic sensisse uisus est Abbas in cap. cum ad sedem. num. 17. de restitutio. spolia. & malè ut iam admonui, nam, si in libello dies & tempus factæ spoliationis est apponendū, sequitur, quod et si ex probationibus insurgat, nouam possessionem esse clandestinam, id, effectum parit restituendæ possessionis, non ut possessor ostendatur spoliatus, quo infamia hac notetur. Rursum, si in libello est tempus designandum, non certè erit satisfactum, et si, presumptiue tempus incertum ex probationibus demonstratur, unum enim ostendit possedisse, alterum uerò tempus, quo non possidere desijt.

394 Declaratur nunc hæc conclusio, non procedere in hac Regione Pedemontium, & in Sabaudia ex decreto Ducali, sub rubr. de restitutio. spolia. quo est cautum: in causa spoliationis esse procedendum sola facti ueritate inspecta, ut etiam Papiæ t cautum est ex statuto. 54. in ciuilibus, sub rubr. de possessione uolenta, uel clandestina restituentia, hoc enim casu non est in libello apponendum tempus factæ spoliationis. sic Alexand. confil. 6. col. 1. uerf. tamen hoc non obstant. & uerf. accedit. lib. 3. & clarissime hoc affirmauit Afflicti Decif. 250. dum loquitur in constitutione t Neapolitana, disponente in casu summarie, & sola facti ueritate inspecta, esse procedendum, ut in omnibus casibus proceditur in hac regione, ex nouis decretis Serenissimi Ducis nostri, est ratio, quia t temporis appositio est de solemnitate rigorosa iuris ciuilibus, ut est text. in l. libellorum in principio de acua. Alexander, qui supra & Socinus. d. confil. 109. col. 2. uerf. secundo principaliter, non mirum si dicitur reiecta ex similibus constitutionibus.

398 Quæro. 40. an ante t omnia restitutus is qui se iure spoliandi spoliatum dicit, & restituendū non esse omniū primus affirmauit Inno. in cap. cum liberum. de sepul. quem secutus fuit Rota in Decisionibus antiquis, in

titulo. De causa possessionis, & proprietatis. Decif. 17. nu. 2. idem censuit Gemina. in cap. non solum in fine. de appella. in. 6. Felyn. in cap. sicut Iudei. col. 1. vers. item nota ibi. de Iudaeis. & hanc singularem esse nostrorum doctrinam, tradit Marfil. sing. 199. in iure exprefsum. addo ipse eiusdem sententia Rotam in decisionibus antiquis, in titulo. vt lite pendente. Decif. vlt. Antonium Corsetum in tracta. Fallentiarum ad Regulam. Quod spoliatus ante omnia restituatur. Fallen. 3. idem placuit Jacobo Nouello in Praxi criminali. in ea parte, quae incipit. Vulgaris est regula. nu. 3. vers. limita. tertio, is enim Nouellus (vt sepius admonui) omnia Corseti verba & dicta paucis admodum immutatis, transcripsit sibi; videri cauit. Illa adducuntur ratione interpretis nostri. nec corporis humani sequatur vexatio, iuxta textu. l. sunt persona. ff. de religiosis & fump. fune. ne insepulta corpora iaceant. Maximus enim dedecus esse existimant antiqui, si insepulta relinquenter cadauera, vt probat Pomponius. in. l. q. si nulla in fine. ff. de religio. & fump. funerum. quin tanta fuit antiquorum in cadaueribus humanis religio, ut etiam ipsimet inimici, impius existimauerint, si inimicorum sua manu interfectorum, corpora insepulta parerentur. sic David laudauit viros religione claros. Tabes & Galaad, quod Saulis interfecti a se inimici, cadauer humi, ac sepulcro condiderint. sic laudatur Annibal maximus alioqui Romanorum inimicus, qui (vt author est Plutarchus in illius vita) iure iurando, Hamilcari patri promisit, Populo Romano se perpetuum fore inimicum. is inquam, ple-runq; Romanis Ducibus pijs exequas celebravit, vt de Paulo Aemilio apud Cannas trucidato legimus. vt pariter, de Tiberio Gracco, ac M. Marcello literis est proditum. Hanc tamen sententiam relati nostri interpretes veram & ex equitate, non ex iure stricto, intelligunt. nam in ambiguis, pro religione, stricta ratio spernitur, vt clarè restat est Papinianus. d. l. sunt persona, in illis verbis: strictam ratione insuper habemus. i. si usq; deq; habemus uel omittimus, ut cum eruditissimo Jacobo Cuiacio. lib. 3. obserua. iuris. cap. 22. locum illum interpretor in qua significatione, sic apud Gellium lib. 1. no. c. Atticarum. c. 19. legimus. ibi, confidentiamque, no. insuper habendam, quod ostendunt, & quae sequuntur eiusdem Papiniani verba, quae nonnunquam in ambiguis religionum quaestionibus, omitti solet. sic etenim in meo

Codice lego. non nunquam, non autem nunquam, ut in ceteris. Haec, summi dei auxilio, ad primum Recuperandae possessionis remedium ex interdicto. vnde vi.

PAVLVS LIBRO DECIMO AD S A B I N V M.

Indebiti soluti etc. §. fed & si nummi alieni dati sint, conditio competet, ut uel possessio eorum reddatur quemadmodum si falso existimans possessionem me tibi debere alicuius rei, tradidissim, condicerem. Sed etsi possessionem tuam fecissim, ita ut tibi uel longi temporis praescriptione auocari non possit, etiam si recte tecum per indubitam conditionem age rem. Sed etsi usufructus in re soluta alienus sit, deducto usufructu, a te condicam.

S V M M A R I V M SECVDII REMEDI.

- 1 *Conditio nem indubiti remedium recuperandae possessionis esse.*
- 2 *Conditio nem indubiti aequitate nisi.*
- 3 *Conditio nem indubiti, pro possessione recuperanda, ut locus sit qua concurrere debeant.*
- 4 *Possessio translata ex contractu cum minori gesto, conditio nem indubiti recuperatur.*
- 5 *Possessio ex contractu inuili quomodo transferatur. l. i. §. si uir, de acquir. poss. declaratio.*
- 6 *Domini exceptio an agenti remedia conditio nem indubiti possit obici.*
- 7 *Petrus stella. l. repetitio. n. 53. de conditio nem indubiti, declaratur.*
- 8 *Dal. in. l. indubiti. §. fed etsi nummi col. 3. vers. fed queritur de conditio nem indubiti declaratur.*
- 9 *Conditio nem indubiti an domino concedatur ad auocandam possessionem in alium translata indubiti.*
- 10 *l. vi. ff. usufruct. quem ad caue. intelletus.*
- 11 *Possessio amissa quomodo indubiti eam soluti consultum demde sit.*
- 12 *Conditio nem indubiti datur contra recipientem quatenus sit factus locupletior.*

SEC VN-

SECVDVM RECVPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIUM, EX CONDICTIONE INDEBITI.

- 1 **I**NTER recuperandae & possessionis remedia connumerari, & hoc solet, ut affirmavit Accursius in rub. ff. de interdictis, & ibi Ripa. nu. 3. & idem Accur. Inst. de interd. in prin. in glo. maxime Francus in tract. De petito. & possessorio, primo dubio. num. 35. Rober. Mara. de ordine iudiciorum. 7. distinct. iudiciorum. num. 33. quod sane remedium, a iure consulto in. l. indubiti. §. fed etsi nummi. ff. de cond. indeb. & ex equitate quadam fuit adinuentum, ad auocandam praesertim rei mobilis possessionem, pro qua nullum fuerat concessum interdictum recuperatorium. l. rem quae nobis de acquir. poss. l. i. §. illud utiq; de ui & ui arma. & late retulimus supra in primo remedio ex interdicto vnde ui. q. 2. Zafius. d. §. fed et si nu. 5.
- 2 **Q**ueritur itaq; Primo, quae habeant concurrere, ut huic remedio locus sit, & arbitror primo adesse debere, ut inter auctorem, & conuentum, gestum aliquid sit, sic Bar. in. l. fed etsi me putem. §. cum inter. nu. 6. vers. declaro. ff. de cond. indeb. & ibi Ang. & tradit Francus. in. d. tract. de petitorio, & possessorio, primo dubio. nu. 35. citari solet. l. area, de cond. indeb. concurrere, & illud debet indubitam rem hinc inde fuisse soluta, ita ut contractus sit omnino inualidus. sic omnes. d. §. fed etsi nummi, vt in eo notabili exemplo, quod a Bar. ibidem. nu. 2. ponitur, si ex contractu inualido, cum minore celebrato, transferatur possessio & hoc remedio auocari poterit, ut in eodem §. fed etsi nummi probauit Iaf. nu. 2. & Zafius. nu. 3. sic & Bart. in. l. si alienam rem. nu. 3. ff. sol. matr. Dec. consil. 187. col. 1. vers. similiter & c. Rober. Maran. de ordine. iudiciorum. in. 7. distinctio nem iudiciorum. nu. 33. Iaf. §. sic itaq; num. 38. Inst. de actio. & noue Crauetta in responso pro Genaro. nu. 214. in fi. Ripa. in rub. ff. de interd. nu. 1. Plorus in. l. i. quando. num. 205. in fi. C. unde ui, & Natta conf. 288. num. 3. lib. 2. Nec huic sententiae aduersatur, quod docuit idem Bar. in. l. i. §. si uir, pen. oppo. de acquir. poss. ff. tex inuili contractus possessionem non transferri: respondet Iaf. d. §. fed etsi nummi. num. 2. in fi. Bar. d. §. fed etsi, loqui de

possessione nuda facti, sicq; de corporali detentione, quae ex inuili contractu transferatur, & in. d. §. si uir, loqui, cum transferatur possessio, ut dominus in de acquiratur, quod ex contractu inuili, non acquiritur, sed non defenditur, cum in casu. d. §. fed etsi nummi, eo animo sit tradita possessio, ut dominium transfereretur. Quare usufructio deinde procedit, rectius ergo sensit Zafius. d. §. fed etsi nummi. nu. 4. in fi. Bart. ibi melius sensisse quam in. d. §. si uir, & cum is tex. procedat accedente iuris prohibitione, quia uir non potuit donare uxori, nec contra tertio debet concurrere dominium non esse adhuc acquisitum usufructio, tunc cessaret hoc remedium, sic glo. & omnes. in. d. §. fed etsi nummi, quo loci Zafius nu. 8. 9. declarat quomodo eo casu procedat usufructio, probatq; glo. fensum, dantem & accipientem fuisse in bonafide, et uterq; ignoraret indubitum solui, & una cū Alber. Fulgo. Castello. Alex. & ceteri, reicit Bartol. declarationem.

7 **Q**uaro. 2. vtrumne huic & agenti ex hoc remedio, obici possit dominij exceptio, & non posse affirmari Bar. in. l. si alienam rem nu. 2. in fi. sol. matr. inquit enim, quod vbi mouetur actio personalis extra illud, quod agitur dominij exceptione opponi non posse, vt in hac conditio nem indubiti. d. §. fed & etsi nummi. Bar. sunt secuti Castren. Roma. Aret. & Alex. in. d. l. si alienam, & clarè Aret. d. §. fed etsi nummi. in fi. & notissimè Zafius in. d. l. si alienam nu. 9. Contrariam sententiam defendere conatur Petrus Stella Aurelianus, in. l. repetitio. num. 51. 52. ff. de cond. indeb. huiusq; sententiae fuisse Bal. Castren. & Ang. in. d. §. fed etsi nummi retulit, & ea probasse videtur Iaf. in. l. si in area, in fi. de cond. indeb. & Alcia. in. l. rem, quae nobis. n. 6. de acquir. poss. adducuntur illo tex. l. repetitio, dum ibi agitur conditio nem indubiti, quae ex quasi contractu resultat. §. vlt. Inst. de obliga. quae ex quasi contractu, & datur praeter id, quod agebatur a partibus. §. item is qui. in fin. Inst. quib. mo. re contrah. obliqa. attamen si repetat à domino cui rem suam restituerat, dominij exceptione repellitur, verum si rectè 8 verba Stellae perpendantur sub. nu. 53. in fi. si intelligit, quando proprietatis, & dominium rei indubitae condicatur, secus si sola possessio: & citat. d. §. fed etsi nummi, quod aliud non est quam fateri Bar. & sequacium oppositione in. d. l. si alienam esse veram, cum loquantur illi in sola possessionis auocatione, & rem sic intelligendo, non obstat text. l. k ij re-

repetitio, cum ibi nulla ipso iure concedatur repetitio, ex quo recte domino rei soluta res est. Quare nec dubitari contingit an cui solutum est competat exceptio, quod non est in casu nostro, ubi ipso iure conceditur actio ad possessionem auocandam. d. §. sed et si nūmi. Nec si perpendantur Baldi uerba. d. §. sed et si, aliter sentit, immò in col. 3. vers. sed quaritur &c. affirmat exceptionem dominij præscriptione acquisiti, non posse obici cōtra condicentem possessionem indebitè translata, nec aliter sentit Ang. sic & Aret. absolute fatetur, possessionem esse restituendam illi condicenti, uti spoliato, & restitutione facta, conuentum posse ratione quæsitæ dominij agere rei vindicatione, aduersus eum, qui iam possessione auocauit. & clarius sentit Zasius. d. l. si alienam. nu. 10. fol. matr. quæ sententiâ sequor & probo, cum nec Alciati ratio vigeat multum.

Quæro. 3. an hoc remedium concedatur t̄ domino rei ad solam auocandam possessionem, quam indebitè in alium translulit, & dicendum videtur non concedi ex text. l. vlt. ff. vusufruct. quemad. caue. quo dicitur dominum rem suam à nemine, præter quam a iure condicere posse, nec fur hic iudicandus est, in quem translata est possessio: & hanc sententiam probare uidetur tex. d. §. sed et si nummi dum in prin. loquitur, cum nummi alieni soluti sunt ratione dominij, & dum subdit de possessione, de aliena, non de propria intelligi debet; quo fit, ut appareat, quod si propria esset, non posset fortè condici. d. l. vlt. Contrarium tamen est verius, & probant omnes in. d. §. sed et si nummi, vbi Jas. & Zasius nu. 3. Ripa. d. Rub. ff. de interd. nu. 3. in. si. quæ sententiâ uerè probatur in. d. §. sed et si nummi cum de possessione propria ipsius transferrentis loquatur, qui nisi in ea fuisset, non eo possessorio remedio uti potuisset; probatur & in. l. 2. ff. de tritica. tex. vero. t̄ d. l. vlt. ff. vusufruct. quemad. caue. loquitur in conditione rei, quoad dominium, vt intelligunt eum omnes: & suadent uerba tex. tam in prin. quàm in fine, dum præsertim illis uerbis utitur, suam rem. l. quintus. §. argento, de auro & arge. lega.

Quæro. 4. quid si is cui tradita t̄ est (et si indebitè) rei possessio, eâ rem amittat, quomodo erit soluenti consultum ad eam possessionem auocandâ. Bar. in. d. §. sed et si nummi. nu. 4. inquit, quod si deperdita sit, seu cõsumpta res ad commodum illius cui est tradita, cum nihil hominus teneri, cum locupletior

ex ea sit factus. si uerò res simpliciter sit deperdita tunc est dubium. Nam glo. d. §. sed et si nummi, affirmat conuentum adhuc teneri, cum in genere obligatus uideatur secus rei consumptione, quam sententiam & eo loci probauit Bar. & ante eum Azo. sed contra Azo. glo. & Bar. Crebrior est aliorum interpretum sententiâ, vt testatur Alex. d. §. sed, & rei ratio est secundum omnes, quia conditio indebiti, in sola æquitate fundatur. d. l. indebiti. in prin. de cond. indeb. quare non datur nisi quatenus accipiens t̄ est factus locupletior. l. nam hoc natura. l. quod indebitum. l. si nõ sortem. §. libertus, secundo responso de cond. indeb. Eset ergo iniurum si concederetur contra eum, qui factus nõ est locupletior, sed sine dolo, & culpa, eam amisit. sic uidemus in cæteris, vt in petitione hereditatis. l. sed et si lege. §. consul uit. & l. vtrum. de petitorio. hered. sic uidemus in. l. si ex legati. de uerbo. obliga. vbi, casus amissionis, non onerat debitorem, qui culpa caruit. cæteras que stitunculas, que apud alios in ter prætes explicantur in. d. §. sed et si nummi & apud Zasium lib. 2. Intellectuum singula. in intellectu huius. §. sed et si nummi, non subijcio.

SVM MARI VM TERTII REMEDII.

*Triticariam actio. remedium est recuperanda possessione. triticaria actio, conceditur ad omnes casus, pecunia exacta, & quæ ratione id factum.*  
*Valorem rerum, ad pecunia ualorem referri.*  
*Actionem triticariam ad possessionem auocandam, locum tunc habet, cum inter partes gestum aliquid est.*  
*Possessio, cum uisio in possessorem peruenisse debeat, ut actio triticaria locus deinde sit.*  
*Triticariam actionem, et illi concedi, qui in re nullam ius habuit.*  
*Triticariam et rei domino concedi.*  
*Exceptione dominij obijci non posse contra auocantem possessionem ex triticaria actionem.*  
*Vusufructus condici an possit ex actione triticaria.*

V L P I A N V S LIBRO OCTAVO-DECIMO, AD S A B I N V M.

Sed, & ei qui ui aliquem de fundo deiecit, posse fundum condici fabinus

binus scribit, & ita, & Celsus. Sed ira, si dominus sit, qui deiectus condicat. Cæterum si non sit, possessionem eum condicere Celsus ait.

TERTIVM RECUPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIUM, EX CONDICTIONE Triticaria.

**T**riticaria quoque t̄ actio ad recuperandam possessionem cõcedi solet. l. 2. ff. de cõdictione tritica. quare gl. in rub. ff. de interd. quam ibi probat Ripa. nu. 4. & glo. in Inst. de interd. in prin. in glo. max. & Francus in disput. De Petitorio & possessorio primo dubio. nu. 7. hanc actionem inter recuperandæ possessionis remedia, eminerant, nec dissentit Bal. cõf. 217. uerba libelli. col. 3. vers. item datur cõdictione &c. lib. 2. nec Rob. mara. De ordine Iudiciorũ. 7. distinct. Iud. nu. 3r. & Corne. conf. 36. nu. 4. lib. 2. & Ruben. in. l. naturaliter. §. nihil commune. n. 83. de adquir. possessi. que sane actio utiliter olim adiuuenta fuit ratione possessionis rei mobilis, ad quã recuperandam, non concedatur interdictum uade vi, vt de conditione indebiti supra in præcedenti remedio in prin. dixi. Prouidet ergo in t̄ omnibus casibus præterquam cum soluta est pecunia numerata. l. 1. in princ. ff. de cõdictione tritica. rationem huius constitutionis assignare conatur omnes, tandem cum Gugliel. Cuniensi, conueniunt Bar. & Bald. ideo, triticariam pro pecunia numerata non dari, quod illa conditio pro rebus ijs, que pro temporis mutatione quam facillimèariam æstimatione recipiunt, concedatur. l. in hac. & l. fin. ff. de tritica. quæ facilis uariatio non ita in pecunia contingit. uerum ratio hæc, non satis placet, cum quotidiana doceatur experientia, pecuniarum ualorem æstimationem, ac breuitatem, quam facillimèuariari, & ex Principum placitis hodie augeri, cras minui, quod nisi ita res se haberet, frustra contenderent interpretes tum. in. l. Cum quid. ff. si certum petat. tum. in. l. Paulus. ff. de solutio. cuius temporis valor, & æstimatione spectetur, & probat. l. 4. ff. de eo, quod certo loco, non inficior tamen tertii omnium æstimationem, & ualorem quotidie ad pecuniam numeratam reduci. l. si ita fideiussore in si. ff.

de fideiussore. sed hac ratione, non desinit esse incerta pecuniarum æstimatione, quare dicendū est, non fuisse concessã triticariam pro pecunia numerata, quia satis erat futurum certum conditione, vt clari significat Iure cons. in. l. 1. in prin. ff. de cond. tritica. quo autem ad hanc nostram, & hæc ipsa actio, tunc demum conceditur ad auocandam possessionem, t̄ cum inter actoris, & conuentum possessorem gestum aliquid est, quo possessio deinde translata est, sic declarat Bar. in. l. sed et si me putè. §. Cum inter. nu. 6. vers. declaro, de cond. indeb. dum generaliter in omnibus conditionibus loquitur, quod clarius explicat Corne. conf. 36. n. 17. l. 2. Francus in præcitato loco. nu. 36. quo loci affirmat, hac ratione non habere locum contra possessorem benefidei, cum quo nihil gestum est cuius quidem possessoris, potior est conditio. sic Alcia. d. l. rem quæ nobis. nu. 11. reiecta ibi Bar. sententiâ alter opinantis. idè censuit Alex. & Maran. qui supra. Quinimò vt locum habeat, t̄ cum uictio in possessorem conuentum res peruenisse debuit, vt docuit Bart. l. rem quæ nobis, & ibi Ripa. nu. 17. in fin. Alciat. nu. 11. probant de adqui. poss. idem Bar. in. l. si. §. sed cum, nu. 3. C. de furtis, idem censuit Francus, qui supra num. 7. & clarè Rubens. d. §. nihil commune num. 83. Rober. mara. De ordine Iudiciorum 7. distinct. Iudicio. n. 31. & Corn. d. conf. 36. n. 17. quicquid sentit Bar. in. l. si coloni. C. de agricol. & cens. lib. 23. Hoc autem remedium conceditur t̄ illi, qui olim possessor fuit, & si ius in re non habeat, vt uoluit glo. in. l. & idè. §. neratius, quam ibi probauit Bart. nu. 2. de cond. fur. quo loci negare uidentur, solo detentori concedi. t̄ Domino quoque, rei, olimq; possessori, vt solam deperditam possessionem recuperet, conceditur. d. l. 1. r. §. vl. & l. 2. ff. de cond. trit. vbi glo. vl. & si aliter & malè sentit Rip. in. d. rub. de interd. n. 4. qui miratur cur non detur, sed cessasset admiratio, si rectè præcitata iure perpendisset. fateor tamen ueram esse eiusdè Ripæ doctrinã d. rub. nu. 5. dum uilius esse censet domino, si agendo hac ipsa triticaria, solam auocet possessionem, t̄ cum restitutio ab aduersario impediti minimè possit, quando dominij exceptionem obijcere uellet, que sanè restitutio impediretur, si triticaria ad auocandam rei dominium ageretur: quod & castren. placuit d. §. neratius, uerum autem t̄ usufructus rei cõdici possit hac actione, ambigit Bar. in. l. 1. §. fin. de tritica. & distinguit vt apud eum. huius quoque remedij meminit tex. in. l. uerum est,

est, quod, ubi glo. ff. de furtis, cetera non prosequor, cum praesertim, nec in forensi praxi sit multum vsu receptum, remedium hoc possessionis recuperandi.

SVMMARIVM QVARTI REMEDI.

- 1. Remedium. l. si me Titium. ff. si certum peta. n. locum habeat, inter partes gestum aliquid esse debet.
2. l. si me Titium. ff. si cer. peta. aequitate nisi, ideo dari cum possessor possidet ut. lucrativo.
3. Exceptari cum aliena iactura iniquum esse.
4. l. si me Titium. ff. si cer. peta. quinque modis declaratur.

CELSVS LIBRO QVINTO DIGESTORVM.

Si & me & Titium mutuum pecuniam rogaueris, & ego meum debitorem tibi promittere iusserim, tu stipularus sis, cum putares eum Titii debitorem esse, an mihi obligaris? subisto; siquidem nullum negotium mecum contraxisti. Sed propius est ut obligari te existimem, non quia pecuniam tibi credidi: hoc enim nisi inter consentientes fieri non potest, sed quia pecunia mea, quae ad te peruenit, eam mihi a te reddi bonum, & aequum est.

QVARTVM REMEDIVM RECVPERANDAE POSSESSIONIS. X. L. SI ME & TITIVM. ff. si certum peta.

Enumerari & hoc solet inter cetera recuperandae possessionis remedia, ut enumerat Francus, in ea saepius citata disput. de Pettitorio, & possessorio, primo dubio. nu. 8. & sentire videtur. Bar. in l. si coloni. C. de ag. & cens. lib. xj. Rubens. §. nihil commune. nu. 82. Alcia. d. l. si me & Titium nu. 2. Robertus

Mara. De ordine Iudicio. 7. distinet. Iudiciorum. nu. 36. quod sane t. remedium, vt locum habeat, aliquid inter ipsas partes. gestum esse debet, vt clarè censuit Bar. in l. sed & ti me putem. §. cum inter. nu. 6. vers. declaro hoc. ff. de cond. indeb. & Francus, qui supra, t. ex aequitateq; conceditur aduersus conuentum, si tamen is ex causa lucratua rem ipsam affectus sit, quod & concedit Bar. in d. l. si me & Titiu & clarius ibi Dec. nu. 1. Riminal. nu. 1. & iniquum sanè est (vt Dec. multis probat) t. aliquid cum alterius iactura locupletari: & hanc eandem sententiam affirmavit Bal. in conf. 348. fa. & fuerunt per Bonromeum de Bonromeis. col. 2. li. 1. quem forte voluit allegare Ias. in d. l. si me & Titiu, in primis verbis. vt ipodit itaq; Bald. hanc esse nobilem & diuinam aequitate ex hac ipsa. l. si me & Titium, quo (secundum ipsum Baldum) tamquam speculum ante oculos mercatorum esse debet, hanc aequitatem fatentur ceteri omnes, esse admiratione dignam, in d. l. si me & Titiu, quo loci. Soc. nu. 3. post Inno. & Hostien. quos citat, inquit, hoc esse optimum remedium possessorum: & cen fuit ibidem Riminal. nu. 2. locum habere nò modo in re propria, sed & in sibi debita, & in re prouenièti ex re propria, ex l. si eum seruum. ff. si cer. peta. & ibi Alcia. nu. 10. & Loriotus. nu. 2. Hanc ergo dispositionem Declara. Primo procedere, cum aequitas subest, secus si illa cesset. Declara secundo procedere cum ex titulo lucratiuo res data fuit, secus si ex titulo oneroso, vt iam retuli, & clarius explicat Soc. d. l. si me & Titium nu. 3. vers. 2. limita, qui eiusdem sententiæ citatur. Castrèn. in l. si vero pro patre. §. si domini. ff. de in rem verso. Loriot. tamen in d. l. si me Tit. n. 4. in fi. subdeclarat Mara. qui supra Declara. 3. procedere, cum res est tunc dantis: secus si futura esse sua; sic declarat Soc. d. nu. 3. vers. limita tamen primo, post Ang. in l. apes. §. fina. de furtis. & Marant. d. nu. 36. Declara 4. procedere, si contra alium domino rei non est consultum, secus si est prouisum, iusta. l. si eum seruum ff. si cer. peta. sic Soc. d. nu. 3. vers. 3. & ultimo limita, & ibi clare Riminal. nu. 2. in fin. vers. in telligere etiam. Alex. ibidem nu. 2. & confi. 92. nu. 6. lib. 1. Loriotus. d. l. si me & Titium nu. 4. quam sane quartam declarationem, duobus modis subdeclarat (vt sic dicam) Soc. qui supra, & tribus Riminal. eodem loci non refero, ne omnium relator sim, a Soc. & Riminal do non recedit Zafius ibidem. num. 5. Declara. 5. procedere, cum culpa si caret qui soluit alteri rem non debitam, secus si culpa addit, sic

fic omnes in d. l. si me & Titium. ibi Dec. & Loriotus. num. 4. vers. 3. regula &c. Maranta qui supra d. nu. 36. Cetera, quae ab interpretibus scribuntur, ex industria non refero.

SVMMARIVM QVINTI REMEDI.

- 1. Antonini Philosophi probitas & modestia maxima.
2. M. Aurelius Antoninus & Julius Ferrus fratres imperatores. Diui fratres appellantur.
3. M. Aurelius Antoninus, quo tempore fuerit. l. exat quod met. causa quando promulgauerit.
4. l. Exat ff. quod metus causa, remedium ad possessione recuperandam proditum esse.
5. Lex Longobarda abrogat. l. exat, quod metus causa, & an illa lex Longobarda legis vim habeat.
6. Creditor occupans rem non debitam pro debita, an in penam. l. exat. quod metus causa, incidat.
7. Extensio conceditur si eadem militat ratio.
8. Creditor occupans rem sibi debitam ex licentia Iudicis in competens, an ius crediti perdat.
9. Iurisdiclio iudicis extra territorium, nulla est.
10. Iudicatum dicitur, quod est diffinitum ab eo, qui iudicandi munere fungitur, & e contra.
11. Iudici incompetenti imponi non potest.
12. Iudice competente deficiente, deficit persona, & ordo.
13. Statutum auferens omnes exceptiones, non auferit prouisamente ex iurisdictionis defectu.
14. Incompetentia quacunque causa proueniens, reddit iudicium nullum.
15. l. Quamquam in princ. ff. de aqua plu. arcen. declaratur.
16. Citatio facta contra eum, qui com parere non tenetur, est nulla.
17. Damnum factum contra eum, qui comparere non tenetur, nullum esse.
18. Occupans rem rationem seruuitutis, an incidat in penam. l. exat. ff. quod metus causa.
19. Creditor occupans debitoris personam, an ius sui Crediti perdat.
20. Debitoris sui filios detinent loco pignoris pro Credito, ius Crediti perdit.
21. Creditor occupans rem apud debitorem depositam, ius sui Crediti amittit.
22. Nostri dicitur, quod per actionem nobis debetur.
23. Creditor sub conditione ius Crediti perdit, si pendente conditione rem debitoris occupat.
24. Creditor sub conditione, non differt a creditore puro in materia indifferenti, & si eadem sit ratio.
25. Debitoris fugiunt bona occupans, quando ius sui Crediti amittit.
26. Fugae suspectus debitor, quando capi potest.
27. Debitor fugiuntus iudicis, incompetentiam allegare non potest.

Creditor occupans debitoris rem ex pacto conuenio, non amittit ius Crediti.
Creditor ex urbaneitate iudicem potest adire, & si ex pacto licet debitoris rem occupare.
Legatarius rem legatam occupans, non incidit in penam. l. exat. ff. quod metus causa.
Legatarius occupans rem legatam apud heredem iam existentem, ius legati perdit, ex l. non est dubium. C. de leg. 1. Non est dubium. C. de legatis, dispositio rigorosa.
Legatarius non perdit legatum, si ex testatoris voluntate rem legatam occupat.
Legatarius testamenti executor, legatam rem sibi soluere iure, potest.
Institutus in re particulari, sua auctoritate rem occupare potest.
Prestitutus omnium bonorum sua auctoritate res, ex quibus usufructum habet, occupare potest.
Filius occupans rem patris iure sua legitima, an incidat in penam. l. exat. ff. quod metus causa.
Creditor pro dimidia Crediti occupans rem debitoris, dimidiam Crediti amittit.
Penam cum delicto commensuranda est.
Creditor occupans rem fideiussores sui debitoris an ius perdat.
Fideiussores facti, non liberatur principalis.
Fideiussores factum, & factum principalis, est quid diuersum.
Pena duplici plecti, qui non debet.
Locator expellens inquilinum de domo ob canonem non solum, non perdit ius sui Crediti.
Emphyteota propria auctoritate expelli potest, si non soluit debitum Canonem.
Emphyteota ob Canonem nò solum expulsi se spoliatum conueni non potest, ibi tamen de versuato.
l. Cum domini hereditatem. C. locati, casus specialis.
Creditor an iusta aliqua causa possit excusari ne incidat in penam. l. exat. ff. quod met. caus.
Causa leuis & bestialis (vt nostri dicunt) excusata a dolo.
Statutum puniens turbatorem possessionis, non puniit eum, qui causam aliquam occupandi habuit.
Homicida ex causa, quando excusetur.
Ista materiatas crimen cessat in eo, qui causam aliquam sic agendi habuit.
Causa excusata a crimine falsi.
Conuenticula & congregatiois crimen cessat, si causa conueniat aliqua.
Causa, excusata a mora.
Contumacia, diluuit ob causam.
Causa loci, etiam a violentia excusatur.
Causa an excuset a dolo, cum actus iure naturali prohibitus geritur.
Causam non excusare, cum delictum notorie prohibuitur committitur.
Causa excusans a dolo, probari debet.
Occupans ex causa, pena aliqua est plectendus.
Causa excusata a dolo, ne pena ordinaria locum habeat.
Statutum puniens quomodo occupantem aliena, rei de iniquentem, operatur, ne ex causa in excusetur delin-

- 44 *Causa excusat ab actibus extra iudicialibus, non tamen a iudicialibus.*
- 45 *L. extat. ff. quod met. causa, in quo violentia genere locum habet*
- 46 *Creditor occupans rem sui debitoris, an ipso iure perdat ius sui crediti.*
- 47 *Verba sunt uti temporis non operantur ipso iure.*
- 48 *Simonia crimen, inducit beneficij priuationem ipso iure.*
- 49 *Delictum, quo quis ipso iure ius suum perdat, debet esse delictum, & probatum, ut in simonia.*
- 70 *Constitutiones punientes violentos occupatores per verba futuri temporis, priuant illos suo iure.*
- 71 *L. extat. ff. quod metus causa, an dolum vel solam temeritatem in occupatore exigat.*
- 72 *Temere agere, quid.*
- 73 *Dolum quid sit.*
- 74 *Culpa sufficit ut poena pecuniaria sit locus.*
- 75 *Singularis successio an constitutione. l. extat. ff. quod met. caus. conueniri possit.*
- 76 *Actio, quod metus causa, quomodo in rem scripta dicatur*
- 27 *Actio, quod metus causa, datur contra quemcumque possesorem.*
- 78 *Differentia ratio cur actio, quod metus causa datur contra successorem singularem, non interdictum unde vi.*
- 79 *Vis compulsiva & compulsiva, utrum, quod metus.*
- 80 *Gratuus in uno, in altero debet reuocari, & ibidem quo modo intelligatur.*
- 81 *Actio de dolo non est in rem scripta, actio vero quod metus causa, est, & qua differentia ratio.*
- 82 *Verbum, Gestum, a verbo. Actum, non differt.*
- 83 *Actio de dolo esse in rem scriptam, ex Ioannis Corassi & autoris sententia.*
- 84 *Actio de dolo datur in heredem, & ceteros successores.*
- 85 *Actio de dolo infamiam irrogat.*
- 86 *Exceptio domini obicit potest contra agentem Remedio. l. extat. ff. quod met. caus.*
- 87 *Appellare an liceat, an lata sententia in casu Remedio. l. extat. ff. quod met. causa.*
- 88 *Appellatio in maioribus & minoribus causis conceditur.*
- 89 *Appellatio indubio admitti recipique debet.*

**QVINTVM REMEDIVM  
RECUPERANDAE POSSESIONIS EX L. EXTAT. FF. DE EO  
quod met. caus. Et. l. Credito-  
res. ff. ad. l. l. de ui priua.**

**D**IVVS † Marcus aliter Titus Aurelius Antoninus Philofophus, in quo (vt scripsit Capitolinus) tanta fuit probitas, & tanta in Imperatorio Principatu modestia, & eximiatio, vt procuratores suos puer adhuc semper moneret, Ne quid arrogatius facerent, qui in compendio Iudicans, fisco fauiri numquam, & de quo doctē plura retulit. Io. Cora. in l. nam ita Diuus. ff. de adoptio. is ergo, quo magis eorum audaciam reprimere, qui spreta Magistratus autoritate

sibi iudicare non inuerecunde audebant, cōstituit. nec Creditoribus quidem licere iure sui crediti debitorum res occupare, cuius constitutionis verba retulit Callistratus in. l. extat. ff. de eo, quod metus caus. & in l. Creditores. ff. ad. l. l. de ui priua. hiet Marcus Aurelius, † (aliter ex Diuis fratribus vnum vocitant Iureconsulti), cum cogente Populo Romano Imperij afcuerit participem Aelium Verum fratrem, quos postmodum, Diuos fratres appellauit idem Callistratus. in. l. Diui fratres. de poenis, & sup. ff. Vlpia. & ceteri in tit. praefertim. ff. de Quaestio. & si Sextus Aurelius Victor, in huius Marci vita, existimauerit Aelium Verum, non fratrem, sed propinquum tantum Diui Marci fuisse, nec recte fatis, cū Iul. Capitol. verba repugnent. quod & ex nostris recte creditit Io. Bapt. Afsinius Floren. in l. Pater fam. §. si adhuc. n. 8. ff. de religio. & sumpt. fine. is ergo Diuus Marcus, solus tunc Imperator hanc ipsam promulgauit constitutionem: quod factum video anno ab urbe condita. 925. & a nostra salute. 172. nec aliter suo edictio cauit Theodorius tunc Italiae & Galliarum Rex, vt apud Casiodorum legitur lib. 4. uaria. epistola Ioanni. V. S. consuli Campaniae transmissa, in hac uerba, Proinde edictalis programmatis tenore comperto, spectabilitas uestra ad cunctorum faciat notitiam peruenire, ut quisquis, quod repetere debuisset, pignorandi studio fortassis inuasit, uoce iuris amittat, nec liceat cuiquam sua sponte nisi obligatum forsitan pignus auferre. Si uero alterum, pro altero, quod nephas dictu est, pignorare maluerit, in duplum, cui vim fecit, directa restituat, quia scelerata damna, plus cohibent, & sola detrimenta cogitant, qui pudoris fecere iactura, hac ergo constitutione nostra ex nostris multi ut Spec. in titu. de Restitut. Spoliat. §. 1. num. 16. opinantur nouum esse introductum recuperandae possessionis remedium post interdictum unde ui. tametsi glo. in d. l. extat. & Bart. ibidem. nu. 3. aliter senserint, quia (inquit Bar.) res & possessio per uim uel data uel ablata, uel occupata alijs actionibus, repetitur, ut cōdictione indebiti uel sine causa, uel ui bonorum raptorum, hoc uult probari Bart. ex tex. hoc ipso. l. extat. qui super iure decreti nō super re disponit, quod clarius explicasse uideatur, Alber. ibi col. pen. vers. item quarit, quae actio, dum inquit hanc constitutionem esse iuris occupatoris priuatiam tantum, non actionis inductiuam, & ideo parare tantum uiam ad alias actiones, ad quas adaptatur. Ho-

**H**orum sententiam probauit & Bal. in hac. l. extat. col. 1. vers. quarit. gl. cū Specula. tamen, uerius ipse existimo, † pro dicit esse ex hac cōstitutione actione ad re, uel possessione auocandam repetendāq; ne frustra alijs cōmodū hoc debitori. D. Marci constitutio, sine actio ne tribuisset, qua illud consequi uideatur, cū ipsi debitori contra hunc occupatorem nulla sit cōcessa actio, nec enim (ut ceteri falsō opinantur,) conceditur indebiti cōdicio, quae soluenti, quod erat indebitum datur, cū hīc debiti a principio fuerit soluti, & ob id cessat. l. si poene causa. §. 1. & l. repetitio. de cond. indeb. licet postmodum per exceptionem ob occupatione definat esse debiti, nec hīc per debitorem est quicquid solutum, uel datu, quod peti ab eo possit, qua ratione cessat, cum & in remedio cōdictionis indebiti ex. l. indebiti. §. sed etsi nummi de cond. indeb. sit necesse aliquid esse actū, ut iam supra in. 2. remedio recuperandae possessionis diximus. cessat & cōdicio sine causa, qua agit cum sine causa, quid datur, nam & hīc causa subest debiti scilicet. Nec actio ui bonorum raptorum locum habere posse uidetur, cum nostra hīc constitutio generalis sit, ut etiam pro uturbatiua cōcedatur, ut infra dicemus, cū tamen in actione ui bonorum raptorum possessor nō turbetur, sed possessione priuetur. Quāobrem arbitror cum Specul. hanc cōstitutione actionem nouam introduxisse, quae cum specificū nomen nō receperit, dicemus legis cōdictionem appellari ex. l. uicua. ff. de cond. ex lege quo loci Bar. & ceteri oēs. Nec me remota- tur illa Alber. Bar. ac Baldi ratio, priuatiam hanc esse cōstitutione, quia priuatia quidē est ex creditoris occupatis parte: sed ex latere debitoris actionis inductiua dicitur, qua ei ad auocandā ablata occupatam uel possessionem, cōsultum est. hanc tamen cōstitutione ex † Longobarda in tit. de debitis & Gaudimonij. l. 1. 2. scripsit Alber. d. l. extat. cir. uerb. gobarda, dubiū est ut ex multis latē scribit Robertus Maran. in speculo aduo. tit. de ordine iudiciorum. 3. parte diuisio. iudiciorum. n. 96. Alex. in. l. pro herede. §. vt. de adquir. hered.

**Q**uero. 1. utrumne hae cōstitutio locū habeat cū creditor nō re sibi debita sed diuersam nullo modo sibi obligatā occupat & habere locū placuit Iac. de Raue. in hac. l. extat. nec dissentit Iac. Cuiacius, isq; a Raue. ea rōe utitur, quia alijs in hoc casu constitutio Diui Marci, nec ante ea alia quaeuis prouidisset, q̄ certē & mea sententia, necessariū ualdē erat, cū frequentius & facilius ut plurimū o-

cupari ea possint, quae obligata non sunt, quae quae obligata, cū sub arctiori custodia obligata culto diri soleant, cōfirmatur alia uirgētā fati ratione, quia nō debet esse melioris conditionis occupans nō obligata, quā occupas obligata, cū in obligatis subesse uideatur color, quidā, & iusta quēdā ratio ad excusandū, hāc postmodū sententiā probatā uideo in uerbis, d. l. extat. & l. creditores, dum ait. D. Marcus. Quisquis igitur probatus muli fuerit re ullā debitoris, uel pecuniā debita &c. uerba. n. illa re ullā debitoris intelligimus cū ad eam cōsequēdā nulla alteri datur actio nā cū actio datur, illius esse quodāmodo dicitur. l. q̄ actio nē de reg. iur. & praefertim ut differatur illa uerba a subsequētibus, cōuenit p̄terea ḡnalis ratio cōstitutionis quā esse uidemus ne auidax creditor spreta iudicis autoritate sua, sibi iudicata manu in hancq; sententiā cōfert Theodorici edictū cuius meminit Casio. l. 1. 4. var. in epistola transmissa Ioāni. V. S. Cōsuli Cāpaniae, ibi. si uerō alterum pro altero, q̄ nephas dictū est, pignorare maluerit, in duplum, cui vim fecit, directa restituat. ex quibus cōprehēditur lapsos nō parū fuisse Andr. & Alber. Rosa. qui in hac. l. extat. col. r. vers. extra glofam aliter senserunt, leui illa rōe freti, q̄ cū alijs constitutionibus hoc in casu prouisum nō esset. D. Marci poenale cōstitutione extendendū, quae sanē ratio leuis semper est uisa, tū quia nō uidi alijs cōstitutionibus hoc in casu prouisum, tū quia extensio ad casum dici hīc nō pōt, sed cōprehensio quā si extēso est adhuc cōcedi assumarē, cū nō modo eadē, sed & maior † ratio in lege scripta militet, ut rectē nostri tradunt. in. l. cū mulier ubi Alex. ff. sol. ma. Dec. l. factum. §. in poenalibus. 7. fallē. de reg. iur. latiss. Dñs Craue. de Antiq. tempo. 1. parte. 4. part. prin. nu. 18. & ibi. nu. 24. uult extendi, quando alijs absurdum sequi possit, ut nostro hoc casu.

**Q**uero. 2. quid si auctoritate † Iudicis incōpetentis rōe p̄sertim territorij debitor occupat, an hūc cōstitutionis locus sit: & esse rectē crediderūt Gul. Cuiacius et Alber. Rosatus in hac ipsa. l. extat. col. 2. uer. item quia, nā est uerba cōstitutionis in occupante sine Iudicis autoritate sint, is tamen, qui incōpetentem adiuuit, neminem adiuuisse dicitur, argumento l. quoties. ff. qui satisfā. coga. nulla enim est prorsus iudicis † extra territorij iurisdicctio, ut nec coram eo denuntiata lis praescriptione interrumpat, ut probat notab. text. l. si pater. C. ne defatu defunct. ibi, apud procuratorē Reipublicae incōpetentem, uel rei priuatae: ut legit eruditissimus Iac. Cuiacius lib. 1. ob-

ferua, intris ca. 24. in fi. nam quemadmodum  
 10 f iudicatur, quid ab eo dicitur, qui iudicandi  
 munere fugitur. l. 1. §. vlt. ad Tertul. sic cōtra,  
 qđ tradit & Inf. cōf. 9. facti series. n. 2. l. 3. Van  
 nus tract. Nullitatis de nullitate sententiae ex  
 defectu iu. ord. n. 1. Hinc dicimus f iudici in  
 cōpetenti impūne nō parere glo. in c. veniens  
 in ver. propter contumaciā extra de accus. &  
 in l. 2. ff. si in ius voca. nō ierit, quod declarat  
 Dec. in. d. l. vlt. n. 16. de iu. om. iud. & Afflic.  
 12 Decif. 2. nu. 8. cum enim f iudex est incompe  
 tens, deficit persona, & ordo, sic Bald. in. l.  
 testamenta. C. de testa. qui & in. l. pen. C. de  
 iurisd. om. iud. egregie dicebat. Iudicem in  
 competentem procedendo, semper grauare  
 patrem. nam vbi incompetens est iudex, ibi  
 deficit iudicium, ut idem Bal. affirmat in. l.  
 clarū. C. de auth. preftan. & alia citat Barba.  
 conf. 30. col. 3. in fi. lib. 1. & adeo nullum esse,  
 quiquid ab incompetenti iudice est actū no  
 13 strū credunt interpretēs, ut ex Statuto t om  
 niam exceptione nullitatis sublata, non  
 senseri tamen sublata, quae ex iurisdicōis  
 defectu prouenit, sic glo. in Clem. vnicā  
 de sequest. poss. & fructuum, quam probant  
 omne: Felin. in rub. de foro compe. nu. 2. &  
 in c. pastoralis de exceptio. latē Vantius pra  
 citato loco nu. 3. 4. & Barba. conf. 39. col. 6. 7.  
 lib. 1. Corsetus in sing. in verbo statutum in  
 cipi. statuto cauetur &c. Cur. Sen. conf. 69.  
 dominus Ioannes. in fi. Dec. conf. 8. nu. 6. 7.  
 conf. 28. nu. 7. conf. 360. nu. 1. conf. 520. in fi.  
 Paris. conf. 45. nu. 38. lib. 1. conf. 24. num. 102.  
 li. 2. declarat Marfil. sing. 10. Tuscis exceptio,  
 hanc tamen, quam multis affirmauimus sen  
 tentiā, intelligebat Albe. Rosatus in hac ipsa  
 l. extat. col. 2. in fin. vers. aut non erat iudex,  
 quando nō erat iudex ob territorium, secus,  
 quando erat incompetens ratione cause, vt  
 quia declinari iurisdicōio possit, tunc inquit  
 Alber. iustus illius Iudicis excusat, argumen  
 to. l. pen. de iustitia & iure & l. quamquam  
 de aqua plu. arcen. quod tamen, inquit Albe.  
 illicitū factum erit, per superiorem reuocari  
 poterit. l. vlt. ff. de eo, quod met. causa, & fuit  
 hęc declaratio Gugliel. à Cuneo, quam &  
 Bald. hic inquit esse dignam notatu. sed non  
 ita veram, vt praecitati opinati sunt. arbitro  
 cum in competentiā proueniens siue ratione  
 14 rei, siue ratione finium, semper nullum peni  
 rus reddat iudicium. d. l. vlt. de iurisd. om. iud.  
 quo loci & Alber. ipse sic textum illum intel  
 ligit, & cōmuni calculo doctores affirmant,  
 vt ibi testatur Inf. nu. 27. Dec. nu. 20. Marfil.  
 nu. 1. Zasius. nu. 15. nec difficultatem facit. l.  
 15 quamquam in prin. de aqua plu. arcen. quia

ibi erat iudex & Alber. hoc casu nostro pro  
 supponit non esse iudicē ratione rei. Quam  
 obrem intelligerem ipse hanc declarationem  
 veram fore, cum clarum non est ac notoriū,  
 illum esse iudicem. sed est dubium, iuxta tex.  
 l. si quis ex aliena. ff. de iud. declarat Dec. in.  
 d. l. vlt. nu. 16. & plura referam. in. 8. remedio  
 recuperandae possessionis ex l. meminert. q. r. C. vnde ui. vel & secundum Alex. in. l. iu  
 stē possidet num. 39. de acquir. poss. intelligi  
 potest hac Alb. & aliorum declaratio, quan  
 do nulla declinatoria est appositā, sed potius  
 ex comparatione iudicis habitata persona:  
 alias secus, ut si per contumaciam processam  
 esset iuxta. l. non videtur la. ubi Bar. de iud.  
 16 nam t citatio contra eum, qui comparere nō  
 tenetur, nulla est, quod declarat Soc. tract.  
 fallen. regula. 49. sic & t Bannū factum con  
 tra contumacem, qui comparere non teneba  
 tur est nullū, sic Bar. d. l. non videtur in fi. &  
 egregie ac latē Marfil. sing. 72. & conf. 16. nu.  
 33. Gramma. Neap. Decif. 29. nu. 3. 4.  
 18 Quero. 3. quid si quis rem occupet ratio  
 ne seruitutis sibi debite an locus huic reme  
 dio sit, & esse locū censuit Alber. in hac ipsa  
 l. extat. col. 3. vers. quid si apprehendo, cui ac  
 cedo, cum & seruitus debitum dicitur. l. cor  
 ruptionem. C. de usufructu, militat & eadem  
 ratio reprimendae audaciae, quoniam & hoc casu  
 locū esse remedio. l. si quis in tantā. C. vnde  
 vi, dixit Alber. quod suo loco planius fiet.  
 19 Quero. 4. quid si non rem sed t debitoris  
 personam capiat sua auctoritate creditor, an  
 locus huic remedio erit: et esse locum censuit  
 Alber. in hac ipsa. l. extat. col. 3. vers. itē que  
 rit lac. post lac. Rauennatem, quem citat, ea  
 adducuntur ratione, quia maior ratio in hac  
 occupatione inest, maioris scilicet audaciae  
 causa quam cum res occupantur afferri, &  
 illud potest constitutionem nostrā generaliter  
 in rei occupatione loqui, & rei appella  
 tione hominem liberū penire probat. l. 1. §.  
 quēdā. de rerum diuis. §. 1. Inf. de reb. corpo.  
 & in corpo. quod placuit Io. Corasio in. l. natu  
 raliter. §. nihil cōmune, in praeludis. nu. 36.  
 de acquir. poss. etsi aliter senserint Alber. Ca  
 stren. & Dec. ut is Dec. scripsit. in. l. 1. tertia  
 lectura numero 32. 34. ff. si certum petatur  
 & Gomes. in. §. omnium. n. 24. Inf. de actio.  
 & Barba. conf. 26. col. 4. circa med. lib. 2. ad  
 uersus quos pugnat text. l. procurator. 2. §. si  
 ff. rem ratam hab. Extenditur procedere etiā  
 20 si creditor detineret filios debitoris, & illos  
 ad seruile ministerium induceret, tunc etiam  
 ius crediti amittit, ex noua Iustitiani consti  
 tutione. in. §. quia uero. in auth. vt nulli iu  
 dicum

dicum &c. & in versione Holoandri est No  
 uell. 134. §. quoniam uero, & declarat glo. in  
 ea. ex rescripto de iure iura. & apud Diuum  
 Gregorium lib. 2. epist. cap. 94. & lib. 3. ca. 43.  
 quem hic citauit lac. Cuiacius, qui & Diuū  
 Ambrosium in lib. de Tobia, cap. 8. retulit,  
 non tamen casus hi ad diuī Marci constitutio  
 nem pertinent. Declara nō procedere, quan  
 do ita pacto fuisset conuentum, pacisci enim  
 sic posse egregie declarat Zasius lib. 2. sing.  
 responforum. cap. 8.  
 21 Quero quinto, quid si creditor t non rem  
 propriam sui debitoris, sed ab eo bona fide  
 possessam, ut puta depositam, uel comodatā,  
 occupet, an locus huic remedio & consti  
 tutioni sit: & esse crediti Alber. in hac ipsa  
 l. extat. col. pen. in fi. vers. item quaeritur si  
 res &c. argumento. l. & non tantum. ff. de pe  
 22 titio. hered. quo dicimus, ea t nostra esse, vel  
 in hereditate nobis debita contineri, quae de  
 posita sunt, sed clarius probat tex. in. §. sanē.  
 Inf. ui bono. rpto. dum constituitur, actio  
 nem illam habere locum, cum bona fide pos  
 sessa vt deposita, ui rapiuntur: militat & ra  
 tio illa audaciae reprimendae, nam dum cre  
 ditor occupat, non eo nomine occupat ut  
 verum dominum re illa priuet, sed ut a debi  
 tore auferat, qui domino estimationem post  
 modum soluere tenetur, quae sanē quaestio,  
 ex his, quae latius infra in remedio recuperan  
cler. poenalem constitutionem cui aliquid addatur nouari, & sine poena, nouam legis promulgationem posse appellari. Hinc quoque dixit Iurecon. in l. cum aedes. de leg. 3. quod nouae aedes, nouus locus iudicatur, cum aliquis aedibus, additum, vel diminutum quid fuerit, quare interrogatus respondit Soci. Sen. 6. consil. 27. col. 4. in princ. lib. 1. antiquum promissum ob adiectam qualitatem nouum effici. & in non dissimili casu respondit Cur. Sen. consil. 43. Testator Augustinus in fi. testamentum tantum nouum dici ob adiecta clausula cuius rei ratio adferri illa solet quod qualitas noua adueniens enti, nouum ens constituat, & in diuersa specie eum ponat, & statutum iuncto capi, licet canon. de electio. in 6. cap. cum Marthae. §. quaeuisi de celebr. missa. & post alios latiff. scripsit Marfil. sing. 520. qualitas. Gomes. in §. in personam. d. 16. Inst. de actio. q. hoc praesertim casu procedit cum sit qualitas substantialis iuxta declarationem quam add. l. ius civile fecit Craue. consil. 22. 3. nu. 6. post Corn. & alios, quos citauit, & tradit Alcia. d. §. si quis simpliciter. num. 9. 10. & Tiraq. De retractu consang. §. 29. glof. 1. num. 6. Cum ergo Constantinus absentis spoliato sua constitutione hoc tribuerit commodum, vt mediante seruorum ministerio amissam possessionem recuperare possit, quod aliis minimè licebat, nouam promulgasse legem videtur. Verum mea sententia rectius fuisse videtur Bar. in hac l. i. a quo nec dissentit Bald. nouum non esse recuperanda possessionis modum, cum & a Praetore satis ex suo interdicto vnde vi, hoc in casu prouisum fuerit, dum est constitutum: dominum absentem seruo in corporali possessione relicto, & ab ea deiectione, vt eam recuperet, experiri posse. l. i. §. quod seruus de vi, & vi armata. Quod ergo constituit Constantinus, solum circa personam legitimam versatur: nam alias ob suae personae infirmitatem cum a iure civili pro mortuis habeatur. l. seruitutem. l. quod attinet. de reg. iur. in iudicio esse non poterant. l. seruus. C. de iudic. sic nec domino per illos recuperare licebat, vt hodie hac constitutione habiles serui illi redditi sunt, quo fit vt quoad casum hunc, noua sit haec constitutio, in hocq; recte glossa sensisse videtur. vna ergo ex parte erit antiqua constitutio, ex altera noua, nec mirum, si una res diuersi esse iuris videatur, cum ob diuersos respectus concedatur, ut declaratum regalium. l. eum qui aedes. de vsucap. tradidit multi relati a Tiraq. De retractu. consang. §. 8. glof. 5. num. 4. in fin. &

in Tract. de Nobil. cap. 28. num. 17. 14. Ripa. l. fin. num. 122. C. de reuocat. donat. Decius in testamentum. l. a. i. num. 8. C. de testa. mil. & alibi saepitissime.

Quero. 2. Cum absentis tributum sit hoc commodum, ut seruorum ministerio possessionem possit recuperare: an sit intelligenda 12 t cum dominus iusta & legitima causa abest, uel etiam si iniusta & non necessaria, & censuit gloss. in d. l. i. in uerbo quolibet modo, distinctionem aliquam adhibendam non esse, cum illis uerbis quolibet modo utatur textus, quae generali locutione intelligimus sublatam esse differentiam, quae solet constitui inter absentiam necessariam & probabilem tantum: uel uoluntariam si ne contumacia, uel uoluntariam cum contumacia iuxta declarationem, quam faciunt omnes. §. rursus ubi las. col. 1. & Gomes. nu. 4. 5. Inst. de actio. post Bartolum in l. ulti. ff. de integ. relitu. & egregie ac docte explicauit Io. Brecheus Turon. in l. absentem de uerb. sig. in hoc ergo nostro casu non adhibetur distinctio, ob uim (ut dixi) dictionis quolibet modo, quae ut uniuersalis omnes casus comprehendit, vt probat gloss. ex illo tex. in l. omnes in uerbo quolibet. C. de quadr. praescrip. qua in hanc sententiam post Alex. consil. 154. col. 2. lib. 2. citauit las. consil. 95. col. 2. uerfi. praeterea & 3. consil. 63. col. 3. uerfi. confirmo. libr. 3. quo loci, is paulo ante dixerat 15 hanc dictionem t quomodolibet esse omnium modorum distributiuam, si quae omnes casus comprehendere, ex textu in cap. indemnitate. §. si qua uero in uerbo quomodolibet de electio. in 6. ubi Io. andr. Gemu. & Archidia. idem probant & textus in cap. statutum. §. in nullo de rescript. in 6. hoc idem dicimus in dictione quouis modo, ex gloss. in clem. ne Romani in uerbo quouis modo de elect. qua sic alijs multis relati, citauit Rui. consil. 123. nu. 71. lib. 2. Soc. lun. consil. 2. nu. 11. lib. 1. consil. 92. nu. 14. lib. 2. Paris. consil. 33. num. 29. lib. 3. idem dicimus in dictione t quouomodo vt tradit Gemi. consil. 29. in fin. qui subicit esse nihilo minus ad proportionabiles modos restringendam, quod placuit & Crauer. consil. 156. num. 8. & alia scribit las. consil. 43. col. 1. num. 3. lib. 3. Rui. consil. 25. num. 22. in fi. lib. 1. Dec. consil. 373. num. 5. sic de dictione quibuscumque latiff. scripsit Tiraq. De retractu consang. §. 1. glof. 7. num. 20. ueram ergo erit sententia ista, quam ratione confirmare possumus, quod principaliter in odium contententis uim sit hoc constitutum, non in fauorem absentis spoliati

liati ob absentia causam. maius enim uitium illi inesse uidetur, qui absentem, quam qui presentem expoliat.

- 19 Quæro. 3. an hæc constitutio absolutè locum habeat, cum alter seruorum, uel procura torum uult domini possessionem recupera re, qua alter seruus, uel procurator in specie possessus à domino relictus, spoliatus & deie ctus fuit, & habere Placuit glo. in hac l. i. uer bo retinebat, cuius sententiam probauit & Bar. num. 3. in fi. & Bald. in fi. ea ratione addu cuntur omnes constitutionem, esse genera lem, immò generalem continere rationem, vt scilicet absenti in possessione recuperanda consultum sit. quo casu ad solum exemplum in textu positum constitutio restringenda non est, iuxta textum. l. regula. §. ultimo de iuris & facti ignor. quam pulchre declarat Dec. con sil. 502. num. 5. solemus enim dicere rationem
- 20 generalem & regulam & dictum ampliari, vt est apud Bartol. & ceteros in d. §. ult. & per Ias. in d. l. i. colu. 2. in fi. in ius uocati ut eant; & alios citauit Craue. consil. 236. nu. 10. in fin. & consil. 32. col. 2. in prin. & si differant ali quantulum Alcia. Paradox. lib. 6. cap. 8. circa med. qui censuit hoc saltem esse intelligendū cum ad alios casus commodè ratio generalis produci potest, ex sententia Bar. in l. metum §. animaduertendum. ff. quod metus causa; quod casui nostro satis conuenit, cum nihil repugnet, quin amissa possessione per vnum, ab altero possit ob domini absentis com mo dum recuperari, quandoquidem, si recupera re serui aliuè amici negligant, reditū domi no salua & illæsa recuperandi remanet facul tas.

21 Quæro. 4. an hæc constitutio & locum ha beat & eo casu cum creditor absens priuatur commodo sui crediti seu possessione, quam iure pignoris ratione sui crediti tenebat. glo. huius l. i. in verb. retinebat affirmat habere lo cum, quam secutus fuit hic Bartol. nume. 4. nam huic Creditori adeo est succursus, vt siue culpa propria siue casu fortuito posses sionem amittat, eam recuperet, ex l. ult. C. de prætor pign. qua de re suo loco factus.

22 Quæro. 5. an is seruus qui ad recupera dam possessionem admittitur dum agit, & te rari affirmauit glo. in huius l. i. in verbo. ser uiri quam probauit hic Bart. nu. 5. concedit. n. constitutio ipsam hæc facultatem seruus, iudicij tamen ordine seruato, quo fit ut cum in iudicio sit hoc iuramentum præstandum, to to titulo. C. de iure iura. propter calum. d. si sit

- quoque & hoc in casu adhibendum. quod alia ratione confirmatur, quia inhabilis & ad actū celebrandū dispensatus, ea sub forma dispen satus dicitur ut seruire habeat. quæ aliis postmodum regulariter & necessario ad cele brationem explanationemque actus exiguntur iuxta notab. textum. l. si quando in prin. C. de inoff. testa. cuius argumento egregiè plura tradunt nostri interpretes ut apud. Ias. in l. Præses. nu. 6. C. de transact. dum inquit licen tiam & patri concessam, ut possit alienare bo na filij, intelligi seruatis solemnitatibus inter uenienteque iudicis decreto, ut fieri consu uit, sic post Baldum, & alios plures censuit Dec. consil. 512. num. 2. in fi. Monachum & dis pensatum ut possit testari, intelligi cum ser uatis cæteris solemnitatibus testamentum cõ ficit. sic data facultate alienandi Feudum in telligitur cæteris solemnitatibus obseruatis sic Goza. consil. 4. nu. 29. post Alex. & alios quos citat, sic plura alia similia congesserunt Rui. consil. 110. in fi. lib. 1. & consil. 82. n. 9. li. 3. Cur. Iun. consil. 105. nu. 3. consil. 178. n. 19. 20. & egre gie Boe. q. 244. nu. 3. 4.
- 27 Quæro. 6. an & seruus ille, qui ad recupera dam domini possessionem admittitur, teneatur cauere de defendendo, & non teneri cen suit glo. in hac l. i. in verbo serui, quam ibi probauit Bart. num. 6. nam cum textus dicat seruato iudicio, & non soleant procuratores isti a lege dati cauere de lite defendenda, nec hoc erit in seruo constituendum. Illud præte rea accedit, quod cum seruus domino adqui rat, quicquid acquirit, quomodo cauendo & non obseruando promissit cautioni satisfaceret? & in seruus uel libertus uel alijs san guine coniunctis, & quod non committatur stipulatio de soluendo iudicatum est textus in l. 3. §. 2. 3. ff. iudicatum solui, & quod ij a le ge & dati procuratores possessionem promitte re non teneantur, sed & hæc in prin. de pro cura. clarius habetur in l. seruū quo que. §. vlt. de procura. iuncto principio tex. nam serui defendunt dominum absentem, sed non teneantur cauere de iudicato soluendo.
- 30 Quæro. 7. an serui isti, & saltem cauere teneantur, quod dominum ratum habeant, glof. huius l. i. in uerbo. serui circa fin. affir mauit, teneri. quam opinionem approbauit ibi Bartol. nume. 7. ea ratione, quia idem in con iunctis & personis videmus. l. sed & hæc. l. i. seruum quoque. §. prætor ait. de procurator. & quod ibi declarat Bartol. in fine, quan do non extat sufficiens expressum manda tum l. i. C. de procurator. nam si extat, iam expli

citur dominus ratum habere, quod latius explicat omnes. d. l. i. C. de procura. qui uiden di sunt.

- 32 Quæro. 8. an constitutio ista, quæ in ser uo loquitur, locum etiam sibi vendicat in pu pillo, & habere locum censuit glo. in hac l. i. in verbo serui in fi. vbi Barto. num. 8. ea ratione adducuntur, quia causa & huius possessionis momentaneæ hoc habet commodum: ut qui cumque aliis non habens legitimam personā standi in iudicio, in ea audiri possit. l. momē taneæ. C. qui legit. perso. non habea. standi in iud. Sed admonuit aliis supra in primo reme dio ex interdicto vnde vi. q. 38. quæ sit in ter has differentia: nam hic fauore absentis spoliati conceditur, ibi quia momentanea est possessio, & utriusque modici detrimenti. nec est quod cum Bart. dicamus tñ hac nostra con stitutione agi de momentanea possess. quia
- 36 verba illa momentariè perinde possessionis, similitudinariè posita sunt. quod dictio per inde aduerbium ostendit, vt apud M. Tulliu in 3. Tuscula. in quo facit illud Bionis, per inde stultissimum regem in luctu capillum sibi euellere, quasi caluitio mœror leuaretur, Cicero ad Atticum. lib. 13. Quod ergo perinde tuæbar acti vsus effem, vel dic, illam pos sionem appellari momentaneam, quia statim domino reuerso in disputationem reincidit, non quod verè momentanea sui natura sit. Vnum tamen est hoc casu, serui & pupilli per sonam esse idoneam. Nec verba nostre consti tutionis refragantur, quæ in solo seruo lo quuntur, quia in seruo quidem exemplum ponitur, non tamen ad casum ipsum solum serui restrictio fit cum non soleant exempla restringere sed declarare. l. damni infecti qui dam, de damno infecto. §. hætenus Inst. de grad. potest ergo minor & pupil. in hoc iudi cio stare, quod intelligimus sine difficultate in hoc casu. d. l. momentaneæ, seu vlt. C. qui legit. perso. & c. vt eo loci concedunt Bartol. Bal. Saly. & ceteri omnes, quod sensit & post multos, quos citat, Neuz. consil. 19. n. 2. 3. nec dissentit Bal. in hac ipsa. l. i. circa med. versic. idem in filio. C. si per vim vel alio modo, & consil. 217. verba libelli. col. 3. versic. item quia speciale est, lib. 2.
- 39 Quæro. 9. quid si seruus iste, uel minor pro absente agens, succumbat in causa, an ab senti domino præiudicet, glo. huius l. i. in ver bo differatur, inquit non præiudicari, sed fidei ussiores tantum, qui de ratificatione cum actore promiserant teneri, quam sententiam est secutus hic Bart. num. 9. illa ratio adferri

potest, quia absenti prodesse præsens & agēs, non autem nocere potest. quam obrem nisi is ratum habeat, ex eo actu damnum sentire nõ debet, nam quod nostrum est, sine factio nostro a nobis auferri non potest. l. id quod de reg. iur. & quoad suam agēm, sive facilitati est adscribendum, quod causam uel temerè susceperit, vel susceptam malè diffenderit, sua enim culpa damnum hoc sentit: quare alter i imputare non debet. ca. damnum de reg. iur. in 6. quibus rationibus idem dicendum est in fideiussore, qui facilis fuit ad intercedendum pro actore ratificationem promittente, contra quem fideiussorem, possessor denuò a domino reuerso molestia affectus, experie tur.

40 Quæro 10. an seruus iste possit pro absente mouere actionem ex l. si quis in tantam. C. vnde vi: & non posse concludit glof. huius l. i. in verbo personis. C. si per vim & c. quam probauit hic Bart. non ro. & Bald. in fine, cuius rei ratio est, quia in eo casu non sola pos sessionis causa, sed & proprietatis tractatur, cum tamen ob solam causam possessionis uti de re momentanea, & modici detrimenti sit hoc concessum, quod & probant omnes. in d. l. vltima. C. qui legit. perso. & illa pariter adferri potest ratio, in casu nostro, agi, ne per absentiam suam perdat possessore. at ibi lueri ea peret si pœna consequeretur, & latius fortè ad d. l. si quis in tantam, dicemus.

41 Quæro. 11. an agentes isti ad recupera dam possessionem pro absente re conueniri possit: & non posse affirmat Cy. in hac l. i. q. pe. C. si per vim, ea ratione: quia causa hæc sine ulla constitutione finienda est, nimirum si ipsa reconuentio non admittitur, quam rationem idem Cy. considerauit in l. momen taneæ. col. 2. C. vnde ui. verum non satis concludit, cum tex. in cap. vlt. extra de ord. cogn. reconuentionem super possessorio admittat, ex quo causa illa reconuentionis, ita breui tempore, ut causa conuentionis diffiniri potest. quod iam suo loco supra in primo recupera dæ possessionis remedio q. 33. diximus, quare melior est antiquorum ratio, quã retulit & non probauit Cy. hoc scilicet contin gere priuilegio personarū: quia serui isti pri uilegaliter admittuntur, vt absentis amissam possessionem recuperare valeant. non ergo reconueniri possunt, cum recuperandi non amittendi habeant facultatem. nam taxatiuè loquitur constitutio ipsa, vt id solum dili genter requirant, an eius, qui quolibet modo peregrinantur, possessio ablata est, & c. &

in fine, ibi; cum ualde sufficiat possessionem tenentibus absentium nomine contra presentium violentiam subueniri, & ibi, glos. vltima, iure ergo possessor conuentus, expectabit dominum presentiam, vel alio medio sibi satisfieri curabit, cum & presentibus aduersus absentes sit a iure prouisum & succursum.

42. Quæro. 12. an quemadmodum feruis istis recuperandi possessionem absentium nomine facultas concessa est, possint & fructus, qui percepti sunt uel potuerunt recuperare: & non posse uideri affirmare glo. huius l. 1. in verbo superuenerunt. cum sentiat superesse discutendum superuenienti domino, quæ nõ superesset si a seruo diffiniretur. cuius rei ratio esse uidetur, solam facultatem recuperandæ possessionis esse concessam. Verum aliter sentit Petr. & Cy. in hac l. 1. in fin. agi scilicet, & pro fructibus posse, ea ratione: quia idem est iudicium de accessorio, quod de principali, citant l. ad rem mobilem & l. ad legatõ de procurat. quæ tamen iura non in accessorio, sed in necessario præparatorio loquuntur, sine quo causa ipsa principalis a constituto procuratore tractari non posset, ut tradunt omnes in rub. C. de edendo ibi Dec. num. 1. & hoc est quod habetur in l. 2. ff. de iurisd. om. iud. interpretet omnes, & sic intelligit Cur. Iun. in consil. 112. num. 2. quo loci subiicit, quod concessio consequenti dicitur & concessum necessarium antecedens, etiam aliàs nullum & inualidum. Verum & si in casu nostro fructus excessorij prædij sint, non tamen adeo in separabiles uidentur, ut concessa agendi facultate super vno, censeatur et data super altero,

43. nam quod dicimus concessio principali concessa esse omnia accessoria iux. l. Cum principali de reg. iur. & c. accessorium de reg. iur. in 6. intelligitur cum accessorum est a suo principali inseparabile, ut declarat egregie Bar. in l. quisquis. nu. 1. C. de agricol. & cens. lib. xj. quod affirmauit & Ripa in l. 1. §. is fr quis ita nume. 39. in fin. de uerb. ob. & si nec Barto. nec alterum citauerit. & hoc idem uidetur sensisse Ias. consil. 183. in fin. lib. 2. est ergo difficultas cognoscere, an fructus ad fundum excessorij adeo sint ut inseparabiles esse uideantur. & in fructibus pendentibus, res est absoluta, inseparabiles esse, cum fundi pars dicantur. l. fructus pendentes de rei uer dicat. quod latiss. explicant Tiraq. De retractu consang. §. 1. glo. 7. nu. 36. & multis sequentibus, & Didacus Couarr. lib. 1. Varia. resolu. cap. 15. num. 1. 2. quo loci egregie declarat fructus esse partem fundi, suppositiuam, non

44. integram, vel subiectiuam uel prædicamentalem, sed difficultas uersatur in illis fructibus, qui a fundo separati sunt: nam illi inter mobilia solent numerari l. vltima. ff. de re quir. reis, ibi, sed & Diuus Traianus inter momentia fructus quoque haberi rescripsit, quæ uerba de separatis a solo intelliguntur, ut recte post specul. & alios, quos citat, censuit Decius consil. 472. num. 5. Alciac. responso. 660. num. 2. & si Tiraq. quem statim supra retuli, num. 44. de pendentibus sit usus intelligere, ut ergo, quid diuersum a fundo: fructus isti ad fundum accessorium non sunt, quia ratio non satis uera uidetur Petri et Cy. sententia. Quicquid tamen sit, eos alia ratione sequor, quod eorum opinionem probari uideam ex uerbis met ipsius constitutionis nostræ: dum in principio concedit, dominum absentem cuiuslibet rei possessione priuatum, posse restitui medio suo uel alterius absentis. Cum ergo & in fructibus etiam solo separatis aliqua in sit possessio non erit dubium quin eodem modo seruus pro fructibus, ut pro possessione prædij recuperanda experiri possit. hoc idem probat textus l. 1. dum uult domino nullum inferri præiudicium seruorum negligentia, sed illi restitutionem debere fieri, cum ergo loquatur per uerbum restitui sui natura, non fundi modo possessio, sed & fructus restituendi sunt, ut iam supra in præiudij docui, cum præcipue dicat, nullum debere inferri præiudicium, accedit præterea quod & fructus solo separati, sæpissimè ueniunt sub rei principalis appellatione, ut, facta rei principalis concessione, & fructus cõcessi dicuntur, ut consultus respondit Soc. Sen. consil. 93. col. 8. uerfi. confirmantur prædicta lib. 1. quo loci, citat inter multa, text. d. l. uiltima. ff. de re quir. reis & hanc sententiam probare affirmat, nec enim diuersa (ut me fert opinio) assignari potest ratio, cur magis hic seruus liceat possessionem rei immobilis, quam in mobilis recuperare.

45. Quæro. 13. an hæc constitutio, quæ loquitur de recuperanda illa possessione, quam nomine absentis, seruus, uel amicus detinebat, & amisit, ut probat hæc l. 1. ibi poss. ablati est, quam propinquus, &c. & ibi, nec eos qui deiecti sunt absentium nomine possidentes &c. habeat inquam locum hæc constitutio si dominus & possessor præsens deiciatur, & facta deiectione abesse statim incipiat, (nã si ex intervallo nõ uidetur dubium quin fuerit negligentia sit ascribendum) & certè noua est quaestio, quam hætenus excitatam ab alio

84

49

50

52

84. integram, vel subiectiuam uel prædicamentalem, sed difficultas uersatur in illis fructibus, qui a fundo separati sunt: nam illi inter mobilia solent numerari l. vltima. ff. de re quir. reis, ibi, sed & Diuus Traianus inter momentia fructus quoque haberi rescripsit, quæ uerba de separatis a solo intelliguntur, ut recte post specul. & alios, quos citat, censuit Decius consil. 472. num. 5. Alciac. responso. 660. num. 2. & si Tiraq. quem statim supra retuli, num. 44. de pendentibus sit usus intelligere, ut ergo, quid diuersum a fundo: fructus isti ad fundum accessorium non sunt, quia ratio non satis uera uidetur Petri et Cy. sententia. Quicquid tamen sit, eos alia ratione sequor, quod eorum opinionem probari uideam ex uerbis met ipsius constitutionis nostræ: dum in principio concedit, dominum absentem cuiuslibet rei possessione priuatum, posse restitui medio suo uel alterius absentis. Cum ergo & in fructibus etiam solo separatis aliqua in sit possessio non erit dubium quin eodem modo seruus pro fructibus, ut pro possessione prædij recuperanda experiri possit. hoc idem probat textus l. 1. dum uult domino nullum inferri præiudicium seruorum negligentia, sed illi restitutionem debere fieri, cum ergo loquatur per uerbum restitui sui natura, non fundi modo possessio, sed & fructus restituendi sunt, ut iam supra in præiudij docui, cum præcipue dicat, nullum debere inferri præiudicium, accedit præterea quod & fructus solo separati, sæpissimè ueniunt sub rei principalis appellatione, ut, facta rei principalis concessione, & fructus cõcessi dicuntur, ut consultus respondit Soc. Sen. consil. 93. col. 8. uerfi. confirmantur prædicta lib. 1. quo loci, citat inter multa, text. d. l. uiltima. ff. de re quir. reis & hanc sententiam probare affirmat, nec enim diuersa (ut me fert opinio) assignari potest ratio, cur magis hic seruus liceat possessionem rei immobilis, quam in mobilis recuperare.

Quæro. 13. an hæc constitutio, quæ loquitur de recuperanda illa possessione, quam nomine absentis, seruus, uel amicus detinebat, & amisit, ut probat hæc l. 1. ibi poss. ablati est, quam propinquus, &c. & ibi, nec eos qui deiecti sunt absentium nomine possidentes &c. habeat inquam locum hæc constitutio si dominus & possessor præsens deiciatur, & facta deiectione abesse statim incipiat, (nã si ex intervallo nõ uidetur dubium quin fuerit negligentia sit ascribendum) & certè noua est quaestio, quam hætenus excitatam ab alio

quo

IMPERATOR CONSTANTINVS A. AD TERTVLL.

Inuasor locorum pœna teneatur legitima: si tamen ui loca eadem inuasisse colititerit. nam si per errorem, aut incuriam domini loca ab aliis possessa sunt: sine pœna possessio restitui debet. Dat. sex. Calen. Maii, Gallicano & Symmacho Coss.

SEPTIMVM RECUPERANDAE possessionis remedium ex l. inuasor. C. vnde vi.

Diuisidem Constantinus (quem & in sexto proximo recuperandæ possessionis remedio retulimus) sub consalatu Gallicani, & Symmachi, hæc ipsam l. Inuasor tedidit constitutionem, qua moderatur alias inflicta pœna occupanti aliena, ne is, qui uel incuria dominorum rem ipsam occupauit, uel per errorem inuasit pœna afficiatur. sola enim restitutio ablata uel occupatæ rei facienda est, nam, cû (ut suo dicemus loco) ratione pœnæ excusatione aliqua is uisus sit: abolita est pœna. sed cum non ei liceat cû alterius iactura effici locupletior, rem necessario restituario debet. Et licet inuasor tibi propriè dicatur, qui rem, in qua nullus ius habet occupat, ut declarat fac. Concen. lib. 3. quaestio. c. 13. in fi. & sit inuadere tibi irruere & impetû facere, ut apud Virgiliû, inuadunt urbem somno inuocq; sepulcra. & Cicero pro Cecinna, ut in Cecinna aduenientè, cû ferro inuaderet, & in Philippica. 12. in totû alicuius domum inuadere, & alibi sæpissimè, quo tamen ad tibi constitutionis nostræ casum propriè inuasor hic sumitur: quo scilicet ad principium tex. dñ inquit. Inuasor locorum pœna teneatur legitima: si tamè ui loca inuasisse colititerit, quo uero ad secundam cõstitutionis partè dum sic legitur. nã si per errorem uel incuriã domini, loca ab alijs possessa sũt sine pœna possessio restitui debet is inuasor nõ propriè sed in propriè accipitur quin eos possessores non inuasores appellat Cõstanti. cû vim verè comississe nõ uideatur.

Quæro. 1. utrumne noua constitutio hæc sit: & esse rectè credidit Bar. in hac ipsa l. inuasor, quæ est secutus Rober. Maran. de ordine iudicio. 7. distinct. num. 42. & ad interdictum non pertinere dixit Bart. nam ut idem

N

52

SVMMARIVM SEPTIMI REMEDI.

- 1. Constitutio l. inuasor. c. vnde ui. quo tempore edita.
2. Inuasor, qui propriè.
3. Inuadere est in alienis irruere.
4. Inuasor propriè & in propriè in casu l. inuasor. C. vnde ui. sumitur.
5. Constitutio l. inuasor. C. vnde ui. an noua sit.
6. Lex iulia de ui. quomodo uim coerecet.
7. Accurij lapsus ignoratone temporum editarum constitutionum.
8. Rationes, quibus edita sunt constitutio l. inuasor. C. vnde ui. l. inuasor. C. vnde ui. quam nouam induxerit utilitatem.
9. Summaris in possessis procedi.
10. Baroli declarata ad l. inuasor. C. vnde ui. ex p. l. p.
11. Noua ab auctore ad l. inuasor. conf. C. vnde ui. considerata utilitas & praxis.
12. l. inuasor. & l. vi. C. vnde ui. quomodo differant.
13. Error qualis esse debeat ut excusetur inuasor.
14. Successorem alterius iustam habere ignorantie causam.
15. Et rectem conductoris excusari. si domino statim rem locatam restituere negat.
16. Creditus uiri probus & fide dignus excusatur.
17. Negligentia possessoris debet esse probabilis ut excusetur inuasor.
18. Negligentiam, ut quid non formatum, sensu & intellectu non percipi.
19. Testes super q. q. sensu tantum percipi possunt, testificari.
20. Negligens si dicitur, qui non facit quod facere oportuit.
21. Negligentia in genere quomodo probatur.
22. Tutoris negligentia in non emendis prædij ex pecunijs pupilli, quomodo probatur.
23. Negligentia ex eo probatur, cum quis ad rem consequendam remedijs oportunitas usus non est.
24. Possessio civilis decemni perditur.
25. Negligens multa fecit incommoda.
26. Possessore mediatu remedio l. inuasor. C. vnde ui. nõ conuenire.
27. Fendi inuasor an inueter remedio l. inuasor. C. vnde ui.

in tertia lectura sensit, & recte satis, finis constitutionis nostrae est noui iuris inductiuus, etsi principium ius antiquum respiciat, quod & Cyno ibidem in si. placuit, iure enim antiquo sanctum erat t. ex. l. iul. de ui. occupantem ui aliena, esse uel capitis, uel interdictione aquae, et ignis poena plectendum, ut extat relatum in tit. ff. ad. l. iul. de ui, quod intelligimus, cum uis erat publica, si uero priuata, publicatio partis bonorum erat ut. l. ff. ad. l. iul. de ui, & alibi, qua ratione recte censuit Constantinus inuaforem teneri poena legitima, hoc est a lege constituta, quod intelligere necesse habemus a iure antiquo, non ut male hic est opinatus Accurr. ex. l. si quis in tanta. C. unde ui, cum illa constitutio post hanc per annos sexaginta edita fuerit, quae sane antiquae constitutiones cum nullam eorum rationem habuissent, qui uel errore uel domino in incuria rem occupassent, uisum fuit aequum Constantino, poenam ipsam temperare, hinc facile conijcimus quas diuinationes fecerit hic t. Accurr. temporum ignorantia, nam quod ille ait, hanc constitutionem nec ueteri iure nec nouo locum habere, ueteri, quia lege ciuili nulla poena erat huic in uasori indicta, nam quae erat praetorio iure erat, non ergo legitima, falsa est argumentatio, etsi multis alijs modis respondere conatus fuerit ipse Accurr. iure scilicet ueteri fuisse poenam ratione fructuum, qui ciecito restituendi sunt, quae sane restitutio, quo ad solventem poena dicitur, ut in argumentum est tex. l. i. §. si plures. ff. de eo per quem factum erit, uerum ut ibi animaduertit Bart. non dicitur illa mera poena, cum sit proprie interesse, de quo interesse non loquitur tex. noster, cum simpliciter de poena intelligatur, & ideo hac ratione praeter ceteras tu a Bar. Saly. & alijs relatas, non placet. quare secundo loco glo. dicebat principium, & finem semper loqui secundum ius nouum, principium ex. d. l. si quis in tantam. C. unde ui, finis secundum, l. cum quaerebatur. C. eo. quoru vtrunq; praeter Bar. Saly. et alios aperte est falsum, si temporum rationem habebimus, secundum quae singulae constitutiones aedite sunt. Et in praedictis diximus, ut anteq; haec constitutio promulgaretur t duo fuerunt in causa illius primi possessoris, negligentia, ob qua & alia multa in iure nostro conceduntur, ut infra. q. 5. dicemus, secundo probabilis occupantis error, qui solet & saepissime excusare ut infra in. q. 4. fuisius uidebimus.

9. Quaro. 2. quae noua sit huius constitutio

tionis utilitas. cum in rei uendicatione ( ut Bar. hic est opinatus ) uideatur sufficere probare, quae requiruntur hoc casu, cui quis uult possessionem ab altero inuaforem recuperare, nam inquit Bart. haec constitutio competit domino propter eius incuriam uel errorem, quando loca uacabant: unde habet necessario probare se dominum, & possessionem ab eo uacantem, quod satis superq; effect in rei uendicatione, quia subdico dominum, obtineret. Huic difficultati & quaestioni respondet Bart. hanc esse utilitatem in hac constitutione, quia in hoc possessorio proceditur t magis summarie, nec requiruntur probationes ita liquidae, sicut in rei uendicatione, quae sane responsio, etsi in se uera sit, non tamen tatis propae ad casum nostrum accedit, cum hec uera praxis nostra constitutionis, non uideatur quam Bar. ipse praesupponit, quare arbitror in eo esse t constitutionis nostrae utilitatem ex latere inuaforis conuienti, ut poena legitima olim indicta effugiat, si uel errore, uel domini incuriam ostenderit, eritq; praxis haec obseruanda, ut aget olim possessor, & nunc spoliatus, possessionem sibi restitui, & inuaforem poenis legitimis plecti, aduersus quem excipiet inuafor, se iusto errore deceptum, possessionem occupasse, uel ob domini incuriam id egisse, qui forte uacante per multos annos ( ut Anglice aduertit ) possessionem uel derelictam habuit. ea quae ratione poene aduersus eum locum non esse.

13. Quaro. 3. quid differat haec constitutio a constitutione. l. vlt. C. unde ui. cum in ea plus prouisum uideatur Bar. in hac ipsa. l. Inuafor, quae ceteri sunt secuti respondet: maxime differere, nam in nostra haec constitutio loquitur, cum quis iusto errore uel alia iusta causa, possessio nem inuasit, ob qua poena non est locus, cuius rei rationem nunc subiiciam, constitutio autem l. vlt. locum habet cum dolose quis rem uacantem occupauit, quod uerum an sit suo loco dicemus, nec aliter sensisse uisus est Bal. in l. improba. C. de acquir. possess. ubi du noui studet adferre sensum, id est, quod Bar. tandem docuit, ratio in hac constitutione illa assignari potest, quod iusta causa excusata dolo, & per consequens a poena. l. igitur. §. potest. delibera. causa: quod latissime explicauimus supra in. 5. remedio recuperande possessionis ex. l. extat ff. quod metus causa. q. 13. non repeto.

14. Quaro. 4. qualis error t is esse debeat, quo possit inuafor excusari: & arbitror esse intelligendum de errore iusto, cum & gl. hic exponat, credens esse suam, na si sua non esse crederet, sed soli cuius effect ignoraret, occupauerit, locus erit

eri t constitutioni. l. vlt. C. hoc tit. unde ui, ut ibi cu glofa in uerbo ignorantiam, dicemus & sensit Rober. Maran. de ordine iudicio. rum. 7. distinet iudicio. numero 42. sed hoc casu nostro subsistit, quod nam exemplum possit adferri, quo intelligamus: occupantem credere rem esse suam. et certe potest esse exemplum in eo qui in alterius locum successit, & a fide dignis auditit praedium illud fuisse illius defuncti cui ipse successit, nam t qui t in alterius locum succedit, iustam habet ignorantiam causam. l. qui in alterius. de regulis iuris, & in terminis sic sensisse uisus est Baldus in consilio. 1. 7. uerba libelli col. fin. uersicul. nam si quidem lib. 2. sic uideamus hac ratione, heredem t conductoris excusari cum negat rem domino restituere, ut tradit Bar. in. l. non ab re. nu. 5. C. unde ui, & ibi latius forte dicemus. sic etiam, qui fide dignis t creditit acufandus non est, ut est notab. glo. in. l. Titio fundus. de cond. & demo. iuram exornant & notabilem dicunt omnes, ut apud Barba. conf. i. col. 25. li. 3. Cepola cof. 4c. col. 7. late tradit Alcia. tract. praedium. reg. 3. praefum. 2. latissime Neuzanus li. 4. Syluae nuptia. n. 55. Cur. Sen. cof. 72. col. 8. uers. recipitur enim, Cur. Jun. conf. 19. num. 5. Rubens conf. 44. nu. 7. Paris. conf. 57. nu. 50. conf. 38. nu. 17. lib. 2. conf. 29. n. 24. lib. 2. Soc. Jun. cof. 37. nu. 20. lib. 2. late Tiraq. tract. de poenis legum &c. causa. 51. nu. 2. 6. 2. 9. 35. 36. Gramma. conf. 15. num. 13. Craue. conf. 277. col. 3. uers. quod autem & conf. 319. nu. 14. quibus locis post Bar. in. l. Celsus. nu. 4. de usufructu. & alios plures quos citat, eum dici bonafide possidere, & cum titulo si possidere cepit ex quo t viro homo rem illam futurum praedecessorum fuisse, accepit quod recte satis casui nostro conuenit.

18. Quaro. 5. qualis esse debeat t & quanta prioris possessoris incuria, ut hic inuafor excusetur, & probabilis esse debet, ut eo in casu, quem refert Ang. in hac. l. inuafor, cum dominus & possessor primus per multos annos praedium incultum reliquit, nec illud per se uel per seruos uisitauit: adeo ut pro derelicto habuisse uideatur, quae sane negligentia maxima cum difficultate probari potest nostro hoc casu, nam ut respondit Bar. conf. 102. charissimè domine, isti nostri Nucerrini. nu. 3. negligentia t est quid non formatum, cum sensu non percipitur, nec eius essentia uisu potest percipi, uel auditu uel alio sensu corporeo, quo fit ut uix testibus illa probari possit, cum ferè ij testimonium tantum ha-

20. beant super ijs, quae sensus percipi possunt. c. causam. de testib. l. testium. C. eo. & licet multa sint casus in quibus potest negligentia probari. ut si in facto certo & limitato tempore & loco loquamur, illius negligentia probatur si demonstretur illo tempore & loco non satisfecisse obligationi, t quia eo ipso, quod non facit dicitur negligens: nisi impedimentum ostendat. l. 3. §. si ad diem. l. qui conuictus de re mil. l. 2. §. sed et si quis ubi omnes. ff. si quis cautio sic Bar. d. conf. 102. nu. 1. cuius doctrinam in eo secutus fuit Felin. in cap. si autem. nu. 3. de rescrip. Craue. conf. 132. n. 4. & egregie Ruin. conf. 12. num. 8. lib. 5. si uero t in genere negligentem aliquem fuisse probare uolo, cum ad factum in genere tenebatur, tunc secundum Bar. d. conf. 102. num. 1. uers. quandoq; quis probandum, est illum scituisse omnia propter, quae erat obligatus ad aliquid faciendum, quod uarijs exemplis eo loci docet Bar. illud maxime placet, si probare uolo tutorem fuisse t negligentem in non emendo praedia pro pupillo probare debeo eo tempore fuisse praedia uenalia, quae emi potuerunt. idem Barto. in. l. tutor, qui repertorium. §. si post depositionem in si. de admitt. tuto. ex claro tex. §. pen. in auth. ut ij, qui se oblig. res minor. perhib. quam sententiam probant quia plurimi, ut apud Soc. Sen. conf. 149. col. 2. in prin. lib. 1. & cof. 278. col. 4. conf. 283. col. 3. lib. 2. Rnin. conf. 92. num. 3. lib. 5. Dec. conf. 178. in si. conf. 430. num. 4. & conf. 362. nu. 12. Craue. conf. 21. nu. 5. Rolan. a Valle conf. 49. nu. 34. Plotum. l. si quando. nu. 219. C. unde ui, qui & alios postmodum quam plures citauerunt. sic etiam arguitur t ex eo negligentia, cum quis non est uisus medijs oportunitas ad aliquid consequendum, quibus uti poterat. ca. licet episcopus. de preben. in. 6. quem ut notabilem citat pro hac sententia. Soc. Sen. conf. 273. col. 4. uers. confirmatur ista conclusio li. 2. quae secutus fuit Craue. conf. 132. n. 4. sed maius est dubium quoad causanos nostros, quanto scilicet tempore causata possit dici haec negligentia, & certe nemo est (quem haecenus uiderim,) qui rem ad terminos constitutionis nostrae explicet, quamq; uno serè ore affirmet interpretes nostri, possessionem t cuiusdem, quae animo detinetur decenniali negligentia amitti ut scripsit Din. in cap. sine possessione. num. 32. de regul. iur. quam sententiam ferè omnes sunt secuti ut multos conuictus Tiraq. tract. de iure constituti in. 3. parte. Limi. 2. 1. & late. Craue. conf. 135. nu. 1. 2. qui rem hanc latissime expli-

cant, qua ex re satis intelligimus, quantum profit negligentia occupatori, & quantum primo possessori noceat, ut & in aliis multis videmus ob negligentiam multa negligentem illum pati, ut late apud Barba, conf. 41. col. 14. li. 1. conf. 57. col. 5. lib. 2. la. l. eum qui secundo nota. C. de procura. Dec. in. l. pen. 6. nota. C. de pactis. Marfil. sing. 360. Chaffa. conf. 38. Craue. conf. 132. nu. 3. conf. 240. nu. 3. & ducentis negligentia, cogessit Gomes. Hifp. in comentarjjs ad regulam cancellarię De Triennali possessore, post. questio. 28.

Quaro. 6. an ex vi huius constitutionis restitui, & tunc debeat possessio, cum non ipse inuasor sed mediator alter possessor detinet; & dicendum est non teneri, cum constitutio loqui videatur de ipsomet inuasore sicq; de prima occupatoris persona, dum inquit Inuasor &c. quod ex alio suaderur, quia si dominus restitui debet aduersus eum, qui suam occupauit possessionem, non autem actionem contra tertium possessorem habere videtur, ut nec interdictu vnde ui a Prætoris fuit concessum contra illum tertium, ut iā explicauimus supra in primo remedio recuperandę possessionis. q. 13. accedit præterea, quod superfluo esset postmodum constitutum, & inductum a Pontifice maximo remedium ex. cap. sæpe. de restitui. spolia. quo contra tertium possessorem succursum est. vt suo loco dicemus. Nec difficultatem mouent aliqua constitutionis nostrę verba, ibi, loca ab alijs possessa sunt, nam satis de ipso occupatore intelligi possunt, non autem de alio tertio possessore, cogitandū tamen erit, quia noua hæc est excitata questio.

Quaro. 7. an hæc constitutio locum etiā habeat in feudalijs, & habere affirmant Io. Defalso, & Bal. in. ca. 1. si duo homines. vbi clarę Afflictus. nu. 8. de pace tenen. & eius viola. in vñibus feudorum, quo loci subdit inuadentem sua authoritate illud etiā amittere ex constitutione. l. si quis in tantam. C. vnde ui, ut suo loco dicemus. Hęc ad septimum recuperandę possessionis remedium,

**S V M M A R I V M  
O C T A V I R E -  
M E D I I.**

3 Gratianus Imperator rei militaris, & litteraria insignis.  
3 Constitutio l. meminerint. C. vnde ui. nouum attulit ad recuperandam possessionem remedium.

Spoliatus iudicis autoritate quomodo restitatur & quantum exponitur.  
Spoliatus iudicis autoritate aduersatur iuris presumptio.  
Spoliatus iudicis autoritate, se iniuste spoliatum probare debet.  
presumptio transfert probandi onus in aduersarium sententiam iniustam merito iure valere.  
Iudex extrajudicialiter spoliatus, vt priuatus spoliare dicitur.  
Iudici restitui posse, cum uti priuatus agit.  
Iudex infort inuiriatur spoliato quem vt priuatus spoliatus actioneque tenetur iniuriarum.  
Bar. in l. si seruus. C. de his qui ad ecclesias confugiunt.  
Spoliatum a Iudice, si notorium sit non habere nec habuisse conueni non posse.  
Spoliatus etiam ordine iudicario ab eo Iudice qui incompetens est, a priuato veluti dicitur spoliatus.  
Iudicatum non dicitur, quod ab incompetenti iudice iudicatum est.  
Sententiam ab incompetenti iudice latam omnino nullam esse.  
Presumptionem pro iudice non esse, cum quid extra suam potestatem agit.  
Iudex incompetens procedendo, dicitur vt priuatus procedere.  
Iudex incompetens si ignorans sue iurisdictionis iuris procedat, per errorem potius, quam per culpam dicitur lapsus.  
Iudex competens si nulliter processit spoliatus dicitur.  
Cap. Conquerente de restitui spolia. declaratur, & nouo sensu illustratur.  
Capit. Causam matrimonij, de officijs delegatis explicatur.  
Delegatus mandati sine excedens, vt priuatus dicitur procedere.  
l. Meminerint. C. vnde vi. nouo sensu aperitur.  
l. vltima. C. si per vim vel alio modo, sensus & intellectus.  
C. Ex infestatione de procur. illustratur.  
Ripatio euerfa ac explosa.  
Lyonis Craue. insignis Turc. egegia de noua declarati quomodo iudicis autoritate spoliatus ante omnia restituitur.  
l. vlt. §. vlt. ff. quod met. caus. declaratur.  
Differentia ratio inter spoliatum a Iudice & a priuato.  
Caroli Medinæ declaratio, quomodo a iudice spoliatus restituitur, euerfa.  
Recursus ad superiorem numquam denegatur.  
Spoliatus etiam si obtineat sententiam iudicis autoritate, possessionem non ingreditur, si restituentem reperiat.  
Iudicem non posse licentiam concedere ingrediendi possessionem per vim.  
l. Non est singulis de regulis iuris, intellectus & declaratio.  
l. vlt. §. opinatores. C. de exacto. tribuit. lib. x. intellectus sensus & declaratio.  
l. Meminerint. C. vnde vi. declaratio & intellectus.  
l. Si quis in tantam. C. vnde vi. illustratur.  
c. In nostris de concess. preben. declaratur.  
l. Diuus. ff. de seruis fugitiuis, explicatur.  
l. si seruus. C. de his qui ad eccles. confugiunt declaratur, esse.

esseque constitutionem iniquam multorum autoritatis exponitur.  
l. vltima. c. quando liceat vnicuique se sine iudicis licentia vind. declaratur & exponitur.  
l. 2. in fi. ff. quod met. caus. declaratur.  
l. fundi §. i. d. adquirem. poss. explicatur.  
Iudicis factum, quando factum partis censetur.  
Iudicis factum, non dicitur factum partis cum iniquè procedat.  
Iuridictio & priuato mandari potest.  
Executionem is mandari potest, qui equequies ius habet non qui illo caret.  
Abbatu ac aliorum explosa distinctio.  
Ripe distinctio & de iura reiecta.  
Spoliatus Principis autoritate, quomodo restitatur ante omnia.  
Executorem Pontificis, vel alterius non posse ordine iudicario non seruato possessionem spoliare.  
l. autoritate. C. vnde vi. declaratur.  
l. meminerint. C. vnde vi. quomodo intelligatur in spoliato Principis autoritate.  
l. vlt. C. si per vim vel alio modo, declaratur.  
Citationem a principe numquam tolli. & nu. 58.  
Capitulum conuenerit. de restit. spoliat. nouo sensu illustratur.  
Principem iudicarium ordinem in procedendo non seruare.  
Citationem Principis non potest tollere.  
Causam in Principe presumi.  
Principis beneficiarum lens causa iustificari.  
Principem bonum & iustum presumi, nec metum alicui velle inferre.  
Principem de subditorum bonis ad libitum disponere non posse.  
Causam in principe iustam non presumi cum spoliato.  
Prescriptione questio sine causa a Principe non posse auferri.  
Spoliatum a Principe extra iudicium ante omnia restitui.  
Preditorem notorium de facto Principem posse priuare.  
Prince occupando castram suam defensionis causa si secuta pace illud non possessori primo, sed vero domino restituitur possessorem illum non dicitur spoliare.  
Spoliatum causa cogita a Principe, non restitui.  
Ingrediens alterius possessionem autoritate rescripti principis, possessore non uocato eum spoliato dicitur.  
Spoliatorem etiam Principis autoritate non posse in iusto sa poss. confirmari.  
Antony Capitij declaratio ad. l. autoritate. C. vnde vi. explosa.  
Spoliatore in possessione ex certiscentia Principis confirmato, uocato spoliato, restituitio locum esse dari.  
Confirmatumem nihil noui tribuere.  
Absente possessore spoliato, quem conuenire debeat spoliatus, vt sine possessione restituitur.  
Decretum secundum quando est interponendum, non procurator, sed possessor ipse conueniendus monendusque est.  
Procuratorem citare non sufficit, cum agit de beneficij priuatione.  
Praxis & modus citandi possessores, cum spoliatus vult sententiam restitutionis exequi.  
Citatio in sententia executione necessaria non est, cum sit executio in capite super qua est iudicatum, secus si in diuersa.  
Citatio in sententia executione, necessaria est, cum successor iudicis qui indicauit, tam vult exequi.  
Citatio in sententia executione necessaria est, cum contra tertium exequenda est.  
Libelli forma qua fit in casu l. meminerint. C. vnde vi.  
Priuatio in casu l. meminerint. C. vnde vi. non ipso iure, sed per sententiam, inducitur.  
l. Meminerint. C. vnde vi. an de sententia diffinitiuam vel interlocutoriam, loquatur.  
sententia appellacione venit diffinitiuam non interlocutoriam.  
& paulo infra declaratur.  
Sententia qua pronuntiat quid exequendum esse dicitur, interlocutoria.  
Sententia qua pronuntiat, aliquem esse in possessione mixtum, interlocutoria dicitur.  
Citatio necessaria est, in executione interlocutoria magis presudicij.  
Oldradus & Saly. euerfa extensio ad l. meminerint. C. vnde vi.  
Dominus in casu l. meminerint. C. vnde vi, qui esse intelligantur.  
Collisio administratorum esse iuste, an locum habeat. l. meminerint. C. vnde vi. Confissus.  
Dictionis Plerunque significatio.  
Expresio casus ratione maioris frequentie non excludit minus frequentem.  
Admiristratum habuit quod ab admistratoribus gestum est conueni non potest in casu l. meminerint. C. vnde vi.  
Actio qua spoliato concedatur, cum spoliator a pupillo, ex tutore colludo.  
Pupillus, vel minor conuenit conditione. l. meminerint. C. vnde vi, an obijcere possit dominij exceptionem.  
Constitutio. l. meminerint. C. vnde vi, an locum habeat in Pralato inuadente nomine ecclesie alterius possessionem.  
Constitutio. l. Meminerint. C. vnde vi, an locum habeat cum quis sponte ex pacto potest possessionem ingredi.  
Citationem esse necessariam cum petatur mista in possessionem ex Carboniano edicto, vel Diuisi. Adriani.  
Missus in possessionem ex edicto, vel Carboniano vel Diuisi Adriani possessore non uocato, in ea possessione tamen confirmari poterit.  
Habens autoritatem ingrediendi sua sponte possessionem, necesse non habet moneri facere possessionem, & si a Iudice associari petat.  
Citationis forma qua fit in casu constitutionis l. meminerint. C. vnde vi.  
Citatio per edictum non sufficit, cum in specie quis citandus est, & persona est certa.  
Possessor quis sit perquirendus, vt possit citari, cum mitis in possessionem petitur.  
Decretum nouum Sabaudia & Pedemontium in titulo delle Citationes. s. occorrendo, declaratur.  
Citatio que fit per Proclama tunc conceditur cum incerta est possessoris persona.  
Statutum Papie. 48. de renditione & in iustam datione ege-



- 107 *egregie declaratur.*
- 108 *Constitutiones Mediolani in tit. de bonis ad eridas pōnē-  
dis declaratur.*
- 109 *Citatio nominatim fieri debet, & si plures citandi sunt.*
- 110 *Citatio per edictum, quæ vocantur "vassals." ut accedant ad  
capendam inuelturam, non sufficit.*
- 111 *Episcopi generalis admonitio ut clerici omnes in habitu &  
transira accedant, non sufficit.*
- 112 *Absens non per edictum & proclama, sed per nuntium citari  
imprimis debet.*
- 113 *Statutum Ripæ. 10. in Civilibus. De citationibus declaratur.*
- 114 *Citatio per edictum sufficit cum possessio est incerta, nec  
certificari potest.*
- 115 *Citari potest absens in loco ubi non datur tutus accessus per  
edictum & proclama.*
- 116 *Locum esse inaccessibilem constare debet, ut possit concedi  
citatio per edictum contra existentem in loco illo, & si  
ibi praxis docetur.*
- 117 *Citatio per edictum sufficit cum curauit citandus per do-  
lum, ne nominatim citaretur.*
- 118 *Decretum nouum Sabaudie & Piedemontium sub tit. del  
le citatione. 5. non vagula declaratur.*
- 119 *Clericus citari potest sub generali citatione ut compareat,  
si sua interesse putauerit.*
- 120 *Citatio per edictum sufficit cum citanda est "miseritas",  
ibique praxis docetur.*
- 121 *Citatio per edictum sufficit cum sufficit præsumpta scien-  
tia.*
- 122 *Citatio per edictum sufficit cum proceditur ordine iuris non  
seruato.*
- 123 *Citatio per edictum sufficit ubi personarum adest multitudo  
& copia magna.*
- 124 *Citatio per edictum sufficit, cum ita ex statuto, vel consue-  
dine & ius constitutum est.*

**IMP. GRAT. VA-  
LENT. THEODOS.  
A. A. A. POTI-  
T. O. P. V.**

Meminerint cuncti siue uulgato re-  
scripto mansuetudinis nostræ, siue  
sententiæ cuiuslibet Iudicis utan-  
tur, in causis conueniendos do-  
minos locorum esse: aut si forte de  
fuerint, eorum actores ad infi-  
nuandas sententias procuratores-  
que esse quaerendos: ne in de iniu-  
riarum nascatur occasio, unde iu-  
ra nascuntur. Quod si præcep-  
ta nostra implere neglexerint

omni negotio, de quo iurgare co-  
perant, prouabuntur. Sin autem  
habito plerunque colludio, cura-  
tores uel tutores minorum his  
rem debitam ea occasione perua-  
dant, ut pupillis uel adultis iur-  
gandi copia, & fructus adimatur:  
his eatenus subuenimus, ut eos-  
dem non atterat damno culpa tem-  
eritatis alienæ; sed illico qui-  
dem possessio ei, a quo est ablata,  
reddatur: curatores autem uel tu-  
tores æterna deportatione puni-  
tos bonorum quoque publicatio  
persequatur Dat. II. Non. Apr. An-  
to. & Syagrio cōf.

**OCTAVVM REMEDIUM  
RECUPERANDÆ POSSESS.**

EX. L. MEMINERINT.

C. unde vi.

**C**RATIANI ꝑ Imperatoris uiri rei literariæ  
& militaris insignis præcipua constitu-  
tio est, ut enim is pietate in suos (ut te-  
statur Egnatius) egregius erat, sic ne q̄s Prin-  
cipis auctoritate læderetur sanxit, quod a præ-  
tore suo interdicto unde vi, non erat Consti-  
tutum, ut is qui rescripto parte non citata  
sp̄tē & sine iudicis auctoritate alterius pos-  
sessionem esset ingressus, possessionem illicō  
habeat restituere, eaq; multatur p̄na ut rei  
dominium perdat, si domini erat, si vero alte-  
rius quod in perpetuum deponeret. Coni-  
cimus ergo ex his nouam hanc ꝑ constitutionem  
nouum hoc in casu isto attulisse recupe-  
randæ possessionis remedium, cum (ut dixi-  
mus) Prætoris edicto non fuerit promissum;  
quinimo is possidere iuste uidebatur qui præ-  
tore auctore possidebat, quod ne ita passim  
liceret edita est sanè quam uilis constitutio  
hæc; quam vna cum glosa ibi. in. 3. intellectu  
sic fore omnes intelligunt. Ut rescripto vel  
sententiæ illud contineretur, quod illi impe-  
tranti rescriptum liceret sua auctoritate pos-  
sessionem ingredi, cum a nouo possessore spoliatus  
fuisse, cuius certe rescripti executionem,  
parte non citata, nec is impetrans nec  
Iudex, cui causa executionis est demandata;  
facere potest, alioqui indictæ hæc constitutio  
p̄na

p̄na erit; & ipsius p̄na ratione affirmant  
Bar. totius & Saly. in hac ipsa l. meminerint.  
in si. esse remedium personale, cum delinquē-  
tis tantum personā coarctat, non eos, ad quo-  
rum utilitatem rei possessio est occupata &  
ingressus, quo autem ad recuperandam posses-  
sionem ipsam conditio in rem scripta dicitur,  
cum detur aduersus illum, in quem peruenit  
possessio.

**3** Quæro nunc primo ꝑ quomodo intelligatur,  
ut is qui factio & auctoritate iudicis sua  
possessione priuatus est, illicō ad eam restituatur,  
ut in ipso tex. dicitur. & uerè constituen-  
da est regula negatiua, ut eam constituit Abb.  
in c. conquirente. n. 6. extra. de restit. spolia.  
Priuatum sua possessionem a ueritate iudicis  
no restituit, cum is seruato ordine iudicia-  
rio procedit, sic Abb. intelligit glo. in c. præ-  
sentium 7. q. 1. quam probat las. in l. iuste pos-  
sident. n. 3. de acquir. poss. qui & alios plures  
in hac retulit sententiam, a qua nec dissentire  
Bar. in hac. l. meminerint n. 8. & Saly. col. 2.  
sic & Albe. hic Ripa. in l. naturaliter. §. nihil  
commune. n. 60. 61. de acquir. poss. & in c. se-  
pe. n. 86. de restit. spolia. Iapia in l. iudicare  
ca. uere. n. 5. de Iuris. om. Iud. Dec. conf. 191. n. 9.  
vers. 7. hoc comprobatur & conf. 446. n. 16. &  
citando glo. d. cap. præsentium, sic regulam  
constituit Fely. in c. dilectus filius n. 1. dere-  
scrip. & eam secuti sunt las. cōf. 158. col. r. vers.  
vtra aliorum fund. lib. 2. & conf. 38. n. 4. lib.  
3. Lucas a Penna in l. si coloni. q. 23. & ibi Io. a  
Platea n. 3. C. de agricol. & conf. lib. 11. Rui.  
cōf. 49. n. 11. li. 4. D. Craue. conf. 5. n. 8. & Car.  
Melina. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 1. glo.  
4. n. 38. Feder. de Senis cōf. 79. sic decidit Ro-  
ta, in decisio antiquis in tit. de ordine cogni-  
tio. decis. 1. n. 1. 2. Afflic. c. 1. §. similiter n. 33.  
de Capit. qui curia vend. in vsibus feudorū &  
in c. r. §. quid ergo n. 13. de inuelt. de re alie. fa-  
cta clarè D. Craue. conf. 302. n. 3. Ratio illa pri-  
ma adferri solet: quia pro iudice præsumitur  
l. 2. C. de off. ciuili. Iud. sic statim citatus las. et  
Rui. addo Soc. Sen. conf. 115. col. 2. lib. 1. & a-  
liqua Alcia. tract. præsump. reg. 3. præsump. 9  
qui ergo contendit se a Iudice spoliatum esse  
non restituitur ante omnia, quia ei obstat iu-  
ris præsumptio iuxta. cap. ad decimas de resti-  
tu. spol. & alius supra dixi in primo remedio  
recuperandæ possessionis q. 20. & ideo rectè  
dicebat Archidia. in cap. quorundam. 74. di-  
stinct. quem retulit Fely. in d. c. dilectus. n. 1.  
de rescrip. cum ꝑ spoliatum debere imprimis  
probare se iniuste spoliatum, sic affirmat Du-  
randus de arte testandi tit. vlt. cautela vlt. n. 8.

quod pulchrè consuluit & Dec. d. conf. 449.  
num. 30. qui in eodem met casu respondit in  
quo & Rui. d. conf. 49. lib. 4. Decium secu-  
tus est Crauet. confil. 302. num. 3. nam uirtus  
6 ꝑ præsumptionis, illa est, ut transferat proban-  
di onus in aduersarium. l. Generaliter. §. si  
p̄titum in si. de fideico. liber. Brun. confil. 109.  
num. 1. latè Crauet. de antiquitate temporū  
prima parte xj. particula. num. 26. latè Dida-  
culus libr. 2. variat. resol. cap. 6. num. 1. Adferri  
potest etiam, secunda ratio quam considera-  
uit Bero. in capit. conquirente. numer. 8.  
post Abba. ibi de restit. spoliatorum, quia  
7 lata sententiam ꝑ etiam iniusta, mero iure ual-  
let, & transit in iudicatum, nisi intra debi-  
tum tempus appelletur. cap. Cum inter, de  
re Iud. quare standum est sententiæ & rei iudic-  
icate quæ pro ueritate haberi solet. l. res Iudic-  
ata. de regulis Iuris, omnes in rub. ff. de re  
Iud.

Declaratur Primo, conclusionem non  
8 procedere, cum iudex extrajudicialiter pro-  
cessit ut priuatus, sic omnes & præsertim Cy.  
& Albe. in d. l. 2. C. si per vim vel alio modo  
Abbas in cap. dilectus filius vltimo. uota. &  
ibi Fely. num. 1. versic. fallit primo de rescrip-  
sic. Card. Zaba. confil. 132. col. vlti. versic. ad  
secundum, & c. Brun. confil. 22. nu. 2. Ripa. d.  
§. nihil commune num. 59. Bero. d. cap. con-  
quirente. n. 5. 6. de rest. spolia. Io. Baptista Fran-  
retus confil. 22. nu. 4. §. confil. 30. num. 1. Fran-  
cis. de Marchis. q. 219. nu. 2. hanc sententiam  
probat clarius tex. d. cap. conquirente, & est  
ratio, quia procedendo extrajudicialiter ut  
priuatus, cessat illa bona præsumptio, quæ  
de eo erat, immò ꝑ impune ei potest restitui. l.  
prohibitum. C. de iure fisci lib. x. quam cita-  
re uoluit Alcia. de præsump. reg. 3. præsump.  
9. in si. & eam citauit Dec. in l. vi. vim nu. 24.  
de Iust. & iure, qui & in hanc retulit senten-  
tiam tex. l. factum a Iudice de reg. Iur. & alia  
tradunt Soc. Sen. Tract. fallen. reg. 442. fall. 2.  
& est textus in l. omnes. C. de decurio lib. 10.  
in l. contra præcepta. C. de executio. & exacto.  
lib. 12. latè Grama. conf. 56. nu. 26. confil. 51. nu.  
1. 2. voto. 1. num. 15. voto. 32. num. 24. Placa  
Hispan. l. 1. Epito. delicto, cap. 28. num. 9. addo  
textum in c. Iudicet. 3. q. 1. in cap. priusquam  
28. distinct. Altera quoque ratio adferri po-  
test, quia cum Iudex procedit extrajudiciali-  
ter & ut priuatus, ꝑ spoliat. ac iniuriam in-  
ferre dicitur, ob quam ut alter priuatus con-  
ueniri poterit. l. qui iniuriam. §. qui iure,  
iuncta. l. nec magistratus. ff. de iniuriis, & sen-  
sit Bero. d. c. conquirente num. 6. & Placa. d.

cap. 28. num. quo loci alios quam plures, qui aliter sentiunt, retulit, vt Bartolum. in 1. si feruus. C. de his qui ad ecclesi. confug. & in l. vlti. C. quando liceat vnicuique sine iud. vind. Verum locutus est in locis illis Bartol. cum factum a Iudice, vel ab altero eius nomine iure permiffum est, vt in casu d. l. si feruus qui a familia iuste potuit capi, iuste occiditur, si resistat, vt Bartolum in eum probatit Grama. Decifi. 47. sic & in casu d. l. vltim. vbi Bar. locutus est in eo, qui occidit Bannitum ex statuti licentia & declarant Rui. consi. 153. in fi. lib. 3. & Crauet. de Antiquitate Temporum quarta parte princip. prima particula. nu. 1. 2. & ita procedant alia a Placa illo citata. Hec tamen declaratio intelligitur procedere, cu i possessor potuit habere ius aliquod, quo se ipsum defendere potuiffet, secus qua doq notorium est, eum ius aliquod non habere, sic in terminis respondit Brun. consi. 22. num. 2. versic. non obstant Sapia in l. Iubere num. 6. de Iud. d. om. Iud. & sentit Barto. in hac ipsa l. meminere. num. 7. ibi, quia pars non debebat requiri, & idem sentit Dec. consi. 191. colum. vltima Grat. in consi. 76. num. 12. lib. 2. licet Ripa in cap. sep. num. 86. versic. item factis de restit. spolia. aliter sentiat, nec recte facis.

Declaratur 2. non procedere, quando iudex est incompetentens, nam & tunc licet processus sit ordine iudiciario, & nihilominus is spoliatus aduc dicitur, & ideo illico est restituendus sic Butri. in d. cap. conquirente, quem secutus est, Ripa in d. §. nihil commune, nu. 59. versic. 21. procedit: qui eiusdem fuisse sententia retulit. Soc. Sen. consi. 12. colu. 2. lib. 1. idem censuit Anchar. consi. 248. primo dubio. & Fely. in d. cap. dilectus. nu. 1. versic. fallit 3. & Crauet. consi. 302. num. 1. circa med. citatur tex. in cap. cum causa in fi. de off. deleg. Ratio precipua adferri solet, quia iudicatum ab eo, qui non habet Iurisdictionem, iudicatum non dicitur l. 1. §. vlt. ff. ad. S. C. Tertull. in l. 1. §. hac verba. ff. quod quisque Iur. l. 2. in fi. ff. de penis, quare i sententia lata a Iudice incompetenti omnino nulla esse dicitur, toto titulo. C. si a non compe. Iud. immo nullitas ex incompetencia proueniens ceteris maior dicitur: vt late diximus supra in 5. remedio recuperanda possessionis ex l. extat. ff. quod metus causa q. 2. Altera quoq; ratio (no tam longe dissimilis), adferri solet, quia iudex qui aliquid agit, quod ad suum officium non pertinet, presumptionem pro se no. habet, vt in capitulo significauit de appel

la. Alcia. d. reg. 3. presump. 9. nu. 28. & ibi nu. 27. loquitur in hoc casu nostro. Tertia quoq; assignari potest ratio: quia iudex i incompetentens procedendo, vt priuatus procedere dicitur: sic vno verbo censuit Craue. d. consi. 302. num. 4. versic. potest etiam. Hanc declarationem intelligunt Dec. consi. 125. num. 8. & in l. vlt. nume. 16. in fin. de iurisdic. om. Iud. & Crauet. d. consi. 302. nume. 1. circa med. cum de incompetencia & Iurisdictionis defectu clare apparet, secus si de ea non constaret, nam tunc Iudex potius errore, quam culpa lapsus dicitur, quare iniuriam intulisse non censetur, vt propat secundum eos textus in c. presertium. 7. q. 1. & quia hac declaratio posterior a veritate sequentis, quam subicito dependet, ideo latius in ea dicemus.

Declaratur 3. ut non procedat, quando iudex, vt competens processit, sed nulliter, nam & tunc spoliare dicitur & vt spoliatus illi co. restitui debet sic Abb. d. cap. conquirente n. 8. vbi Bero. n. 7. 8. de restit. spolia. Fely. d. dilectus col. 1. ver. fallit. 2. de rescrip. Dec. in l. vlt. n. 35. C. de ed. Diti Adr. tollen. in l. non videtur. §. qui iussu & in l. factu a Iudice de reg. iur. Boe. q. 238. n. 4. Craue. consi. 18. n. 8. consi. 124. n. 4. & consi. 140. n. 2. qui Oldra. Bal. Soc. & alios plures in hanc restituit sententiam, quo fit vt intelligamus hac esse communem Doctorum assertionem, que tamen vix est quod bono aliquo sulciatur fund. nam qui solet allegari tex. t. c. conquirente. non loquitur cum iudex, vt iudex copetens processit, licet nulliter: sed verius loquitur, cu processit extra iudicialiter, ut is tex. in prim. clare aperit quo casu non vt non Iudex, sed vt priuatus procedere dicitur: seq; no. probat hanc declar. vt nec eam probat tex. in t. c. causam matrimonij de off. deleg. vbi glo. vltima. nam ibi iudex sine mandati excessit, quare non vt Iudex, sed vt priuatus processisse dicitur, iuxta doct. Oldra. consi. 227. col. 1. in fi. qua delarat Craue. consi. 302. n. 4. ver. potest etiam infine, qua de clar. sic pariter respondetur textui. c. cum causam. eo. de off. deleg. tex. autem huiusl. meminerint, non pariter hanc probare videtur sententiam, siue secundu Bal. & Saly. intelligamus loqui, cum no ipse iudex exequitur, sed cum pars ipsa sine iudicio & cause cognitione sub prete: tu rescripti possessione ingrediuntur. siue intelligamus et secundu Bar. loqui in iudice exequente sine citatione partis, nam & tunc non dicitur procedere, ut Iudex sed vt priuatus. sic Card. in Clem. 1. de celeb. missa quem post Fely. in. d. c. dilectus. de rescrip. et Dec.

Dec. in l. factum a Iudice. de reg. Iur. est secutus Craue. d. consi. 302. n. 4. qua responsione diluitur & fund. quod fieri solet ex l. 1. vlt. C. si per vim vel alio modo que vere loquitur cum citationis inest defectus vt eum intelligunt ibi omnes, & Bar. in l. vlt. n. 4. C. de ed. diti Adr. toll. Barba. consi. 13. col. 2. in fi. lib. 3. Rui. consi. 17. n. 3. 5. consi. 128. n. 1. 2. lib. 5. qui et intelligunt loqui in interdicto retinenda no. autem recuperande. tex. autem in t. c. ex iniuria. de procura. non pariter vrget, cum lata ibi fuerit sententia contra procuratorem expressse reuocatum, qui proceden. in causa domino non poterat adferre preiudicium, nam gesta cum tali procuratore sunt ipso iure nulla glos. in. ca. cum mandato. in verbo reuocato de procura. Vant. traet. Nullita. in tit. de Nullita. ex defectu inhabil. compa. n. 162. Ratio autem illa, que ad firmandam hanc sententiam postremo loco considerata fuit a Ripa in d. §. nihil commune n. 59. ver. est enim j. is dicitur in lata culpa, qui vitur sententia nulla, ideoq; non esse miru si de violentia tenetur. §. 1. in. vi bono. raptio. hac in q. ratio certo casu procedere potest, cum scilicet de nullitate clare & notorie constans, secus si nullitas inest non ita tamen apparsit & manifesta, nam tunc is qui ea sententia vitur a lata culpa excusatur, cum leuis quelibet causa excuset a dolo & ita etia a lata culpa que ei equi paratur, & quod leuis causa excuset, probat is tex. l. igitur. §. causa. deli. cau. & alias sapitus sup. diximus, rursus hac ratio cuitari potest, quia & si is qui ingreditur videatur in culpa, non tamen is tenet, restituere ante omnia cum contra eum non agatur sed contra ipsum iudicem vt intelligunt Abbas & Bero. in. d. c. conquirente. vterq; n. 8. & 9. contrariam ergo sententiam aduersus comunem probauit i Craue. consi. 302. n. 4. versic. ante procedit & c. dum inquit quod si iudex procedit iudicialiter & lata sententia & si nulliter possessor priuet, eum non restitui ante omnia: & nullitas exemplum ponit, vt cum litis contestatio non est facta, vel quid simile est omiffum; nam; hoc casu (inquit Craue.) sententia dicitur nulla ex omiffione alicuius ordinis vel solemnitatis: at tam iudex, vt iudex processisse dicitur non vt priuatus, quare vt aliqua sit differentia inter hunc authoritate Iudicis spoliatum & spoliatum a priuato, cu spoliatus a priuato restituitur ante omnia, ergo contra qui a Iudice non restituetur, qua differentiam faciunt omnes (inquit Craue.) nostri interpretes dum affirmant a Iudice spo

liatum non restitui ante omnia sed causa cognita siue iuste fuerit spoliatus siue non, cu tamen spoliatus a priuato ante omnia restituetur. confirmatur ex Alber. in l. si de ui. col. vlti. ff. de iud. du inquit, quod si a Iudice fiat spoliatio, & bona domino proprio tradantur, reuocationem non fieri ex l. vlt. §. vlt. ff. de eo, quod metus causa: vbi uero a priuato fit spoliatio, tunc fit restitutio etsi spoliator de dominio incontinenti probare uellet. Verum censeo esse animaduertendum. d. 28. l. vlt. §. vlt. loqui in ui compulsua, ob qua restitutio ante omnia non conceditur. ut diximus supra in primo remedio recuperande possessionis ex interdicto vnde ui. q. 10. quo autem ad hanc ipsam nostram declarationem subsisto non parum, cum vrgens admodum sit ratio, & fundametu. Craue. quod aliquando visum mihi est Abbas esse in d. cap. conquirente. nu. 8. & Beroij: ibi nu. 9. Ij ratione t differentie inter spoliatione a Iudice facta, & facta a spoliatore assignare videntur. dum inquit spoliatu a Iudice causam ob quam fuit spoliatus esse iniustam & nulliter processum demonstrare debere, cu scilicet iudex in forma iudicij, & tamq; Iudex processit ea ratione, quia pro iudice est presumptio, sed diuersum est cum spoliatio a priuato fit, nam tunc spoliatus non probat aliquam causam iniustam, sed solum probat antiquam suam possessionem, & spoliacionem iuxta glos. in l. 1. §. interdictum. de ui & ui arma. Craue. consi. 140. nu. 1. & latissime infra dicemus in 15. remedio recuperanda possessionis ex cap. reintegranda. §. q. 1. m. q. 29. quare in exceptione dominij non videtur differentia inter spoliatum a Iudice & spoliatum a priuato, sed in probatione cause iniusta vel iniusta ut diximus; nam iniustitiam cause seu nullitate demonstrata a spoliato ita restituetur illico, ut spoliatus a priuato, & ideo, quod idem Craue. in. consi. 18. nu. 8. versic. nec dicitur. Censuit nullam esse differentiam inter spoliacionem a priuato factam, & factam a Iudice nulliter procedente, intelligo, quoad dominij exceptionem a spoliatore obijciendam, non quo ad cause probationem confidero praterea ut supra dicebam spoliatu a Iudice experiri, non contra suum aduersarium, sed contra ipsummet iudicem in omnes in. d. ca. conquirente, fatentur. quo ergo poterit modo iudex dominij exceptionem obicere cogitandum tamen erit. Non ignoro tamen Carolum t. Molinau. in. d. consuetud. Parisien. d. tit. 1. §. 1. glof. 4. nu. 39. affirmasse huic spo

lato non concedi aliquod interdictum recuperanda possessionis, sed esse succursum remedio appositionis vel recursus ad superiorem, quo mediante restituatur ante omnia, ut si daretur interdictum, quod inquit ille probari ex multis canonibus vt ex. cap. presentium. 7. q. 1. in. cap. qua praesulatus. 1. q. 4. in. c. hoc qui ppe. 3. q. 6. in cap. quorumda. 7. 4. distict. cap. notum sit. 2. q. 1. d. cap. conquerente. de restit. spolia. ca. ex insinuatione de procura. ca. referente. de praeben. uerum conuicere no possumus ex relatis iuribus, quod remedium fuerit intentatum, ut spoliatus is restituere, cum in genere tantum dictum sit spoliatum esse restitutum, quo autem remedio nihil, nec ad rem facit per recursum ad superiorem spoliato fuisse consultum, cum ex necessitate illud cotingat, nec enim coram eodem met vel pari magistratu spoliatus conueniri potest sed maiorem adire debet, ut is possit iudicare in spoliatorem, cum par in parem non habeat Imperium. l. nam & magistratus. de arb. l. ille a quo. §. tempestiuum ad Trebell. Non insicior tamen una hac via consultum esse posse ipsi spoliato, & tutius arbitror si viam hanc amplectatur, cum denegari spoliato r recursus ad superiorem non possit auth. qua supplicatio. C. si contra ius vel util. pub. poterit quoq; is spoliatus uti remedio huius constitutionis. l. meminere iuxta intellectum Bar. & aliquorum quos statim reulit, etsi dissentiant alij, cogitandum tamen erit, quia perplexus satis locus est.

Declaratur quarto non procedere, cum possessor in non obstante lata contra eum sententia resistit, tunc is pro quo lata est sententia, & cui data est facultas ingrediendi possessionem, eam ingredi. non potest, quod si ingrediatur, is possessor, ut spoliatus restitui adhuc debet, & communem hanc esse doctorem sententiam testatur Ripa, in d. l. naturaliter. §. nihil comune. nu. 62. de acquir. poss. idem. in. cap. saepe. nu. 87. de restit. spoliato. Ias. in. l. iuste possidet. nu. 19. de acquir. poss. qui Bar. multis in locis citauit, praesertim in l. creditores. nu. 18. C. de pigno. idem sentit Sapia. in. l. iubere. n. 7. de iurisd. om. iud. idem censuit Cagnol. in. d. l. non est singulis nu. 5. de reg. iuris ea vna adducuntur ratione, t iudicem non posse concedere licentiam ingrediendi possessionem per vim, qua ratio si ue ra est sustinetur, & communis haec sententia, alias nequaquam, qua in re uerior ne falsum fit commune hoc praesuppositum, nam qui solet allegari t. tex. l. non est singulis de regu.

iur. intelligitur secundum Bal. in disputatione, qua incipit. Accusatus de ui turbatiua, ut refert Ias. in. l. iuste possidet. nu. 19. de acquir. poss. & Fely. in. cap. de caetero. num. 14. versic. tenendo. de re iud. & Cagnol. d. l. non est singulis. nu. 5. cum is exequitur tamquam priuatus, quod ad iudicis officiu spectat: nos autem in eo casu loquimur, cum ingrediens ut iudicis delegatus, & nuntius ingrediatur, cum ab eo licentiam sic intrandi concessio sit. quo fit ut quemadmodum ex concessione legis mortuae cessat dispositio. d. l. no est singulis, ut declarat Ias. in. l. 2. nu. 106. C. de iure emph. sic pariter ex concessione legis uiue idest praetoris. §. praetorum quoq; edita. Inst. de iure naturali gen. & ciuil. sic tex. qui secundum loco solet citari in. t. l. missi opinatores. C. de exact. tribu. lib. x. non probat, cum ibi exactores illi non sint consecuti licentiam a Iudice, quod declarat ex principio illius tex. dum uult Iudicem cum delegatoris litteris exactione illis exactoribus mandare debere, deinde quod si passus fuerit debitores delegari idest exigi ab exactoribus, nam dum dicitur passus est intelligitur tacendo idest non comittendo illis expresse exactioem illa, Rursus ibi non agitur de uolentia uel non concedenda. sed solum prohibet Iudices ne eis liceat delegare exactioem certi tributi generis, cum de alio concedatur. Non pariter hanc adiuuat sententiam tex. huius. t. l. meminere, quam etsi intelligat Ripa. d. cap. saepe. n. 86. probare contrariam sententia, & Fely. in d. cap. de caetero. num. 14. inquit procedere cum solum lata est sententia super principali no cum solum de ingrediendo. quia sententia, non dicitur sed postremum hoc no satis probat, cum uere de sententia exequenda loquatur, dum praesupponit in prin. sententia esse latam, quare uerius dico nec unam nec altera probare opinionem, cum solum ibi de ui citationis agatur. ut scilicet qui sententiam & rescriptum obtinuit de ingrediendo, no ingrediatur nisi parte uocata, quis modo eum in possessione mittat uel iudex uel ipse met priuatus, nihil in textu. Non quoq; huic suffragatur sententia t. tex. l. si quis in tantam. C. unde ui, quia ut recte censuit Fely. d. cap. de caetero. nu. 14. loquitur cum priuatus sua autoritate ingrediatur ante latam a se sententiam, & concessam licentiam de ingredienda possessione, textus autem t. capi. cum nostris. de concess. praeben. vbi glou. & quem in hanc sententiam citabat Inno. in. cap. olim. 2. col. 2. de priuileg. non probat, cum procedat

in dubio, nam & et ipsemet Inno. loquitur nisi is nuntius hoc haberet expresse in mandatis, & refert Alex. in. l. iuste possidet. nu. 29. de acquir. poss. quin potius contrariam sententiam is textus probat, ut infra subiciam. Contrariam itaque sententiam defendit Bald. in. d. Disputa. Accusatus de ui turbatiua. col. 11. vers. nunc incipit, quem est secutus Fely. in. d. cap. de caetero. nu. 14. de re iud. et Bald. refert. Alex. d. l. iuste. nu. 19. ubi Ias. nu. 29. & Ripa. d. §. nihil commune. nu. 62. quam sententia ueriores semper existimaui, tamen non ignorem aliqua, quae a Bal. & caeteris adferuntur, non satis iure sustineri posse, ut illud primum, quo adducitur Bald. hunc ingrediendem per vim ex licentia, non loco priuati, sed magistratus ingredi, argumento. t. l. Diuus. ff. de seruis fugiti. nam is textus, assumptum non probat, sed contrarium potius, dum affirmat Praetorem concedere ingrediendum alienum, ut fugitiuus seruus perquiratur, & (si opus erit) apparitorem, quod intelligo cum aduersarius resistit, non ergo conceditur haec licentia ipsi parti de ingrediendo per vim, sed conceditur apparitor. credo tamen alio iure Bald. assumptum probari, ut infra statim subiciam, tex. autem. t. l. si seruus. C. de his qui ad eccles. confug. que in hanc sententiam citat Saly. in. l. meminere. C. de exhiben. reis, dum inquit, quod si quis licentia a Iudice habeat capiendi malefactorum, & is resistit, si occiditur, impune occiditur, ergo fortius hoc casu. na ut inquit Alex. d. l. iuste possidet. nu. 29. is textus processit ulterius disponendo, quod non contingit in casu nostro. Iquin? lex illa ut meminit Alciatus lib. 2. parerg. iuris cap. 45. & Didacus Couarr. lib. 2. varia. resol. cap. vlt. nu. 14. est admodum iniqua, ut existimaui Diuus Chrysothomus contra Eutropium Constantij Imperatoris Eunuchum, cuius suasionibus lex illa fuit promulgata. Non adiuuat pariter hanc sententiam t. textus. l. vlt. C. quando liceat vniciuique sine iudi. se. iud. & l. si ut allegas. vbi Saly. C. ad. l. Cornel. de scar. quia ut censuit statim a me relatus Alex. procedunt ulterius disponendo, vel secundo inquit Alexan. quod nisi in casu illo lex eam concessisset facultatem contra resistentem, inutiles fuisset concessio, nam dum conceditur offensio contra offendentem, inest necessario offendentis resistentia, quod non contingit in casu nostro: cum hoc casu utilis esse possit. quando inquam nullum inuenit resistentem & casu, quo inueniat, ingredi non poterit.

Quod autem dicebat Bal. non licere quidem priuata autoritate vim inferre, licere tamen publica. t. 2. in. si. cum. l. vlt. §. vlt. ff. quod me. cau. dico ibi no fieri uolentia a priuato ex licentia Iudicis, sed ab ipso met Iudice, qui propriu apparitoris transmittit, vt supra dicebam ad l. Diuus. de ser. fug. t. tex. uero l. fidi. §. 1. de acq. poss. a Bal. citatus, non confortat ad rem, cu ibi non probetur an Iudicis autoritate illa concessio de ingrediendo permisa fuerit. No quo que illud suffragatur factum t. iudicis esse factum partis. l. si ob causam. C. de euictio. l. si pign. ff. famil. Hercis. quare si pars alteri concedat, vt ingrediatur, & possessionem apprehendat, eo deinde resistere poterit ingredi, secundum opinionem Io. glofa. quam refert & sequitur glo. in. l. Creditores in glo. 1. C. de pign. ergo & idem nostro hoc casu, cu a Iudice datur licentia, na respondetur, uno uerbo declaratur. qua in his terminis uisus est Bart. in hac ipsa l. meminere. nu. 4. quem est secutus Ias. in. l. iuste possidet. nu. 27. de acquir. possessione. & Soc. Sen. consil. 158. col. 1. circa med. libr. 2. tunc factum iudicis esse factum partis, quando iuste procedit, sed in casu isto haud recte satis procedit, cum licentiam a lege minime permisa concedat, secundo etiam respondetur Ioan. Glofatoris sententiam crebriore calculo reijci, vt scripsit Bartol. in. d. l. creditores. nu. 18. & late Tiracq. De iure constituti. prima parte. nu. 37. quare uerius existimo, hanc Bald. sententiam posse defendi, ex eo primo Bal. assumpto, hunc sic ingredientem ingredi, no vt priuatus, sed vt magistratus & legis minister, cum & priuato t. iurisdicatio mandari possit. l. vltima & ibi Dec. nu. 2. ff. de off. eius, & c. ita uidemus factum in casu e. cum nostris de concess. praeben. ac etiam in casu d. l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confug. quae tamen dura lex sit & certo modo iniqua, attamen praeter casum immunitatis ecclesiae, iustum praestat argumentum concedi posse licentiam, nec est quid quod prohibeat, quem esse executorem in re propria du modo ius sit liquidum, secundum Baldum, consil. 345. ad euidentiam colum. 2. in princ. lib. 1. Cassiod. in suis Decisionibus tit. De cau. poss. & propria. Decisione 6. num. 3. 4. Nec difficultatem facit ratio. l. non est singulis de reg. iur. dum ait, ne sit causa maioris tumultus, quia cum is habeat mandatum a superiori, factus est superior, & qui ei resistit magistratus resistit, quare quemadmodum is iudex & magistratus manu potest armata ingredi. l. qui restituere. ff. de rei vend. & in nostris terminis

minis declarat Caffod. qui supra. d. Decifione. 6. & num. 8. 9. sic & is qui magistratus est loco, alias absurdum sequeretur, quod is semper magistratus, & superior manu propria suam exequi haberet sententiam, † quod intelligo, cum is magistratus delegandi habet potestatem vt declarat Alex. in l. a Diuo Pio, in princ. num. 14. in fin. de re iud. Et probata hac Bald. sententia, non est, quod confugiamus ad distinctionem, quam facit Abbas in cap. de cetero num. 11. & ibi Fely. num. 14. de re iud. & Alex. in d. l. iustè possidet. num. 29. in fin. & in d. l. a Diuo Pio. in princ. num. 14. & sensit Cagnol. d. l. non est singulari num. 5. de regulis iuris, quod aut demandatur executio sententiæ late super quantitate soluenda, in qua necessaria est causæ cognitio iuxta. l. a Diuo Pio. §. in venditione de re iud. & hoc casu cum nemo in causa propria iudex esse possit. l. vnica. C. ne quis in sua causa sibi iud. & si in l. qui iurisdictioni. de iurisd. om. iud. non poterit talis executio illi mandari. Cum de causa cognoscere impeditur, sic procedat Bartol. & aliorum, quæ vide tur receptor sententia, aut aliqua causæ cognitione opus non est, tunc mandari potest, executio illa ac possessionis occupatio, seu verius immisio etiam possessore reluctante, sic procedat Bald. & aliorum sententia. Non placet hæc distinctio, quia licet primum illud caput in se verum sit, attamen doctrinæ Bartolinon conuenit, quandoquidem simpliciter locutus est Bart. cum sola nuda & mera executio faciendâ est & in hoc ipso casu sic conueniunt omnes, licet vnus vnâ, alter alteram, affirmet sententiam. Non est quoque, necesse quod confugiamus † ad Ripæ distinctionem in d. §. nihil commune num. 62. dum sic distinguit, aut ingrediens aduersario resistente potuit adire iudicem à quo impetraret familiam, quæ Commodius posset possessorem reluctantem cogere, vt possidere, & ingredi eum sineret, & tunc si non accessit, sed maluit per vim ingredi, tunc ingrediens non excusatur, & hoc casu procedat Bartol. & sequacium sententia, aut non potuit adire iudicem, vel si potuit id facere non sine magna verrecundia potuit, iuxta doctrinam Barto. l. vt vim vbi Dec. num. 35. de Infit. & iure, & isto casu procedat Bald. sententia, quia tunc excusatur hic, qui per vim ingressus est. Non enim defendi potest hæc distinctio, nam frustra in Primo capite dicitur, aut potuit adire iudicem &c. si enim iam licentiam ingrediendi per vim affectus est quorsum iterum adi-

re iudicem? nec dicitur, vt concedat executores, quæ satis (si sibi sic placuit) pars ipsa potuit executoris loco designari, quare cessat & illa culpa, cum licentiam iam obtinuerit, Rursus secundum distinctionis caput, non est pariter verum, quia semper potest quis hoc casu adire iudicem, nec enim subest amissionis periculum, cum agitur de missione in possessionem rei immobilis, iuxta subiectam materiã, quod non contingit in casu doctorum, qui loquuntur cum periculum, ob rem mobilem quæ asportatur in mora est.

Quero 2. quid sit autoritate Principis alterius possessio occupetur, & spoliatum esse etiam ante omnia relitendum affirmarunt Afflict. neap. Decif. 361. num. 35. vers. nec obstat. 4. ratio, las. consil. 38. propè finem. lib. 3. & ante eos Bald. in consil. 135. In causa egregij, &c. propè finem lib. 2. respondit, quod etiam si Imperator licentiam ingrediendi alterius possessionem dedisset licentiam illam non subsistere, & idèd post Francum in cap. licet episcopus. 3. notab. de præben. in. 6. consuluit Ferretus consil. 4. numer. 1. † executorem Põsticis non posse ordine non seruato clericum sua possessione spoliare & idem Ferretus consil. 7. num. 11. affirmatui necessum fore apud Principè siue iudicem fieri debere probationes parte vocata antequam amoueatur possessor, idem Ferret. consil. 10. num. 10. consil. 27. num. 10. consil. 30. num. 12. Verum quæ adferuntur fundamenta non multo vrgent, textus enim † l. autoritate. C. vnde vi, non suffragatur, cum eo in casu intelligendus sit, cum ante principis licentiam, quis alterius possessionem ingreditur, & commissa violentia vult autoritate Principis in possessione confirmari, quod minimè conceditur, quia aliàs esset occupatoribus & delinquentibus fauere, quod iniquum admodum est. Text. autem huius nostræ † l. meminerint intelligitur cum lata fuit sententia super possessorio, vel cum est datu rescriptum à Principe, ut is supplicans in possessionem, quam propriam asseruit, mittatur, nam tunc citandus est possessor, & probandum est, vera esse, quæ exposita sunt, nos autem loquimur, cum Princeps licentiam absolutè de possessione ingredienda concedit sic & text. † l. vlt. C. si per vim, uel alio modo, equitatur, cum intelligatur quando deficit partis citatio, quam † citationem Princeps numquam tollit, sic & textum illum intelligunt ibi doctor. & Barbatia consil. 13. colum. 1. lib. 5. Marfil. sing. 195. Nemo est &c. col. 2. in fi. lib. 3. Rui. consil. 17. nu. 4. consil. 128.

nos

nos autem loquimur, eo casu solum, cum Princeps possessorem sine causa spoliat licet eum ad iudicium uocauerit, nam eum non uocando nulla esset eo bona præsumptio ut iam supra in iudice diximus; Non urget quoque text. in † ca. conuenerente de restitut. spoliat. cum non loquatur in Principe spoliato, sed in Archiepiscopo, qui sine aliquo iudicio ipsum possessorem spoliavit, qui casus a nostro difert, cum nos loquamur in Principe supremo, Tex. autem. l. & si non cognitio. C. si contra ius uel util. publ. qui ab Afflict. citatur, nihil ad rem confert, cum solum dicat, rescriptum obtentum super executione, executionè non esse, quòd de fraude obijcitur, non enim ibi agitur de certa sententia, & uoluntate Principis sic uolentis exequi, sed de fraude a parte commissa, cui alio non docto. Credendum non est.

Contrariã itaq; sententiã probasse uidetur sibi parè cõstas Bal. consil. 295. Ad euidentiã lib. 3. quem retulit Afflict. Decif. 361. nu. 12. & quæ retulit secutusque fuit Paris consil. 99. n. 18. lib. 4. Baldi consil. credo esse. 345. Ad euidentiã præmittendum est, quod Imperator. lib. 1. §. & Ripa. in d. cap. & p. num. 87. de restitut. spoliat. affirmant enim relati interpretes, expulsum per vim ab eo qui habet autoritatem à principe non posse agere possessorio recuperande, quia expulsus autoritate magni Prætoris dicitur, eiusdem sententiæ fuisse uidetur, Alber. in l. si de ui colum. ultim. de usu cap. ut referunt Afflict. & Paris. & si is absolute in quouis iudice loquatur, nec hoc affirmavit, ut supra diximus in q. 1. ab hac tamen sententia non dissentit Cy. in hac l. meminerint, ut retulit Affl. Baldum quoque quem supra Citauit Crauet. consil. 5. num. 7. eumque probasse uisus est, ea adducitur ratione, quia Princeps non tenetur seruare ordinem iudiciorum. cap. in causis de re iud. Bald. in l. ultima. C. de legibus. Albe. l. Princeps. ff. eo. quando scilicet sibi placet ordine non seruato procedere, licet alias, ut plurimum procedat iuxta legis dispositionem, verum non satis urgens est ratio, cum tex. cap. de causis contrarium probet, cum clarè ibi Pontifex max. professus fuerit, se ordinem iudiciorum obseruaturum, & licet aliquas solemnitates Princeps prætermittere possit, non tamen quæ iuris naturalis sunt, ut citationem, sic omnes in. l. ut vim ibi Claud. Seyell. colum. 1. de Infit. & iur. clarè Soc. Sen. consil. 266. colum. 16. uerf. 6. & Vlt. casus. lib. 2. Dec. consil. 498. in fi. consil. 328. colum. 2. & alios citauit Crauet. d. consil.

5. num. 5. & in Tract. de Antiquitate Temporum prima parte princip. in princ. num. c. 30. Non pariter hanc adiuuat sententiam, quod citatur fund. à las. d. consil. 38. circa finè. lib. 3. quod licet, iusta causa in Principe necessaria sit, ut possessorem priuet ac spoliat, attamen † satis iustam & legitimam causam in Principe præsumi, ut possessorem, sic scripsit Bart. in l. relegati. ff. de poenis Cy. & Bal. in l. referri pta. C. de præcib. Imp. offer. hinc dicebat Bald. in c. ecclesiæ. Sancte marie. col. pen. de const. tad iustificadū beneplacitū Principis sufficere solum occasionem & si leuem, quoniam admiratione dignum iudico, censuit Bald. in l. si testamentum. C. de testa. quæ retulit Cur. sen. consil. 50. col. 20. vers. præsumitur enim &c. talem esse pro Principe præsumptionem vt in contrarium nulla obici possit probatio, & aliqua scripsit Alcia. tract. præsump. reg. 3. præsump. 8. & testatur las. in l. si testamentum. nu. 3. C. de testam. communem esse sententiã, in Principe causam præsumi, hinc post multos respondit Craue. consil. 237. num. 4. † Principem bonum præsumi, nec metum alicui in ferre. ex. l. 1. C. de iis qui per met. iud. non appel. huius enim fund. respõdetur. quod in his casibus in quibus ad libitum nõ potest † Princeps de bonis subditorum disponere, in his pro eo non præsumi. sic latissimè scripsit Craue. tract. de antiq. temp. prima parte princip. in pri. nu. 31. vbi multos citat, addo Alcia. d. præsump. 8. nu. 5. ubi. hanc esse receptoriõ sententiam testatur & late. Craue. consil. 233. n. 3. consil. 241. col. 12. in pri. cum ergo in casu nostro ad libitum non possit Princeps de rebus subditorum disponere. tam in acquisitis iure gentium quam de acquisitis iure ciuili, sequitur † non præsumi. in eo causam cum spoliat, quod in acquisitis iure gentium non possit probant omnes. ut tradit Dec. cõf. 198. col. pen. in fi. & consil. 37. in fi. & late. Craue. d. tract. de antiq. tempo. loco iam citato nu. 20. idem in consil. 135. nu. 41. consil. 171. nu. 11. & consil. 41. col. 12. addo Rui. consil. 41. col. 1. lib. 1. & quod idem sit in acquisitis iure ciuili, idè Craue. d. tract. loco quo supra n. 50. dum affirmat acquisita † tit. præfer. vel alio simili a Principe auferri non posse, quod & latissimè explicat idem Craue. consil. 135. nu. 18. quamobrem difficilis est, quæstionis dissolutio, existimaui tamen aliquando plures casus sic posse distingui. Primus itaq; erit quum Princeps † extra iudicialiter, nõ uocato possessore processit, qui si uocatus fuisse mentem & animum Principis à proposito auertisset edocuit

cendo rem ib eo sine causa auferri non posse & hoc casu procedat communis sententia, cū nec liceat Principi aliena occupare sine causa, tunc in eo causa nō præsumitur, quod tunc intelligitur, nisi Princeps notorium proditorem spoliasset, sic Afflic. in cap. 1. §. si duo homines nu. 6. de Pace tenen. et eius viola. in uibus feud. ubi intelligit et si a Principe possessione illa nō apprehensa, bona illa à tertio possideri permiserit princeps secūdo intelligit si nisi princeps à principio occupasset caltrum suæ defensionis causa, & deinde bello finito restituit non primo possessori, sed illi quem dominum intellexit, nam is primus possessor non agit contra nouum possessorem Afflic. in cap. 1. §. quid ergo nu. 1. de inuestitu. de re alic. facta. Tert. intelligo etiam uerum quando alio iure potuit Princeps sua autoritate possessionem illam ingredi, ut in specie consulti Dec. conf. 191. nu. 9. vers. 7. qd̄ supra, qd̄ alias dixi generale in quocunq;.

Secundus est casus quando Princeps uocato & et audito possessore, eum sua possessione spoliat, seu priuat, tunc, cum causa in eo præsumatur ante omnia is priuatus non restituitur, sic simil modo à iudice spoliatus non restituitur, ut in præcedenti questione diximus, & hoc casu procedat Bal. & aliorum sententia, ut clarè sentit Craue. d. conf. 3. nu. 7. Tertius est casus quando quis à principe obtinuit rescriptum, quo ingredi possit possessionem, si is ingrediatur non uocato & possessore, dicitur eū spoliare, & hoc casu procedit tex noster. l. meminere, & d. l. vlt. C. si per vim uel alio modo.

Quartus est casus, quādo quis facta spoliatioe et ui cōmissa à Principe uult cōfirmari & possessor, hoc casu auctoritas Principis possessor illi non cōfirmat. nec uiolentiū uitū tollit, sed spoliatus ante omnia restituitur, et hoc casu procedit tex. l. auctoritate. C. vnde vi, ubi Bar. glo. & alij in. l. 2. C. de fund. & Sal. rei do. lib. 12. & tex. l. vlt. ne rei do. uel tēpo. qui eadem uerba habet, & si inscriptio Imperatorum sit diuersa, sic las. in. l. clam possidere. §. qui ad nundinas nu. 26. et Ripa in. l. naturaliter. §. nihil cōmune nu. 63. de adquiren. possess. iud. las. conf. 170. col. 3. vers. 4. facit lib. 2. Ruin. conf. 37. nu. 10. lib. 1. Dec. l. 1. nu. 7. C. de Carbo. edicto Paris. conf. 01. nu. 68. lib. 1. Soc. Iun. conf. 76. n. 22. lib. 1. Neuiza. inter consilia Bruni Asten. conf. 12. nu. 127. idem Neuizanus in suis consilijs conf. 81. nu. 34. Alcia. responso. 370. num. 2. responso. 374. num. 1. & responso. 450. nu. 24. Non ignoro

71 tamen Antonium Capicium Neapo. & Decif. 69. nu. 24. intellexisse. d. l. auctoritate, cum spoliū uiolenter est factum, quod non satis probat, si uult intelligere de uiolētia armata, cum & uiolētia soleat & sine armis ex sola occupatione cōmitti. l. extat. ff. quod metus causa, & suo loco iam diximus.

72 Quintus est casus, quādo facta spoliatioe, & ex certa scientia uocato spoliato à Principe in possessione confirmatur. hoc casu procedere potest opinio Saly. in. d. l. auctoritate, quam probauit Barba. conf. 41. col. 5. in fin. lib. 1. & Capicijus. d. Decif. 69. nu. 14. & quem uidetur secutus Craue. tract. de Antiq. temp. quarta parte princip. quarta part. n. 89. addo eiusdem sententia Francum. in. cap. eum qui col. 1. vers. in ea glo. in fin. de præben. in. 6. & nisi ita Saly. & sequacium sententia intelligatur, uix est, ut defendi iure possit, cum iam dixerimus ipsi sum Principem non posse sine citatione possessorem possessione spoliare: quanto minus poterit confirmatio spoliatori prodesse, cum nihil illa soleat tribuere. cap. ex parte de consitu. Dec. l. more. nu. 22. de iurisd. om. iud. & conf. 341. nu. 6. & alibi sæpius.

73 Quartus. cum constitutio i ista uelit locorum dominos esse conueniendos, qui ubi ab fuerint eorum auctores, an indistincte uerum hoc fit, ut quiuis conueniri possit, uel potius in defectum unius alter, concludit Barto. in hac. l. meminere, quo ad primum decretum, sufficere citare procuratorem, quo uerò & ad secundum citandum esse omnino dominum, vt. l. hoc amplius. §. vlt. & l. seq. ff. de dam. infecto, agitur enim tunc de graui preiudicio, quare principalis monendus est sic idem Bar. in. l. solent. de alim. & ciba. lega. Craue. conf. 181. num. 11. ubi post Dec. conf. 460. nu. 32. 33. & Rotam Decif. 750. affirmat non sufficere & citare procuratorem, sc̄cū agitur de priuatione beneficij. erit tamen in omnibus secundum Bart. tutior Praxis, si à domino initium sumatur, iuxta glof. in. ca. causam quæ. de dolo & contuma, in subsidium uerò, & procurator citari poterit, quod latè multorum auctoritatibus probauit Tiraq. de Retractu confang. §. 9. glof. 3. nu. 7. 8. addo eiusdem sententia Saly. in hac ipsa. l. meminere. col. vlt. q. 7. & Bart. in. l. quamuis. nu. 11. de. dam. infecto, qui eadē distinctione utitur, idem censuit las. in. l. eum qui. nu. 1. C. de procur. qui inquit primam citationem posse à procuratore incipere, quod duobus modis declarat. Primo si dominus est absens, secundo

74 **Quæro. 4.** Cum uelit hæc constitutio & citandos esse dominos uel actores ad insinuandas sententias, quæ sit hæc forma & quæ Praxis, Bart. in hac. l. meminere. num. 5. versic. procedo ueterius quod Roffredi lectionem & doctrinam, quam & notatu & admiratione dignam appellauit, quod quando sententia coram Iudice producitur. & petitur executioni mandari esse, citandum aduersarium, hoc est rei dominum, uel procuratorem, aliàs si sine citatione sententia exequeretur pœnæ constitutionis nostræ locus esset, quod & in quauis executione faciendi obseruandum esse censuit Cyn. in. l. ab executor. C. quorum appellat. non recip. & si aliter senserit Inno. a Bartol. qui supra relatus, quam controuerfiam, ut finiat Barto. nu. 6. sic distinguit, aut fit executio in ea ipsa re super qua est iudicatum, & tunc executio parte non citata fieri potest, sic intelligit Inno. d. cap. ex ratione, de appellat. sic idem Barto. in. l. a Diuo Pio. §. in uenditione. num. 2. 3. de re iudicata, in personalibus post quadrimestre. l. vlt. C. de uis. rei. Iud. si uero actio realis sit, lata sententia præceptum ante executionem conceditur, quo præcipiatur cōdemnato, ut rem intra certū tempus restituat, cui si non obediat sine citatione executioni mandatur sententia. §. primo In. de off. Iud. Aut alia in re quam in iudicata executio fit, tunc cum necessaria causa cognitio sit, necessaria etiam partis citatio est iuxta. l. a Diuo Pio. §. in uenditione de re Iud. & Bartolum hîc est secutus Rui. conf. 24. num. 7. lib. 4. conf. 102. num. 5. lib. 4. & latius hanc questionem explicat Alex. in. d. §. in uenditione. nume. 30. 31. & & ibi nu. 33. declarat tunc etiam necessariam citationem fore, cum contra successorem cōdemnati executio fit, sic etiam declarant Ang. in. l. 1. C. de Iud. Rui. d. conf. 102. num. 5. Afflic. Decisione. 145. Rola. à Valle conf. 20. nume. 2. 3. Declarat & 3. Alex. d. loco num. 35. quando & successor Iudicis qui cōdemnauit uult sui prædecessoris sententiam exequi, declarat & 4. Soc. Se. conf. 158. col. 4. lib. 2. post Baldum & Imol. in. l. si binæ de iniusto rupt. non procedere, quando contra tertium sententia exequenda est, nam is tertius est omnino citandus, cætera non prosequar ne extra rem vagari uelle uidear.

75 **Quæro 5.** quæ forma & libelli esse debet in huius constitutionis remedio Bart. hic num. 9. inquit narrandum esse quo pacto ille auctoritatem rescripti, uel sententiæ temerè te pos-

fessore non monito intrauit possessionem & ob id eum omni iure, quod in re illa habebat priuari debere subdit Bartol. ipso iure priuatum non esse, sed per sententiam priuari deberi, quam libelli formam probauit Saly. hic colum. vlt. q. 6. qui iam q. 5. affirmauit & pœnam ipso iure non committi, sed per sententiam, quod ex uerbis constitutionis nostræ probat dū ait Priuabitur omni negotio, &c. quod uerbum futuri temporis ostendit non ipso iure, sed per sententiam priuationem induci l. in Criminali. C. de Iurif. om. Iud. glo. in. l. si quis in tātam in uerbo amittat. C. vnde vi, ut ibi dicam, in sequenti scilicet remedio. q. 45. ubi fusius hæc explicabimus.

76 **Quæro. 6.** cum hic tex. det sententia loquatur, de qua sententia loquatur, an de diffinitua, uel de interlocutoria, & de diffinitua uidebatur intelligenda, cum in dubio appellatione sententiæ diffinitua ueniat, ut tradunt omnes in rubr. ff. de re iudicata ibi latè Ripa. num. 2. 3. Barba. confil. 31. colum. 1. lib. 3. Aret. confil. 106. num. 2. Calca. confil. 76. nume. 26. Mathes. nota. 94. Nota, quod sub hoc, Rola. à Valle confil. 55. nume. 20. suadetur, quia si interlocutoria fuisset, sine partis citatione ferri potuisset. l. nec quidquam. §. ubi decretum de off. pro conf. Craue. confil. 179. num. 10. quin interlocutoria sine solemnitate ferri potest Craue. confil. 233. colum. 4. in princ. quod in casu isto esse non uidentur. Verum re etius glof. hic in uerbo sententia intelligit de interlocutoria non de diffinitua, nec ab ea dissentit Saly. col. 2. versic. quæro de qua sententia, & satis probatur, quia hic agebatur de exequendo impetrato rescripto, & sententia & illa, qua pronunciat quid exequendum esse interlocutoria dicitur, ut in prin. de uerb. ob. & confil. 75. num. 9. Fely. in cap. quoad cōsultationem colum. 12. versic. & ista bene nota. de re Iud. quos est secutus Craue. confil. 273. colum. 3. versic. nec obstat quod talis, idē sensit. Rui. confil. 27. colum. 1. versic. præterea sententia lib. 1. & idem placuisse uidentur Ancha. confil. 362. & seq. quem est secutus Boer. q. 68. in fine, uel etiam si dicamus nostram cōsultationem loqui simpliciter de sententia, qua immediatè pronuntiat esse mittendum in possessione adhuc interlocutoria dicitur ut est, in sententia & qua aliquem esse mittendum in possessionem ex secundo decreto declarat, ex Barto. in. l. si finita. §. si forte. in. fi. de damno infecto, & Bald. l. 2. C. de episco. audie. in. l. si præses. C. quo. & quādo Iudex; Abbas confil. 43. colum. pen. versic. 5. & vlt. facit

facit. lib. 1. late idem affirmavit Bologne. in  
repe. §. Iulianus. l. si finita. num. 214. de dam-  
no in fecho, non negant tamen Bart. & ceteri  
magni esse praeiudicij, quod & concessit Ioa.  
Baptista Seuerinates in. l. Iubere cauere. nu.  
4. de Iurisd. om. Iud. & ab ea posse appellari;  
ex quibus satis constat, quae supra in oppo-  
sitione sunt relata, non facere difficultatem, nā  
tunc appellatione sententiae intelligerē de in-  
terlocutoria cum sumus in dubio, secus si  
in claris, vel aliis coniecturis, vt est subiecta  
materia, constaret intelligendum esse de in-  
terlocutoria, ut nostro hoc casu, idem sentit  
Ripa. d. rub. De re Iud. num. 3. Nec obstat in-  
terlocutoriam sine aduersarij citatione pos-  
se ferri, quia intelligerē cum modici est praei-  
udicij, vt respondit Crauet. d. consil. 273. num.  
10. & ita intelligo, quae scripsit idem Crauet.  
d. consil. 273. num. 4. non inficiabor tamen,  
hanc interlocutoriam ob graua men quod de  
nouo infertur, diffinitiuam uim habere, yde-  
clarat Aret. d. l. 5. in prin. de verb. ob. Rui. con-  
sil. 78. num. 2. in si. lib. 5.

88 Extendunt tamen t Oldra. & Saly. hic, hāc  
nostram constitutionem procedere, quan-  
do diffinitiuā proferri contingeret, quod An-  
gelo (& recte) non placuit, quia si sententia  
diffinitiuā lata fuisset, omnis culpa iudici ad-  
scribenda esset, quae de re supra quaest. 3. num.  
5. si agitur solum de missione in posses-  
sionem in executionem sententiae iam late,  
vel recepti iam concessi, frustra disputa-  
tatur, si diffinitiuā feratur, cum ferri non  
possit.

89 Quæro. 7. cum velit hāc ipsa constitutio  
locorum dominos esse & vocandos, qui intel-  
ligantur domini. glo. hic intelligit dominos  
id est possessores, qui domini praesumuntur,  
quam sententiam probauit Bar. hic prima op-  
po. Saly. col. 2. vers. quæro. 3. quod ea ratio hē  
verum demonstratur, quia quaestio principa-  
lis hic de possessione est, de dominio autem  
incidenter ac vix etiam, quo fit vt possessio  
fatis possessorem dominum esse arguat, ut la-  
te probat Bar. in. l. si quis in suo. de cond. inst.  
& late istud dicemus in remedio ex. l. non ab-  
re. C. vnde vi.

Quæro. 8. cum hāc constitutio velit tūc  
demum tutores vel curatores pupillorū po-  
na hic imposita puniri ob non obseruatam  
huius nostrae constitutionis formam, si collu-  
dio habito cū aduersario, possessio nomine  
pupillorum sit in uasa, sit an idem sit, si nul-  
la intercessit collusio; & idē esse creditur hic  
glo. & Bar. nu. 10. vers. oppono dicitur hic,

quod placuit & ceteris vt Ang. & Saly. in hac  
l. nostra, & communem testatur Alex. in. l. 1.  
§. si procurator nu. 2. vers. itē adde, & ibi Ias.  
nu. 21. Cur. Iun. nu. 31. ff. si quis iud. nō obtē-  
per. quo loci vno ore reprehendunt Bar. in-  
constantiā, qui in eo. §. si procurator aliter sen-  
sit. & huius cōmunis sententiae ratio & funda-  
mentum est, quia in hac constitutione, casus  
qui ponitur, non per regula sed exacti con-  
tingentia (vt sic dicam) est, vt ostendit dictio  
†: plerunq; quae reg. non esse ita docet, vt  
videmus in. l. tutela de tutel. in. l. qui duos de  
leg. 3. Bar. l. 1. in prin. ff. de tutel. & ratio. distra-  
he. Ias. in. l. iurisdictionem. §. prator ait. nu. 21.  
ff. de pactis, sed ostendit tantum casus frequē-  
tiā, quasi velit dicere, saepissime hoc ex collu-  
dio contingere posse, vt dictionem plerunq;  
interpretatur late Tiraq. de retractu consang.  
§. 1. glo. 9. nu. 224. & praeter eum Gomes. §.  
sed ille nu. 21. In. l. de actio, & si ergo obt fre-  
quentiam casus, colludij habita sit ratio, non  
tamen cum sine colludio casus contingit, ex-  
cluditur, iuxta. do. et. glo. in auth. casta in ver-  
bo per Italiam. ibi Bar. nu. 2. C. de sacros. eccl.  
cl. glo. l. 1. in verbo sponfam. C. de raptu  
vng. Ias. in. l. 1. nu. 32. C. de sacros. eccl. Dec. l.  
pen. nu. 1. C. de pactis, pulchre Corset. in suo  
sing. in verbo. frequētia, incip. dominus fea-  
di. Ripa. l. 2. nu. 10. de vulga. & in cap. saepe  
m. 89. de rehit. spolia. Cur. Iun. cōf. 107. in si.  
Soc. Iun. cōf. 8. nu. 11. lib. 2. Craue. de antiq.  
tempo. prima pars. 4. partis prin. nu. 37. licet  
ergo non colluserint tutor & curator, locus  
tamen erit adhuc huius constitutionis, cum ear-  
dem sub sit ratio, ne scilicet facti tutoris pupi-  
vel minori noceat. l. non est. C. de admi. tutor.  
glo. in. l. quicunq; in verbo. minorum. C. de  
ser. sig. quae & tex. hunc nostrum. citauit.

93 Declaratur tamen non procedere, tū ipse  
pupillus, vel minor debito tēpore ratū habere-  
- 396 *Compromissum novum dicitur effectum, si antiquo aliquid addatur vel minuitur.*
- 397 *Qualitas adveniens enti, quando novum ens constituit.*
- 398 *Volentis occupator pena statuti affectum, an pena iuris communis plethi adhuc possit.*
- 399 *Criminaliter qui egit ad vindictam ut delinquentis statuti pena puniatur, agere iterum non poterit, ut puniatur ex statuto.*
- 400 *Civiliter agens ex statuto ratione sui interesse, iterum agere poterit ex iure communis quatenus excedit statuti dispositionem.*

**IMPERATOR  
VALEN. THEODO.  
ET ARCAD. AAA. AD  
Meff. Comitum rerum  
praevatarum.**

Si quis in tantam furoris perveniret audaciam, vt possessionem rerum apud Ficum, vel apud homines quoslibet constitutarum, ante aduentum iudicialis arbitrii violenter inuaderet; dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori, & dominium eiusdem rei amittat. Sin vero alienarum rerum possessionem inuaserit, non solum eam possidentibus reddat, verum etiam aestimationem earundem rerum restituere compellatur. Dat. i. cal. Iunii Treueris, Timasio, & Promoto. Coss.

**NONVM REMEDIUM  
RECUPERANDAE POSSESSIONIS EX. I. SI QUIS IN TANTAM. C. Vnde vi.**

**T**heodosius f. Romani imperij moderator, vir in credibilis in suos pietate & summe clemetia, vt scripsit Egnatius, postea q. Valentiniano Imperium auferuit, & Arcadij Imperij consortem fecit, hanc diuulgauit constitutionem, f. qua eorum audacia comprimere voluit, qui dum se rei ab altero possessae dominos agnoscat, manu propria sibi iudicare volunt, & ui possessionem occupare, quasi iure, vel dominij, uel ratione alia, eam sibi occupare liceat. Constituit itaq. Theodosius & Valentinianus non sic licere, quod si quid ij aduersus constitutionem ipsam moliantur si rei domini sint dominij amittant, illicq. possessionem restituant, si uero dominus non sit, possessione restituat, in actionem condemnantur, que sane constitutio olim f. spreta & Athalarici Regis edicto reducta est, vt scripsit Casiodo. li. 9. var. edic. ti verba libet hic adscribere. Primum humani generi noxiam persuasionem (sub qua nec ciuilitas dici potest, nec haberi) fuerit legum, & nostra indignatione damnamus, statuentes vt sanctio diui Valentiniani aduersum eos diu pessime neglecta confurgat, qui praedia verba vel rustica, despecto iuris ordine, perse suosq. praesumpserint expulso possessore uiolenter intrare, nec aliquid de eius distributione, detestabili volumus temperatione mitigari, insuper addentes vt si quis ingenuorum ad satisfaciendum legi superius distincta idoneus non habetur, deportationi protinus subiaceat vltioni, hec ille, qui alia plura subiicit, quibus mandatum est iudicantibus vt eam omnino obseruare deberet eadem sub pena constitutionem, alia extant nunc Longobardorum leges, quibus contra inuadores alienarum rerum prouisum est, ut in Longobardis in titulo de inuasionibus. est ergo Valentiniani haec & Theodosij noua sanctio, tum ratione impositae poenae, tum ratione recuperationis possessionis rei mobilis: & infra. q. 33. dicemus, quare nostri omnes interpretes, vltimo uim hoc recuperandae possessionis remedium inter alia enumerant, ut Ripa. in cap. sepe. n. 68. & nu. 93. de restit. spolia. quae constitutio & Pontifici max. placuit, ut est videre in cap. placuit. 16. q. 6. ca. cum qui de preben. in 6. & ideo censuit Abb. in cap. i. nu. 20. de do

lo & contuma. hac clericis ligari cu alterius possessione occupant, hac sane f. constitutio partim penalis partim rei psecutoria seu pos. recuperatoria est vt re ipsa est videre, & tradit Abbas. cof. 100. in fili. l. i. & cu possessionis recuperatoria sit, praesupponit, vt caetera, recuperantem debuisset possidere, cum spoliatus fuit Soc. Sen. conf. 122. nu. 3. lib. 4. & dum haec constitutio priuat violentum occupatorem priuatione dominij intellige tde dominio ac quisto ante spoliationem & occupat. non si post, sic Afflict. in cap. 1. §. si duo homines. nu. 9. de pace tenen. & eius viola. in vltibus feud. & ibi Bal. hanc constitutionem sunt insecute 8. t. plures Ciuitates quae suis statutis idem statu erunt vt ciuitas huc Montifregalis, sub rub. de elect. posse. col. 3. in Regno tamen Neapoli tano est correctae constitutio haec, solumq. hic occupator punitur in dimidia. sic re fert Maran. de ordine iudicio. 7. distict. iudicio. nu. 43. Papiae ex statuto sub Rubrica. de poena illius qui uim alicui fecerit in eius possessione est stat. 3. in criminalibus: leuior indicti est poena. an vna alteram perimat infra in pen. q. attingemus

Quero primo, an haec constitutio locum habeat contra mulieres a alterius possessione inuadentes, & glo. in hac constitutione, i verbo. si quis, locum habere censuit. eam secuti sunt hic Bar. nu. 3. Albe. col. 1. vers. his p. g. m. f. sis. Saly. q. 1. Ang. col. 1. Alex. in. l. iuste possidet. n. 34. in. fi. de acquir. poss. Dec. in. l. 2. nu. 89. de reg. iur. communem testatur Ripa. in cap. sepe. nu. 88. 89. de restit. spolia. cuius quidem sententiae ratio prima assignatur a Bar. d. nu. 5. quod vbi odium est rationabile masculinum concipit foemininum, vt in. l. si quis id quod de iurisd. om. iud. ibi late las. nu. 1. 2. latissime Tiraq. de retr. confang. §. 1. gl. 9. nu. 113. considerari & secunda ratio potest, quia ratio f. comprimenda audacia, tam mulierem quam uirum afficere debet, cum nemini liceat sua manu sibi iudicare: quare hac materiam indifferenter appellant doctores, quando, & masculis & foeminis conueniat, & licet constitutio ipsa genus tantum masculinum recenscat, illud ratione frequentioris usus contingit, quo fit vt casus minus frequentes non censentur exclusi, vt est notabilis glo. in similibus terminis. in l. vnic. i verbo spolia. C. de raptu. virg. quam in nostris terminis citauit Ripa. in. d. cap. sepe. nu. 89. & ante eum Saly. hic. q. 1. & alia olim supra retuli. non ab simili vltur ratione Cur. Sen. in. l. si quis maior nu. 14. C. de Tranfac. ad demonstran-

dum illam dispositionem locum habere & in muliere. Tertia ratio perpedit potest, muliere f. soli excusari ex inguorantia iuris in casibus a iure expressis. l. si. C. de iuris & facti igno. inter quos hic noster non enumeratur, quin videmus in his casibus iuris imprudentiam non excusare. §. pen. In. vi bono. rapt. cessat & hoc casu omnis disputatio f. de Herma phrodito, quia siue in vno siue in altero sexu incalcescat, magis semper tamen in confit. co. preheditur, vt scripsit hic Bar. nu. 5. no enim est quod disputemus de potentiori sexu iuxta. l. quaxit de statu homin. quam declarat multis modis Dec. in. l. rogasti in prin. nu. 6. ff. si certum peta. & conf. 11. nu. 3. Alcia. l. 2. in prin. nu. 42. de ver. oblig. Gomef. Hic. §. quaedam nu. 45. In. de actio. & eodem loco de actio. in prin. nu. 47. Beneue. Stracca tract. de mercatura prima parte nu. 8. Disputatio haec omnisq. conuouersia cessat in casu statuti Papiensis f. 31. in criminalibus de poena illius qui uim alicui fecerit in eius possessione cum clarius loquatur, dum inquit, statuiamus, quod si aliqua persona & e. utriusq. enim sexus personam comprehendit.

Quero secundo an haec constitutio f. locum habeat in milite & rustico, cum rei alienae possessionem inuadunt, uel sint potius ob iuris ignorantiam excusatione digni, glo. hic affirmauit constitutionis locum esse, nec eos aliqua excusatione esse dignos, Bar. nu. 6. duos casus distinguit, primus est cum rei alienae possessio occupatur, tunc nec miles, nec rusticus excusatur. Cum inuadere aliena iure naturali prohibeatur a quo isti non excusantur. l. uenia. C. de in ius uocando. l. si adulterium. §. 1. ff. de adulter. & hanc sententiam in hoc casu primo ab omnibus probari docuit Ripa in. d. cap. sepe nu. 89. de restit. spol. rationis quoq. ratio considerari potest, quia qui peccat quo ad ea quae iuris naturalis sunt, in dolo dicitur. sic Angel. Comenf. & Imol. in. l. ex consensu. §. vt. ff. de appel. quos est secutus Alcia. tract. praesump. reg. 3. praesump. 30. nu. 4. & sentit Paris. conf. 149. nu. 20. lib. 4. dum inquit alteri i. in ferentem iniuriam non excusari, rusticitatis, uel sexus, uel militiae, praetextu: cum in ferre iniuriam iuri naturali repugnet. hanc nostram conclusionem confirmat Dec. in. l. si quis id quod num. 32. de iurisdic. om. iudic. qui Bart. hic, reulit. Socin. tract. fallen. regul. 349. fallen. 1. & Plotus Noua rienti in. l. si quando numero 447. C. unde ui, & Tiraquel. in tractat. de poenis le-

gum &c. causa. 11. num. 7.8. qui in nostris his terminis Bar. relato idem adfirmavit. Cōfert quod dicere solemus, causam, quæ alias à dolo excusat, non excusare t̄ cum peccatum est in his, quæ iure naturæ aduersantur, ut respōdit Alex. cōf. 103. col. pen. vers. & dato, quod comes & lib. 1. Gomes. §. ex maleficijs, nu. 32. Inst. de actio. huic tamen sententiæ aduersari videtur, tex. ff. l. 1. §. vlt. ff. de edēdo, iuncta l. vlt. de iust. & iure, parere maioribus iuris naturalis est, & tamen rusticus, qui non parat excusatur, sic probat. l. 2. §. 1. ff. si quis in ius uocatus nō ierit, Cur. lun. in l. venia. nu. 3. 4. C. de iniur. voca. conatur nodum dissolueret, atq; in casu. d. l. 1. §. vlt. de ed. & d. l. 2. §. 1. si quis in ius uo. esse delictum in omittendo, quod leuius dicitur iuxta glo. l. si mora, vbi omnes. fol. matr. & cum est delictum tantum in omittendo, dicitur solum adesse dolo.

23 lus quidam præsumptus t̄ à quo rusticus excusatur. l. vbi exigitur. ff. de eden, quæ declaratio, ante Curium lun. fuit Bar. in l. editatum. 33. C. de edendo, quam clarius ibi refert Alex. nu. 33. in fi. Dec. tamen. in. d. l. 1. §. vlt. ff. de edendo, esse ratione in interesse à quo is rusticus, uel minor de facili excusatur, Alcia. vero in d. l. Bdit. in fi. intellexit. d. l. 1. §. vlt. de eden. ibi rusticum, & mulierem non ex iuris rigore, sed ex sola æquitate teneri, ideoq; mirum non esse, si excusantur, quod non contingit in cæteris, cum ex rigore omnino facere teneantur, vt hic, quare idem Alcia. tract. præsump. Regula. 1. præsum. 37. nu. 2. dixit in. d. l. 1. §. vlt. & in. d. l. 2. §. 1. esse, quia licet ius naturale illud sit, non in rigore tamen esse fundatum, sed in æquitate, ideoq; rusticum excusari, quod satis placet.

24 Secundus est casus, cum rusticus t̄ vel miles possessionem rei propriæ inuadit, tunc excusandos esse censuit Bar. ex Roffredi sententia, cum hæc sit tantum iuris ciuiliis prohibitio ex dispositione huius constitutionis, cum ante non punirentur rem propriam occupantes, §. pen. inst. ui bono. rapto. nō ergo mirum est, quod ob iuris ciuiliis t̄ ignorantia excusentur rustici, & cæteri, ut adfirmarunt omnes in l. si quis id quod. vbi Alex. l. 1. nu. 32. & Dec. num. 32. vers. secunda causa. de iurid. om. iud. & uidentur probare. l. si quis in grau. §. si quis ignorans ad Sylla. in. l. 1. §. vlt. ff. de eden. in. l. 2. §. vlt. de iure fisci, cum alijs per Dec. relatus, & plures casus in quibus ignorantia iuris excusat rusticum, recenset Ripa tract. de peste in tit. de remedijs per seuera. contra peste. in. n. 226. cum multis seq.

& ibi un. 246. inquit à multis hoc pro regula affirmari, vt apud glos. in cap. super litteri, & ibi Abbas. de rescrip. Soc. tract. fallen. regula. 349. glo. 1. l. fin. C. de testa. latissimè Tiraq. De Retrahu consang. §. 4. glo. 7. nu. 13. 14. ac multis sequentibus.

26 Contrariam tamen sententiam t̄ nec hoc casu rusticum excusari, probauit Ang. in. l. sed est lege. §. scire. de petito. hered. Alex. in. l. iuste possidet. n. 38. 39. de acquir. possessione Ripa. in. cap. saepe. nu. 90. de rescrip. spon. eiusdem fuit sententia Parpalea in. l. si quis maior. nu. 2. C. de transact. & quibus libenter subscribo. Prima illa ratione, quod t̄ Rusticum erranti in iure ciuili non succurritur, nisi in casibus à iure expressis ex. l. vlt. C. de iuris & facti igno. qui t̄ licet loquatur in muliere, attamen & ad Rusticum extenditur, iuxta gl. in. c. vlt. t. q. 4. l. si. in. d. l. vlt. post Bar. ibidem, sic & Alex. in. l. si quis id quod. nu. 10. de iurid. om. iud. & cons. 14. lib. 2. Dec. d. l. si quis num. 35. Ripa. d. tract. pelsis. d. tit. de remed. per sen. contra pestem. nu. 245. qui num. 246. subiicit duplicem declarationem. Primam excusari ex æquitate, ut iudici uidebitur, non autem ipso iure, sic & Parpal. l. si quis maior. nu. 2. vers. secundus casus. C. de transact. Alteram, procedere solum, quo ad ea, quæ uersantur ad seruandum iuris rigorem, ut etiā declarat. Dec. in. l. iuris ignorantia secunda lectura nu. 15. C. qui admittit & ibi Alex. nu. 5. Secunda consideratur ratio à nonnullis, quia consulere potuit peritiores, quare non excusatur. l. in bonorum de bono possessio. l. iuris ignorantia. C. qui adm. quo loci Bal. dicitur consueuit, quod quemmadmodum Rusticus t̄ nouit se ad nemus conferre, ut ligna habeat, sic nosce debere ad Vibem accedere, vt peritiores consulat, & licet non semper contingere hoc possit ob locorum distantiam, attamen prouidet lex, cum obseruari, à se ordinata & disposita, possunt, Accedit tertio hanc ipsam sententia probari satis, ex. 16. pen. inst. ui bono rapto. vers. sed ne dū talia, tex. enim in sui principio refert, olim occupatores possessionis rei propriæ ob errorem & iuris imprudentiam excusari, quod postmodum eo loci corrigi Iustinianus, cum ergo rusticus ex sola iuris ignorantia se se queri uelit, sequitur non posse, cum illa probabilis nostro hoc casu nō sit. Præterea & quarto ut inquit Ripa. in. d. cap. saepe. nu. 91. post à se relatum hanc nostram constitutionem, inquit hoc esse contra ius naturale, ut sua manū, quis ius dicat, quo casu non potest rusticus excusari, ut iam

iam diximus, vlt. accedit, hanc t̄ constitutionem esse factam ad rigorem iuris ciuiliis conseruandum, ut sensit glos. in. cap. turbata. §. notandum in glos. l. 1. q. 4. & in summa. 38. distict. & eam auctoritate adductus, sic clare censuit Tiraq. tract. de Poenis legum &c. causa. 11. nu. 18. qui ea ratione adfirmavit, rusticum non excusari, ut & hoc casu dixit Ripa. d. tract. de peste. d. tit. de remedijs per seuera. contra pestem nu. 242. Nec aduersus posteriorem hanc sententiam multum urgent in oppositum supra relata, quia respondeo Primo, in casu dubio, uera illa esse posse, non in claris, ut hic, est. n. verè multis in casibus excusatur rusticus, non tamen in hoc nostro, vt ex iā relatis docui, verū tanta posset subesse æquitas, ut tutum & bonū existimet iudex rusticum esse aliqua excusatione dignum, vt post Alex. quem refert, docuit Parpa. in. l. si quis maior. nu. 2. vers. secundus casus. C. de transact. quā & tunc restituitur. Dec. d. l. si quis id quod. nu. 35. In rustico t̄ uero diligentia & sagacia, non est dubium, locum esse constitutioni nostræ, cum is nulla excusatione dignus sit. l. athlete. §. de rusticis de excusat. Alex. d. l. si quis id quod ubi las. nu. 32. Dec. nu. 14. de iurisdic. om. iud. Ripa. d. tract. de peste, loco scipius citato nu. 249. Tiraq. de poen. legum. d. causa. 11. nu. 9. Cur. Sen. l. ueniam n. 3. C. de in ius uoc. Cur. lun. l. si quis maior nu. 20. & ibi Parpal. nu. 2. vers. primus casus. C. de transact. in. l. si quando nu. 438. intelligi etiā potest, fortius hæc conclusionem procedere, si uitium rustici alia coniectura posset detegi, ut quia clam & uitiosè possessionem esset ingressus, affirmat enim nostri interpretes, nostram hanc constitutionem & hoc in casu cum clam res occupatur locum habet, ut infra dicemus, & tamen nullo modo excusatur rusticus cum clam deliquit, ut latè probauit Tiraq. de poenis legum. d. causa. 11. num. 11. per dolum enim & malitiam tunc rusticus agere uidetur, in casu t̄ statuti papientis 31. In criminalibus, de poena illius, qui uim alicui fecerit in possessione, cessat omnis disputatio, cum omnes cuiuscunque conditionis puniat.

35 Quero; an hæc constitutio locum habeat & contra pupillum & minorem, glof. hic, quam probauit Bart. num. 7. Alber. colum. 2. Saly. colum. 2. versic. 4. querit plures casus distinguit, ut placuit & Abba. in cap. 1. num. 5. in fi. de dolo & contumacia, Prima est in pupillo infantie t̄ proximo, & is non teneur excusari constitutione, cum uere ignoret quicquid

agit. l. 1. §. impubes. C. de falsa moneta, quare nec furti is teneur. l. Improbere. ff. de furtis, sic nec aliud delictum infanti ascribi potest, l. infans. ff. de siccar. l. 2. ff. de termi. amo. 3. §. prima uerba, & de sepul. viola. cap. 2. de delictis puero, in Clem. Vnica. de homicid. datè Marfil. d. l. infans, Lud. Carrerius in Practi. Crimi. §. homicidium. 6. nume. 2. & latissimè Petrus Placa Hisp. libr. 1. epitom. delicti. cap. 32. num. 1. 2. 3. quod fortius procederet, quado rei propriæ possessionem ingrederetur, cum alias antiquo iure communum non uideatur hoc punibile, quare postmodum ex lege t̄ noua puniente, minor non comprehenditur cap. 2. de delictis. puero. quod singulare dixit Rom. sing. vltim. & Cur. lun. l. postquam liti. in fi. C. de pactis & consil. 8. in fi. Neurz. consil. 17. num. 77. Molina. Tractat. de uisuris num. 164. & hoc casu non etiam locus erit statuto puniente omnes t̄ cuiuscunque status & conditionis homines, qui uim alteri in sua possessione inferant, vt extat sepius relatatum statutum Papie. In statutis criminalibus, 31. De poena illius, qui uim alicui fecerit in eius possessione, nam intelligi statuta debent in ijs, qui norunt, quid bonum, & quid malum, & qui in dolo uersentur, alias sine dolo uis aliudue delictum, non committitur, vt suo loco diximus; sumique illa debet t̄ interpretatio, quæ a sapientibus reprehendit nō potest. l. Saluus de leg. præsla. Soc. lun. consil. 76. num. 11. lib. 2. reprehenderetur certè si is in illa dispositione comprehenderetur, qui ignorant, quod agit. Secundus est casus, cum est proximus pubertati, & fortius in iam facto pubere, & tunc teneur, vt probauit glos. in hac nostra constitutione & eam secuti sunt iam relati, & testatur communem Alex. consil. 103. num. 12. lib. 1. nam cum tunc sint doli capaces, teneur ob commissum delictum, & probat text. in §. penul. Inst. de obliga. quæ ex delicto; nec aliquam in integrum restitutionem habet hic, iuxta. l. ex causa. §. nunc uidentur, de mino. & sensit Alex. d. consil. 103. nu. 12. & in notabili casu tradit Dec. con. 521. nu. 17. 18. dum respondit minore non restitui, cum iam lacerato a se Instrumento, uult illud vt falsum arguere, sic Dec. in l. 1. num. 2. C. de secundum nuptiis, negat mulierem minorem restitui, cum intra annum lectus nupsit, & deliquit.

44 Declaratur secundus hic casus, non procedere quando hic pubescentia sit possessionem credens sibi licere: tunc enim ob iustam causam restituitur iuxta. l. 1. C. si aduersus delictum,



etum, sic Bart. hic num. 8. Alber. colum. 2. Saly. q. 4. in fi. clarè Alex. d. consil. 103. nume. 12. 45  
 versi. nisi aliquid, & t̄ minorem restitui cum dat operam rei quam licitam credit, respondit Alcia. responsio. 4. §. 8. num. 2. & confirmat quæ supra de Rustico diximus qui restituitur ut post alios tradit Decius. d. l. si quis id quod num. 35. de Iurisd. om. Iud. erunt tamen partes ipsius adulti t̄ iustam illam credulitatem 46  
 probare ut in simili in eo uidemus qui aggressorem occidisse t̄ dicit ad necessariam sui defensionem, ut egregie respondit Crauet. consil. 35. n. 8. hic etenim inuadens in dolo dicitur Alex. d. consil. 103. nu. 13. quem est secutus Crauet. consil. 193. num. 2. Plotus. in l. si quando num. 137. C. unde vi. Paris consil. 78. num. 20. 26. lib. 4. quare ea probatione adhibita se dolo carere debet ostendere, quod utile est, admodum pro declaratione statutorum t̄ & p̄g fertim Papiensis statuti scilicet. 31. In Criminalibus. De p̄na inuadens in vim alicui fecerit in eius possessione quod statutum punit omnes cuiuscunque conditionis & status, nam pupillus & minor relata in integrum restitutio ne adiuari poterit. 49  
 Declaratur 2. ut hic pubes t̄ inuadens non puniatur p̄na ordinaria, sed mitigari illa debet. d. l. ex causa. §. nunc uidentum lauxiliu §. in delictis ubi docto. de mino. latissime Tiraq. Traçt. De p̄nis legum & c. causa. 7. addo Socinum Sen. consil. 157. colum. 4. in fi. lib. 2. Decium. consil. 535. nume. 5. Soc. Jun. consil. 117. in fi. lib. 1. & Gram. Neap. Decis. 23. num. 11. 12. sed hæc quo ad p̄nam, sed t̄ quid quo ad restitutionem possessionis, an hoc remedio possit ab infante pupillo & minori recuperari Roffred. hic affirmat posse, idem hic Alber. col. 2. uersic. sed præsupposito Cy. contra, magis placet Roffred. sententia, cum & aliis interdicto unde ui succurratur, idem in furioso diximus, ut infra. quæst. 8. in fine dicemus. 50  
 Quæro 4. an hæc constitutio t̄ locum habeat contra Patrem & Patronum inuadentes rem filij uel liberti, & non habere locum adfirmat glos. in hac constitutoione quam hic secuti sunt Bartol. num. 9. Saly. col. 2. uersic. 51  
 51. quæro, & communem testatus est Ripa. in cap. sæpe nume. 81. de restitutione spoliatorum ea adducuntur ratione quia actio t̄ quæ ex hac constitutoione prouenit de facto saltem infamat quare t̄ cessare debet iuxta l. non debet. ff. de dolo, & in his ferè terminis sunt iura in l. 2. ff. de obseq. a liber. præstan. & in l. 1. r. §. interdictum hoc. ff. de ui & ui arma. qui a

fortiori probat, nam ex illo interdicto tanta occupaturi p̄na non indicitur, & tamen cessat aduersus patrem & patronum. d. §. interdictum sic & dicendum est in actione ui bonorum raptorum cum infamet. §. ex quibusdam. Inst. de p̄na teme. litig. cessat enim omnis actio famosa contra Patrem & Patronum d. l. non debet, Bart. & ceteri omnes in l. ff. rerum amo. Non ignoro tamen contrariam sententiã probasse Albericum Baldum, & Angelum hic generali sermone textus nostri permoti, quod nihil est, ut recte animaduertit Ripa d. cap. sæpe. num. 81. quia generalibus recipitur restrictionem de habilitate, ut scipissime admonui, nec altera ratio non suffragatur Alb. & Bald. ac Ang. dum aiunt, in criminalibus patris t̄ nec patroni reuerentiam considerari, nã locum illud tunc habet secundum Ripam d. num. 81. cum uere agitur criminaliter ad publicam vindictam non si ciuilitate ad p̄nam parti applicandam. d. l. 1. ff. rerum amo. intelligo etenim filium, & libertum in actione infamem uti, iuxta d. l. non debet de dolo & l. apud Celsum. §. aduersus de doli excep. temperata tamen in medio concludendi, his ferè 55  
 55. uerbis t̄ quare peto possessionem rei mee mihi restitui, quia non conuenit bonæ fidei, ut quis locupletetur cum aliena iactura, sic praeter docuit Bart. infamem. nume. 4. de publ. Iud. Ang. Aret. Inst. de exceptio. in fine princ. & Gomes Hisp. Inst. de actio. in princ. num. 2. 4. in fine, qui alios citat. addo Calca. consil. 11. num. 20. qui egregie admodum locutus fuit. Infertur ex his declaratio ad statutum Papiæ t̄ 31. in Criminalibus de p̄na illius, qui uim alicui fecerit in eius possessione, ut in relato casu non habeat locum, cum illa p̄na & dispositio sit subrogata loco huius quare illas recipit declarationes, quas & hæc ipsa constitutio. sic Baldus in ca. licet causam in fine de probat. & alias supra in interdicto unde vi. q. 9. admonui. 56  
 Extenditur hæc relata conclusio procedere in altero quocunque cui debetur reuerentia, & contra quem actio famosa moueri non potest, ut est in patre, t̄ spirituali iuxta tradita per las. in l. Generaliter num. 2. 3. C. de in us uoca. ubi subdit in t̄ uassallo aduersus dominum, quod tradit & Fely. in c. ceterum. num. 15. de Iud. & eos in his terminis probauit Ripa. d. cap. sæpe. num. 81. Gomes Inst. de actio. in princ. num. 2. 4. in fine, & in t̄ nouerca uiuõ adhuc patre idem censuit Ripa d. cap. sæpe, num. 82. In eo solum animaduertendum nec 57  
 57. seo, 58  
 58. seo, 59  
 59. seo,

60 seo an t̄ actio hæc, qua in fructum agit filius uel libertus, tendat non solum ad auocandam possessionem uerumetiam ad auocandam proprietatem, quam is occupator amittit, et uere arbitror solum dari ad auocandam possessionem, quia si ad proprietatem tenderet, non alia actione is filius uel libertus uti posset, quàm hæc ex constitutoione nostra, quæ cum infame moueri non potest. cogitandum tamen est quia noua est dubitatio. 60  
 Quæro. 5. an hæc constitutio locum habeat t̄ pro patre contra filium. glo. hic quam omnes sunt secuti, ut testatus est Ripa. in d. cap. sæpe. n. 83. affirmauit habere locum, ex tex. l. si quis uxori. §. sed si filius. ff. de fur. quod intelligitur quando habet peculium aliàs non. l. serui & filij. ff. de furtis. 61  
 Extenditur hæc conclusio secundum Iacobum de Arena, quem est secutus Saly. hic col. 2. in fi. uersic. querit glosa quid, ut filius occupans proprietatem propriam in qua usum fructum Pater habebat, eam amittat & Patri acquirit, quia quoad proprietatem dicitur persona distincta, & loco patris familiæ. l. 2. ad Maced. Nec facit difficultatem tex. l. cum non solum. §. filij. C. de bonis quæ liber. quia ex ijs quæ infra dicemus declaratur. 62  
 Quæro. 6. an locum habeat t̄ cum seruus occupauit, ut dominus sua causa teneatur, uel filius ut teneatur pater: glos. huius constitutoionis in q. 5. quam probauit Bar. nu. 11. & Saly. col. 3. uersic. 6. principaliter, affirmant tunc habere locum, cum res ad patrem uel dominum peruenit. l. 1. §. quod ergo adijcitur de ui & ur. arm. si uerò nihil ad eum peruenit pro noxa dat seruus ut ibi dicitur, sed si filius uel seruus peculium habent, teneatur pater & dominus quatenus in peculio reperitur. l. licet. §. vit. ff. de peculio. est tamen aduertendum quia in codice t̄ Bar. aliqua uerba corrupte leguntur, dum inquit patrem nec dominum teneri in quantum ad eos peruenit, abundat etenim negatiua. an autem teneatur & de peculio aduentitio, infra subijciam, ex quibus clarior erit huius nostræ quæstionis disputatio. 63  
 Quæro. 7. an constitutio ista locum habeat t̄ contra filium occupantem bona aduentitia penes tertium existentia, ut illa ad incommodum etiam patris amittat, ut scilicet usu fructu priuaret pater, dubitat nec quid sentiat clarè profert Alb. hic col. 2. Bar. in hac constitutoione nu. 11. 12. adfirmant se tanta fuisse audaciæ, ut interrogatus ex facto responderit, non esse locum, Bar. assenserunt Alex. 64  
 conf. 23. nu. 6. lib. 1. Marf. sing. 314. prohibitio: Aret. consil. 14. nu. 7. Io. Croctus. l. frater ad fratre nu. 33. uersic. secunda conclus. ff. de con. indeb. tiræq. de leg. connub. glo. 3. n. 148. Alc. resp. 52. 2. nu. 3. 4. Placa. Hisp. lib. 1. epist. delict. cap. 23. nu. 11. uersic. 2. conuicti sic & interpretes in l. si finita. §. si de uectigalibus ibi Bar. nu. 14. Alex. nu. 44. de damno infecto, affirmant, ex alio delictor t̄ filio commisso, aduentitia non publicari, ne usufructu priuaretur pater. quam sententiam probarunt consulendo multi ut Cur. Sen. conf. 60. Dux Philippus col. 10. uersic. uenio ad secundum Soc. Jun. conf. 77. nu. 8. lib. 2. qui in eodem met casu idem consuluit cum Rui. in consil. 24. nu. 6. lib. 5. qui hanc esse ueram & communem sententiam testatur: idem probauit Rui. conf. 109. in fi. & consil. 117. nu. 6. lib. 1. & consil. 149. n. 13. lib. 3. las. in §. actiones num. 62. Inst. de actio. & ita decimum fuisse in consilio Burdegalensibus aliis quibus tamen ex consilio refragantibus, testatur Boc. q. 7. idem cõsuluit nouissimè Rola. a Valle consil. 56. nume. 10. eandem probauit sententiam Didacus Couari. lib. 2. varia. resol. cap. 8. num. 7. uersic. ex his patet Molinæ. in consue. Parisi. titulo. 1. §. 1. glo. 2. nume. 21. & communem testatur, (& si is aliter sentiat) Paris. consil. 157. num. 1. lib. 4. & huic tandem sententiæ ipse subscribo. quamquã non ignorem aliqua adferri solere, quæ non leuem difficultatem patiuntur, ut illud. Primum, quod bonorum aduentitiorum alienatio prohibetur fauore patris, qui in eis usum fructum habet, quare sic filius delinquendo patri non præiudicat, ut est exemplum in muliere, t̄ quæ cum dotem non possit fauore mariti alienare, delinquendo illa non deperdit nisi certis casibus, ut probat. l. quinque. ff. de bo. damn. l. si finita. §. si de uectigalibus de damno infecto, nam huic rationi & argumento respondet Ripa in cap. sæpe. num. 76. de restitu. spo. 65  
 65. lia. ubi t̄ contra Bartolum uersus affirmant, alienationem aduentitiorum non prohiberi patris fauore, sed filij, ne scilicet propter iuuenilem calorem tristem sentiat exitum. l. cum non solum. §. filij. C. de bonis quæ liber. uel & secundo dicere possumus, quod si fauore patris prohibita est alienatio, intelligi solum debet, quatenus ad fauorem, & commodum patris est, & non ultra: tum quia prohibitiones striçtè interpretantur, tum quia ad unum finem inducta contrarium non debent operari iuxta. l. legata inutiliter de adimen. lega. cū ergo sola usus fructus causa alienationem impediât, debet posse filius proprietatem amittere.

69 tere. Secúdo ante loco citari solet tex. t. 1. 3. C. de boni damno, vbi damnato filio non publicatur peculium castrense, ergo multo minus aduentitium, in quo minus iuris habet filius, & textum hunc singularem dixit Imola. d. §. si de vestigialibus & ibi refert Alex. num. 44. versic. mouetur etiam Bar. immò is textus videtur probare idè de peculio aduentitio ponderando illa verba, nec quod &c. quæ dictio, ¶ nec, est implicauit, vt eam ponderat Rui. d. consil. 24. num. 6. lib. 3. & sensu Alexand. d. §. si de vestigialibus num. 49. versic. adde quod, qui citauit glo. l. i. ff. de bonis damno in verbo etiam, quam citat, & Rui. idem sensu Bar. d. §. si de vestigialibus num. 13. & Soc. lun. d. consil. 77. num. 11. lib. 2. & licet quam plures Bart. aduenerunt dicentes hodie peculium Castrense ex delicto filij publicari, cum & heredem ab intestato habere possit, attamen cur Bar. est verior & crebrior sententia, vt per Alex. d. §. si de vestigialibus num. 49. Huic tamen fundamento Paris. d. consil. 157. nu. 37. libr. 4. respondendo, dicebat maximam esse differentiam inter peculium aduentitium & Castrense, cum (vt ille ait) Castrense specialiter ad filium fam. spectet, quod non contingit in aduentitio, cum illud iure cõmuni filio deferatur, & multæ extant secundum cum differentie inter vnum & alterum, quare ex diuersis non fit bona illatio. l. vlt. C. de calu. cum siml. quæ sanè responsio leuis admodum est, quia si fortius ius habet filius in castrensi, & ita de contra debilius pater qua ratione fieri potest quin castrense facilius ex filij delicto perdi debeat, quam aduentitium qua replicatio ne vsus etiam est aduersus Parisum, Soc. Jun. d. consil. 77. num. 11. versic. nec obstat responsio li. 2. Tertio pro ipsa communi pugnat mirum immodum ¶ tex. l. 3. §. vtrum, in fin. ff. de mino. quem singularem dixit Imol. vt retulit Alex. d. §. si de vestigialibus num. 44. habetur enim in d. §. vtrū, ex patris delictō profectitium peculium non publicari, cum alienari illud a patre non possit in filij detrimentum, sic a fortiori vrget, cum plus iuris habeat pater in profectitio quàm e contra filius in aduentitio, vt scripsit Ripa in d. cap. sære. num. 76. ex l. profectitia de iure dotium, & licet is §. vtrum, loquatur quoad Fiscum fortius erit quoad priuatum, quando ei poena defertur, ut nostro casu, sic declarat Bald. in l. pen. C. qui bo. ced. possunt, & refert Alex. d. §. si de vestigialibus num. 47. circa med. Nec hoc fundamentum diluit responsio quam considerauit Paris. d. consil. 157. num. 36. dum inquit,

d. §. sed utrum loqui in profectio, quod prouenit ex substantia patris uel eius contemplatione, non mirum si non publicatur, nam hæc responsio ad rem non confert non enim Paris. intellexisse videtur Bartolum & Alex. qui argumentantur e contra, quod si ob delictum patris non publicatur profectitium ne filio noceat, sic e contra non publicari aduentitium ob delictum filij, ne patri obstat. Solet &. Quarto citari ¶ tex. l. 2. C. de Castr. pecul. mil. libro. 12. vbi prohibetur cuiusvis peculii alienatio Castrèsi excepto filio prohibetur patre reluctante, non ergo delinquendo amittit, & licet Paris. d. consil. 157. nu. 38. quo ad casum super quo interrogatus respondit non conferre dicat, attamen casui nostro conuenit, & si eam patiatur difficultatem quam supra in primo fund. retuli, suffragatur tandem vlt. loco huic sententia ¶ tex. l. cum ancillis. C. de incest. nup. vbi filij bona existētis in potestate patris ob delictum ab eo comissum non publicantur, quem tex. sic intelligit Bal. & clare Saly. in l. si filius col. 1. versic. 4. pro casu. C. de bonis dam. & ideo glo. communiter recepta in l. 3. §. si filius. ff. q. quicq; Iur. vult. filium non posse detrimentum patri asserere etiam in acquirendis, vt ibi late affirmat las. primo nota. nec responsiones quas attulit Paris. d. consil. 157. nu. 49. argumentationem diluunt, licet quo ad casum suum dixerit non procedere quare vera est communis hæc sententia.

Contrariam tamen sententiam probasse videtur, lac. de Arena vt refert hic Bar. nu. 13. & in d. §. si de vestigialibus. nu. 13. vbi eiusdem sententia fuisse Cy. testatur, illos secutus fuit Ripa. d. cap. sære. nu. 76. de restit. spolia. quin. Bar. visus fuit sibi parum constans dum in l. si postulauerit. §. iubet. de adulter. affirmat, ex delicto filium amittere proprietatem, reseruatō vsu fructu patri donec viuat quam sententiam probauit & ibi Ang. & idem in anth. bona damnatorum col. 2. ver. sed si. C. de bon. dam. nec dissentit Saly. in l. i. in fine. C. de bonis que lib. Bal. in tit. de controuer. Inuestit. §. rursus. col. 2. versic. pone ergo, & filium delinquendo amittere proprietatem aduentitiorum contra Soc. lun. & Ruy. supra relatos consuluit in eodem met casu Paris. d. consil. 158. lib. 4. horum tamen argumenta & rationes facili negotio diluuntur. ¶ Tex. enim. d. l. si postula uerit. §. iubet. de adulter. vbi in bonorum publicatione intelligitur saluo vsu fructu alteri debito, sic declarat Ripa. d. cap. sære. nu. 76. verum is §. iubet, loquitur eo in casu cū alienatio,

natio alicui permiffa est: quod non contingit in casu nostro, sic Bar. d. §. si de uectigialibus nu. 13. & Soc. lun. d. consil. 77. nu. 7. lib. 2. illud verò secúdo, quo mittitur Ripa. d. c. sære nu. 76. in fi. habet falsam responsionem dum inquit ¶ patrem teneri de peculio profectio pro inuasiōe & occupatione a filio facta. l. in peculium. ff. de re iud. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. ergo a fortiori locus esse debet poenæ pro violentia, etiam in peculio aduentio reseruatō vsu fructu patri, nã vera est argumētatio, quando filius condemnatur in certa quantitate in iudicio, in quo dicitur quasi cõtraxisse. d. §. idem scribit qui tunc pater tenetur de peculio, quod concessit, separatim a suis rationibus. l. i. de peculio, secus in peculio aduentio, cuius ipse pater administratio nem habet. sic intelligit glo. l. pater qui castrè se, in glo. magna. ff. de castr. pecul. sic declarat Bar. in. d. §. si de vestigialibus. nu. 13. versic. item obstat. tex. vero. l. 2. ff. de reb. eorū qui sub tutel. ex Bar. hic & in. d. §. si de uectigialibus. n. 13. versic. secúdo obstat responsio nem habet.

78 quod autem adducitur. 4. minoris ¶ delinquentis bona publicari. l. clarum. C. de autho. præstan. quæ tamen alienari impediuntur, habet ex Bar. d. nu. 13. responsionem, prohibitionem, illam fauore minoris tantum esse: cū tamen in peculio aduentio fauore patris usufructuarij, factum id sit quam declarationem videtur probasse Alcia. d. responsio. 522. nu. 4. potestremo loco Paris. d. consil. 157. nu. 24. citauit

79 ¶ textum. l. quinq; legibus cum. l. sequen. ff. de bonis damna. vbi si mulier damnatur & eius bona publicantur, & si in eis maritus habeat usufructum, verum intelligit hic Bar.

80 nu. 11. esse speciale in quinq; casibus ¶ cū dos regulariter non publicetur, ob vsu fructum quem in ea habet maritus, vt super admonuit: & probat. l. sed si alia de bon. damna. omnes in. l. si constante. §. vlt. ff. sol. matr. ex quibus satis intelligimus, verã esse receptiorem illã sententiam, quam auctoriter affirmauit Bar. & rectè secuti sunt ceteri.

Extenditur primo relata communis opinio, ex sententia Rui. in consil. 24. nu. 11. 12. lib. 4. procedere & eo in casu ¶ quando patri prohibetur vsu fructus acquisitio ex aduentitijs bonis, ea ratione vitur Rui. quia non potest filius de bonis illis adhuc testari, iuxta l. pen. C. qui testa. facer. poss. & ita ad extraneos transferre, & per cõsequens sic non debet posse usuire in cõsuetudinem bonorum iura vbi Bar. de iure patro. l. eorum. ff. ad. l. Jul. maie. l. i. C. de bonis que libertis, & simi

82 le est (inquit Rui.) quod de emphyteosi ¶ eccllesiastica videmus, quæ cum non transeat ad extraneos, vt latè docuit Alex. l. etiã sol. ma. & latissimè las. consil. 155. lib. 2. Cur. lun. consil. 4. Paris. consil. 71. nu. 40. lib. 3. consil. 89. & seq. lib. 4. sic nec ¶ in bonorum publicationem venit. cap. felicitis. §. si qua vero de penis in. 6. §. illo in authen. de aliena. & emphyteo. Alex. consil. 23. nu. 4. lib. 3. & consil. 89. nu. 1. 2. lib. 4. nec adhibenda est differentia (inquit Rui.) ob defectum qualitatis rei, quia idè est quando defectus prouenit ex causa, & efficienti, & hanc declarationem confirmat Soc. lun. qui in eodem casu cum Rui. consuluit. d. consil. 77. nu. 10. lib. 2. ex doctrina Soc. Sen. consil. 121. col. 4. versic. ratio. lib. 4. qui clarè affirmauit, expressè ¶ prohibita alienari ex testamento, non venire in bonorum publicatione, verū Soc. lun. d. consil. 77. nu. 12. non parum ambigit, vt ipse facio, cum in hac Rui. extensione cessent præcipuae illæ rationes, quibus communis relata sententia ¶ Bar. & ceteris firmatur, cessat enim illa, quod patris fauore alienatio sit prohibita, cum in casibus d. authen. excipitur, nihil sit ad comodum patris inductum, quando aliquid ei adquisiri non concedatur, nec ad rem facit, quod de ijs testari nõ possit filius, quia procedit ob impedimentum patriæ potestatis, quæ sola ¶ patria potestas non est impedimento, quin filius propria ob delictum perdat, & si Roma. & alij nõnulli quos refert Alex. d. §. si de uectigialibus. nu. 45. 46. affirmant, peculium profectitium publicari, si delictum est tale vt patria potestas extinguatur, quorū sententia dubia admodum est, vt testatur eo loci Alex. Rurfus doctri. Rum. aduersatur, quod cum hoc casu pater non habeat administrationem peculij, sed illa penes filium sit, peculium illud alienari posse sic & per delictum perdi. l. cum & filij. C. qui bon. ced. possunt, & tradit clarè Bar. d. §. si de uectigialibus nu. 13. in fi. & his ¶ casibus patri administrationem non habere, probant omnes in. d. authen. excipitur & in. l. i. C. de bon. mater. & idem Rui. d. consil. 24. nu. 3. & qui contra eum consuluit Paris. d. consil. 157. nu. 15. 17. lib. 4. erit tamen cogitandum, quia magna est Ruini auctoritas.

87 Extenditur. 2. & eo casu, cum pater ¶ spem solam futuri vsu fructus habet, quia nec tunc c filius delinquendo amittit, sic Rui. d. consil. 24. nu. 13. 45. 3. prædicta, lib. 5. quem secutus Soc. lun. d. consil. 77. nu. 13. 14. lib. 2. ea adducuntur ratione, quia futurum est, ut aliquo euentu spes effectum fortietur, & probat. l. R vlt.

130 vlt. §. filius autem. in verbo duntaxat. C. de bonis quæ liber. dum negat filium posse alie nare bona, in quibus pater usum fructum habet, uel quid aliud: quod postremum intelligitur ratione spei, ut uidemus secundum

88 Rui. † dotem non publicari ob delictum filie, auth. e. contra si filii. C. de repud. quod ea ratione dicitur factum, quia patri adest consolidatio spes. l. 2. §. quod si in patris. folu. mat. sic uidemus multis aliis in casibus

89 † spem operari multa, ut latissime scripsit Tiraq. Tract. De legib. connubial. Post leges num. 34. cum multis sequentibus, addo Rui. conf. 19. nu. 4. conf. 98. num. 13. lib. 1. Soc. Iun. consil. 95. num. 30. lib. 3. Alcia. responso. 171. in fin.

Declaratur communis relata conclus. non procedere, quando † Pater liberam reliquit filio peculii administrationem, sic Bar. d. §. si de uetigalibus nu. 13. in fi. inquit esse clarum tex. l. cum. & filij. C. qui bo. ced. possunt & Bar. sunt secuti Alex. d. §. si de uetigalibus col. 22. & Paris. d. conf. 157. nu. 15. 17. 18. licet contrariam sententiam probauerit Roma. l. filio. 2. Sol. ma. sed illius rationibus satisfacit Alex. qui supra, & eisdem modis responderi potest ad ea, quæ attulit idem Roma. conf. 154. col. 2. vers. secundo quia glo. quo loci & aduersus Bar. relata sententiam consuluit. Subnecti hic illa posset questio, quando Va fallus vi ingreditur fundum feudalem ab aliquo possessum, an domino detrimentum in proprietate adferat. verum infra. q. 31. vt oportuniore loco referuauimus.

91 Quæro .8. an hæc constitutio † locum habeat contra furiosum & mente captum, glo. hic, ad quam se remittit Bar. nu. 13. adfirmat locum non habere, idem censuit hic Cy. & Alb. col. 2. ex. l. infans ad. l. Corne. de Sicar. & l. penul. de Parricid. l. vlt. ff. de adm. tut. si enim non punitur furiosus committens atrociora crimina, quanto fortius hoc casu, satis enim furore ipso affligitur. l. Diuus. ff. de off. presid. d. l. pen. §. vlt. de Parricid. iusta etenim ratione constitutum hoc fuit, cum furioso † nec dolus nec culpa ascribi possit, quando

92 verè & sensu & intellectu caret, ut respondit Soc. Sen. conf. 47. col. 3. lib. 3. Quare furiosum † nullo modo esse puniendū tradunt scribentes, vt las. in. l. 1. §. adipsimur. nu. 9. de acquir. poss. Dec. l. in negotijs. §. hæredis nu. 3. de reg. iur. in. l. furiosum. nu. 34. C. qui testa. facere possunt, latè Carerius in Praxi crim. §. homicidij. 6. nu. 13. latè Tiraq. tract. de Pœnis legum & c. causa. 2. vbi. nu. 1. citauit

gl. nostræ huius constitutionis, latissime Pla. ca Hisp. lib. 1. Epito. delicto. cap. 29. ex quorū dictis declarationes habentur, quas liberater ex industria silentio inuoluam. sic declarari & intelligi debet statuta, quæ rei alieni occupatore puniunt, etiam si dicerent, cuiuscunque status & conditionis: ut est statutum Papie. 31. in criminalibus, de pena illius, qui uim alicui fecerit in eius possessione. non enim furiosum et mente captum comprehendunt ex his quæ supra q. 4. retulimus.

95 Declaratur † tamen (ne quæ ad rem nostrā accedunt propius omittam) non procedere saltem quoad hoc, ut occupata possessio, possessori deiecto restituatur, ut declarauit hic Cyn. & probat Albe. col. 2. Saly. col. 3. vers. 7. quæro, quod summa æquitate nititur: cū æquum non sit illud, cum possessoris iacturā, locupletari.

96 Quæro .9. an hæc constitutio † locum habeat contra prodigum, qui per uim alterius possessionem occupauit, & licet glo. hic quā Bar. nu. 14. dixit nescire alibi, affirmauerit, non habere locum, attamen crebrior est sententia locum habere, & communem testatus est. Bar. d. nu. 14. Albe. col. 2. Saly. col. 3. vers. quæro 8. Ripa. & las. in. l. 1. cui. de verb. ob. hic. nu. 17. ille. nu. 53. in fi. eam probauit, & Molina. in consuetud. Parisi. tit. 1. §. 2. glo. 2. nu. 21. & Tiraq. de legib. connubia. in glo. 3. nu. 147. ea ratione adducuntur, quia † prodigus adulto & pupillo æquiparatur. l. si ratorem. C. de in integr. refl. clarè in. l. certi conditio. §. idem quæri. ff. si certū petatur, ut ergo contra adultum & pupillum locum habet hæc constitutio, sic contra prodigum, cuius rei plures adferuntur rationes, ut illa Ripæ in. l. 1. cui nu. 51. prodigalitate respicere † uitium in dissipatione bonorum, in quorum conseruatione nulla est uoluntas, non enim est uitium, sed defectus persone, non ergo uitium cum altero iungi debet, ut prodigus delinquendo excusetur, cognoscit enim, quod agit, qua ratione † etiam corporaliter ex homicidio & similibus punitur Bal. in. l. furiosum. C. qui testa. face. possunt quem citauit Ripa. d. l. 1. cui. n. 53. in fi. & Tiraq. De pœnis legum & c. causa. 44. num. 46. Nec difficultatem facit. l. 1. cui, quam hic gl. citat in oppositum, quia secundum Albericiū & Saly. qui supra procedit quoad bonorum administrationē, non quoad delictorū coercionem. Aduertatur tamen, quia † Bar. in. d. l. 1. cui. nu. 6. tueri uelle uidetur glo. doctri nam, dum inquit uideri posse procedere, cū bonorum

bonorum alienationem respiciat, quasi uelit dicere, pœnā pecuniariam esse, attamen las. ibidem. nu. 17. & Buttigela nu. 35. indistinctè prodigum teneri, affirmarunt, alijs sibi Bar. & communi sententia aduerfaretur, et si Zasus in. d. l. 1. cui. n. 18. cum Bar. idem clarè affirmet.

101 Quæro .10. an hæc constitutio † locum habeat cōtra Prælatum, Abbatem, Monachum Tutorem & similes alterius possessionem nomine ecclesiæ occupantes, ut ecclesia, vel pupillus teneatur. glo. hic & ceteri interpretes subobscure admodum hanc finierunt questionem, ut & Ripa. in. d. cap. sepe nu. 95. ipse uerò regulam constituit, seu conclusio nem principalem negatiuam, non esse locū huic constitutioni, ut ecclesia uel pupillus teneatur, ut idem affirmasse uidetur hic glo. & Alber. col. 2. & clarus in. c. 1. de dolo & contuma. cōmune testatur Ripa. in. d. cap. sepe. nu. 95. & in. l. vlt. n. 174. C. de reuo. dona. vbi comunem testatur. Molinaus in cōsue. Parisi. tit. 1. §. 30. nu. 65. post Felyn. cap. nouit de iud. & Alex. conf. 5. nu. 15. lib. 5. idem in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 30. vers. ter tio decimo fallit. de acquir. possess. ea adducuntur ratione, quia delictum persona alteri non imputatur cap. delictum de reg. iur. in. 6. quo loci Dy. ponit exemplum in casu nostro. hinc, secundū Ripam, uidemus † ob Prælati ingrati tudinem, donationem ecclesiæ factam non reuocari Ripa. lib. 2. responso. cap. 18. nu. 20. Ruin. conf. 27. nu. 2. lib. 2. sic in tutore dicimus, qui suo facto, pupillo nō nocet. l. neq. ff. de re iud. l. pen. de tabul. exhibe. Dyn. in. d. cap. delictum, & alia supra retulimus in primo remedio recuperandæ possessionis ex interdicto vnde ui. q. 3. in. tertia. ampliatio. Ex quibus inferitur declaratio ad statutum Papie. 31. † In criminalibus sub rubi. de pœna illius, qui uolenti alicui fecerit in eius possessione, dum punit occupates possessionem alterius: cessare enim illa pœna debet contra relatas personas ecclesiæ pupilli & similibus, quorum cōsensum in uolentia, cōmittenda, nō accessit, ut statutum exigat, ibi commissit qualitercunq; uel committi fecerit.

104 Extenditur ut procedat, etiam si † Prælatus unā simul cum capitulo, congregatione facta, alterius possessionem occupauit, nam nec tunc ecclesiæ detrimentum inferri potest, hanc sententiam probauit glo. in. ca. placuit. 16. q. 6. Cardin. in. ca. 1. de dolo & contuma. vbi idem Pano. docuit. nu. 14. 15. nec dissentit

Ripa. in. d. cap. sepe. nu. 95. vers. 4. declara, & hanc probasse uidetur Molina. in consuetu. Parisi. tit. 1. §. 30. nu. 61. nec aliter uidetur sensisse Bal. in. l. iubemus nullam in fin. C. de sacros. eccle. & si alij plures, quos infra referā, aliter senserunt. fulticitur hęc sententia, cui accedo, ex eo, quod † Prælatus, & capitulum, nō possunt bona ecclesiæ sine causa legitima & solemnitate debita alienare ca. sine exceptione. 12. q. 2. si ergo nō possunt expressè, minus tacitè delinquendo. nec ad rem facit, quod respondet Ripa. d. n. 95. vers. quarto declara argumentationem non defendi, cum uideamus in simili bona minorum non posse alienari sine solemnitate. l. magis puto. §. ne passim, cum similibus de reb. eo. et tamen minor de linquendo, amittit, ut supra diximus. q. 3. nā hæc responsio ad rem non facit, cum in casu nostro ecclesia non delinquat, ut deliquit is minor, sed Prælatus, qui cū non sit dominus bonorum ecclesiæ sed solus administrator, ecclesiæ detrimentū afferre non potuit. Cōfert secundo pro nostrā & relatorum sententia, quod statim diximus Prælatum tñon esse dominū, sed solum administratorem bonorum ecclesiæ, cum Deus ipse, seu ecclesia uniuersalis, sit domina. ca. cum ex eo de electio. in. 6. Inno. & Abbas in ca. cum super. de caus. poss. & propriè tantum enim habet iuris prælatus in bonis ecclesiæ, quantum tutor in bonis pupilli Abba. ca. edoceri col. 2. de rescrip. Mahtua sing. 23. in fi. sed administrator non potest præiudicare, quia non administrator, † sed dilapidator potius diceretur. l. qui fundum. §. si tutor. de usucap. pro empto. cap. si quis presbyterorum de reb. eccl. non aliena. sic argumentatur Abbas. in cap. 1. nu. 13. in fi. de dolo & contuma. sic hæc ratione uidemus his ecclesiæ administratoribus, non concedi alienationem bonorum ecclesiæ cap. 1. de in integr. restit. nisi euidens adsit utilitas, cap. 1. vbi latissime omnes de reb. eccl. non alie. & in cap. sine exceptione. 12. q. 2. qua ergo ratione fieri potest, ut Prælatus & capitulum, qui solum administrant, possint occupando ecclesiæ præiudicare, cum pro hæc sententia pugnet clarus tex. l. meminerint. C. vnde ui. ut supra loco suo diximus, ut & illū in hanc sententiam citauit Bal. in. d. l. iubemus in fi. suffragatur tandem, quod docuit Abbas. d. c. 1. num. 16. de dolo & contumacia. ecclesiæ † bona non solum ad ecclesiæ seu Prælati cōmodum, sed & ad fabricæ reparationem, & & pauperum alimoniam esse debere. cap. vlt. 16. q. 2. cap. quatuor. cap. concessio. 12. 2. cap.

pastoralis. de his, que sunt a Præla. sine consensu. cap. qua ergo ratione & iure fieri potest, ut ex delicto Prælati & capituli, detrimentum inferatur Fabricæ & ipsiſ Pauperibus, quarum sustentatione vsus fuit & subtilis Aret. cõf. 174. nu. 2. in fi. vt iur etiã alia ratione Abbas d. cap. 1. nu. 18. vers. quarto &c. quia si aliter diceremus, statim inuicta esset uia fraudibus, quibus Prælati & capitulum, possent cum uellent alienare, colludendo cum amico, & ita possessionem occupando, ac ita per consequens ecclesiæ præiudicare, ut in simili respondit Feder. de Senis conf. 94. dum inquit non ualere transactionem + Prælati sine licentia Diocessani, quia is possit fingere litem cum amico, sicq; in ecclesiæ detrimentum transigere. uerum etsi Federici consultatio defendi possit, non tamen in hoc Abbatis argumentatio, + quia uerisimile non est, ut totum capitulum hac ratione delinquat, cum præsertim nec delictum presumat. l. merito. ff. pro solutio, cõ similit. in Clericis præsertim, quare ueram nõ ex posteriori hac argumentatione, sed ex cæteris hanc credo sententiam.

308 patneccariam esse declaratoriam, qua declaratur occupatorem in penam incidisse, ut in simili tradunt omnes. in l. si quis maior. C. de tractat. & supra alias diximus, infert Ripa d. cap. sepe. nu. 101. an beneficiu uolentis occupatoris possit ante sententiam illam declaratoriam conferri, & posse scribit, post Gem. in. cap. 1. de homicid. in. 6. addo Tiraq. in d. l. si unquam in uerbo reuertatur nu. 335. C. de reuo. dona. rem non executio, sed beneuolium lectorem ad eos allego.

310 Quæro. 46. qua actione t agatur, ut is occupator iure suo priuetur, conueniunt omnes, agi conditione ex hac lege, Saly. hic col. pen. versic. hæc actio, quo enim ad possessionem recuperatione, interdico unde ui (quod in secutus est hæc constitutio) agi potest, ad utrumq; tamen potest conditione ex hac lege agi, petedo ante omnia possessionem sibi occupata restitui, & occupatorem omni suo iure priuari, & ita possessorium recuperandæ cum petitorio ad commodum spoliati concurrerit, quod ea ratione conceditur secundum Saly. quia ad dominum non agitur declaratorie, sed transforie, cum transferatur ex occupatore in uolentem passum: sic in statuto, quando est specialiter prouisum, ex eo agi potest ut Papie ex illo statuto. 31. de pœna illius, qui uim alicui fecerit in eius possessione, sic & in statuto ciuitatis huius Montis Regalis.

312 Quæro. 47. quomodo t formetur libellus in hoc constitutionis nostre remedio, Bart. hic nu. 30. inquit esse petendum occupatore condemnari ob commissam uim, & deinde cogi & compelli possessionem restituere, & deinde declarari iure dominij eum amisisse, sic & Bal. col. 2. in prin. pulchre admodum Signo. consil. 74. col. 1. 2. potest etiam esse alia in foro praxis, ut agente spoliatore ad rei proprietatem consequendam, replicet spoliatus illum amisisse omne ius suum ex occupatione. hæc praxim docuit post glof. sibi Abbas in. cap. pastoralis de cau. poss. & propr. & idè admonuit Iafredus Lanfrancus in suis Decis. conclusione 34.

314 Quæro. 48. an lata sententia t in casu nostre huius constitutionis super restitutione possessionis superfit actio ad penam, & super esse glo. hic affirmat, eam secutus fuit hic Saly. col. pen. versic. nono quid: si ea utitur ratione, quia actionis iure pena petitur, non mirum si ex post, illi est locus. l. si pro fure. §. furti. ff. de cond. fur. hanc pariter sententiam probauit Abbas consil. 100. in fine. lib. 1. quod

vii.

utile est an interpretatione statuti huius ciuitatis Montis t regalis sub rubr. de eiectione possessionis colla. 5. & probat hanc sententiam l. vnica. §. 1. C. quando ciuili actio crim. præiud. Eguina. Baro. §. recuperandæ Inst. de interd.

316 Quæro. 49. an t a sententia lata in casu huius nostre constitutionis possit appellari: & posse affirmat glo. hic & in l. momentaneæ C. hoc titulo glo in l. vnica. C. si de moment. possessione fuer. appella. & hanc esse communem testatur Ripa in d. cap. sepe colum. vlt. versic. secunda fuit opinio. addo eiusdem sententia Baldum in consil. 14. Præmissis uerbis cuiusdam statuti, colu. vlt. versic. & ad prædicta facit. l. 1. & idem sentire uidetur Feder. de Senis consil. 76. Domino Auditori, in fine, clarè Dec. consil. 28. num. 2. uersic. hoc in simili probatur, Ang. l. incerti. C. de interd. Soc. Tractat. fallen. regula. 2. fallen. 20. Bero. in rub. extra de iudicij num. 51. uersic. hinc etiam uidemus. ea ratione præcipua adducuntur, quia regulariter t permittitur appellatio nisi expressè prohibita reperitur. l. & in maioribus

318 C. de appellat. quare in dubio t appellacione esse deferendum censur notab. glof. in l. qui restituere in glo. vlt. ff. de rei vend. quam summo per commendat omnes, ut apud Socin. Sen. consil. 193. colum. 3. versic. sed præmissis. conf. 300. colum. fin. versic. secundum est lib. 2. & consil. 39. nu. 12. 3. lib. 4. Dec. d. consil. 28. nu. 8. consil. 356. num. 1. 2. consil. 677. num. 1. 2. latè apud Neuzantim lib. 6. Syluæ nuptia. num. 47. versic. In dubio. Crauet. consil. 203. num. 24. addo Iaf. consil. 87. colum. 3. versic. confirmantur præmissa lib. 2. Tiraquellum Tractat. le mort; à faiste le viu. 6. parte declaratione 6. num. 9. 10. satis ergo communis hæc sententia nititur ex regula ipsa. Nunc omnis in eo uersatur difficultas, in diluendis rationibus & argumentis, quæ in oppositum adferri solent;

319 & Primo dici solet, non esse in causis t possessorijs permissam appellationem. l. vnica. C. si de momen. posses. fuer. appell. nam respondeatur secundum omnes loqui in mero possessorio, t quod dicitur esse momentaneum: fecus in possessorio, quod habet admixtam causam proprietatis, sic respondet Ripa d. capit. sepe colum. vlt. versic. secunda fuit opinio, confirmatur ex doctrina Baldi consil. 141. Præmissis colum. vlt. versic. illud etiam non omitto lib. 1.

321 dum affirmat, quod ubi t duæ causæ complicatæ sunt, & una admittit appellationem, altera non, esse in utroque admittendam, at in casu nostro, causa proprietatis, quæ uersa-

tur in casu nostre constitutionis, admittit appellationem, ergo & in omnibus debet admitti: idem sensit ipse Bald. consil. 153. Nouum dubium lib. 1. sic appellatur a sententia in possessorio, quado vnà simul cum possessionis causa lata est sententia super restitutione fructuum, ut docuit Bal. in d. l. vnica. C. si de moment. possessione fuerit appellat. Bartol. l. credit. r. §. ius ius in fin. ff. de appellat. Afflictus Decisione. 77. in fin. Auferrius in additio. Decisi. Capellæ Tolosanæ. q. ultim. Rola. a Valle consil. 77. nu. 13. lib. 2. dicit ex d. l. vnica, appellationem t a sententia lata in possessorio no prohiberi, sed tantum per illam executionem sententia impediri, ut hic sensum probauit Alber. in d. l. vnica. Bartol. in l. 2. ff. de appellat. recipien. vbi Ang. Cor. consil. 10. num. 1. lib. 4. & alios refert & probat Afflict. Neapolitanus Decisione. 269. num. 3. nec dissentit Guid. Papia. q. 37. si appellatur, & c. qui eiusdem sententia refert fuisse Bald. in l. 2. C. de episc. audien. Xfi aliter sensit sibi parū constans idè Bal. d. l. vnica. ubi meminit & Ioan. Cora. Tolosa. in repe. l. naturaliter. §. nihil commune in prelatijs num. 30. de adquirenda possessione, qui & ipse Bar. sensum probauit, idem sensit uisus est Paris. consil. 108. num. 20. lib. 1. licet Dec. consil. 28. num. 4. uersic. non obstant allegata, dixerit (& malè) communem sententiam esse contra hunc r. ar toli sensum, & in iudicando ac consulendo. sequendam esse illam Baldi. d. l. vnica aliter dicentis, ut quoque cum Baldo esse receptionem testatur Iaf. consil. 187. colum. 5. versic. hoc assumpro lib. 2. addo Imolam consil. 55. num. 5. & nouissime Rolandum a Valle consil. 77. num. 1. lib. 2. qui multos cum Bartolo sententiantes in hanc Baldi retulit opinionem, sed cum Bartolo idem sensit Abbas consil. 55. colu. 1. versic. aliam limitationem lib. 2. quem malè intellexit Brun. consil. 98. num. 9. qui Baldum uidetur sequi, sed Bartoli sensum probauit Barba. con. 81. colum. 5. lib. 3. Maranta in sua Praxi parte sexta in capitulo de appellatione num. 244. Didacus Couar. lib. Prat. quæsti. cap. 23. num. 8. Rebuffus in commentarijs Regia. constitutio. tomo tertio titulo de materijs possessorijs artic. 7. glo. 1. num. 18. 19. qui sic in Gallia seruari testatur, hocque clarè fuit ex Regia confirmatione confirmatum, ut apud eundem Rebuffum in tomo. 1. tit. de sententijs executorijs articulo. 6. glo. 3. num. 2. ubi declarat. d. l. vnica cum Bartolo & ceteris, docetque ibi Praxim in Francia obseruari. sed cum Baldo idem sententi Ang. consil. 46.

V statuto

statuto ciuitatis colum. 2. vers. sed a sententia  
idem tamen Ang. sibi parum constans aliter  
sentit, sicque Barto. est secutus, Ang. inquam  
conf. 107. Dicitur constituto colum. fina. vers.  
non obstat quod &c. sed cum Bal. idem sentit  
Alex. conf. 2. in fin. lib. 3. qui esse receptiorem  
testatur. verior tamen mihi est uisa Bar. sen-  
tentia.

323 Non pariter communi sententiæ aduer-  
satur, quod dicebat Ripa t. d. capit. sepe colum.  
vlt. vers. istud est vnum &c. dum fingit casum  
in prædione spoliato, qui deinde inuadit, nam  
is soluta estimatione & re restituta, potest  
suam possessionem recuperare, & ita est alia  
via succursu, dico enim præter relata a Ripa,  
ita demum hunc casum procedere, quando is  
prædo condemnatus ad possessionis restitu-  
tionem & pœnæ solutionem omittitiam  
ceptum iudicium & non appellata lata contra  
se sententia, sed mauult alio remedio sibi pro-  
uidere, quod si ab ea sententia appellare uel-  
let, certe posset.

Non quoque difficultatem facit, pœnam esse  
quid accessorium, causam verò restitutionis  
possessionis principale, conueniensque mini-  
me esse causam accessoriam t. immutare na-  
turam principalis, iuxta l. nuda. C. de contra-  
henda & committenda stipulatione, nam re-  
spondeo nõ esse causam accessoriam, sed prin-  
cipalem, immò magis principalem quam cau-  
sam restitutionis possessionis, cũ & maius in  
ea versetur præiudicium.

324 Non pariter multum urget, quod inquit  
Ripa præcitato loco, quod si appellatio hoc  
casu admitteretur, sequeretur, quod pœna  
huius Constitutionis, quæ est t. ad odium oc-  
cupatoris, ad fauorem & commodum resolu-  
ret, contra tex. l. quod fauore. C. de legib. &  
melius in cap. intelleximus de Iud. in l. vltim.  
C. de Iur. cal. dico enim, tunc demum pœ-  
nam huius Constitutionis esse ad odium occu-  
patoris, cum clarissimè constabit occupato-  
rem illum iuste cõdemnatum, quod ante cau-  
sæ suæ dici non potest, quare ipsa appella-  
tio non conceditur, ut is occupator pœnam  
euitet, sed vt verè in eo iudicio cognoscatur  
an deliquerit vel non, quado illa causa in alio  
tractari minimè possit, vt potest causa meri  
possessorij, sic diluuntur fundamenta, quæ  
probare videbantur nullo modo in casu hu-  
ius constitutionis appellari non licere. Nunc  
superest vt vno respondeamus verbo illi ratio-  
ni, qua suaderi videbatur, appellari quidem  
hoc casu licere, sed a pœna tantum, non a res-  
titutione possessionis, nam dicebant nonnul-

326 li, duas has esse causas separatas, cũ totæ enim  
sint sententiæ, quot capita. l. Carmelia Pia,  
de iure patro. l. etiam. §. i. de mino. quare inse-  
paratis vtile per inutile non uitiatur. l. i. §. sed  
si mihi, de verb. ob. licet ergo a possessore ap-  
pellare non liceat, licere tamen debet a pœna  
Saly. affirmat hæc esse inseparabilia, quia stan-  
te sententia super possessione à qua non licet  
appellare necessario sequitur decisio super ar-  
ticulo pœnali. hoc nihil est, ut animaduertit  
Ripa. quare rectius dico duo hæc esse insepa-  
rabilia, si terminos præsupponamus habiles  
esse scilicet per sententiam declaratum hunc  
occupatorem in huius constitutionis pœnâ  
incidisse, nam eo ipso quod ita declaratum  
est, unâ simul duo cõtinentur: possessionis re-  
stitutio, & pœna, & ideo, vt iam supra dice-  
bã, uno in casu appellatione admissa, dicitur  
& in altero, cum vna tantum sit sententia, &  
t. d. l. etiam. §. 1. & l. Carmelia, intelliguntur  
cum plura simul per cõpulum in sententia po-  
nuntur, que re ipsa separationem ostendant,  
sic declarat Dec. conf. 344. num. 3. versic. ter-  
tius casus, at nostro hoc casu non potest dari  
separatio, quia si cessaret uel pœna, vel pos-  
sessionis restitutio, dici non posset huic res-  
titutioni locum esse, ex quibus non satis ue-  
rum esse demonstratur, quod dicebat Ripa, si  
multare posse, ut locus sit restitutioni posses-  
sionis & cesset nihilominus pœna, nam si  
cessat pœna nec constitutioni nostre locus  
est. Hæc sententia fortius procedit ex disposi-  
tione iuris Pontificij, cum eo iure cautum sit,  
ab omnib. possessorio appellari licere, capitu-  
lo cum ad sedem de restitutione spoliatorum  
Clem. 1. de causa possessio. & proprie. sic Ri-  
pa. d. cap. sepe in fine, de restitutione spoliato-  
rum, & suo loco latius dicemus. hac ratione  
idem dicere possumus procedere t. hac regio-  
ne Pedemontium: cum ex nouis Decretis Se-  
renissimi Ducis Emanuelis, sub Rubrica dele-  
te appellationi & in quai casu & da quai Giu-  
dici è legito d' appellare in versic. dalle senten-  
ze che si daranno nelle cause possessorie &c.  
cautum sit, in his causis possessorijs iudicij ap-  
pellare licere, eaq; constitutione est declarat  
appellationem suspendere executionem, præ-  
terquam in causis momentaneæ possessionis,  
in qua & si concedatur appellatio, illa tamen  
non suspendit executionem, sed deuoluit tan-  
tum cognitionem. quale autem sit momentaneum  
iudicium possessorium, supra in antelu-  
dijs num. 33. diximus, idem quoque est dicen-  
dum Papæ t. cum istic praxis inoleuerit, ut ex  
statuto tertio ac quarto in ciuilibus, licet in  
cau-

causis possessorij iudicij appellari, ut obserua-  
ri multoties ipse uidi, nec me lateat Gratum  
conf. vlt. num. 16. 18. 20. lib. 3. unum respondi-  
disse, quod si uerum est, in praxi est notabile,  
hoc casu cum t. appellatio admittitur a sen-  
tentia in possessore pro legem municipalem  
illam operari non modo effectum deuoluti-  
uum, sed & executionis suspensiuum, qua de  
re non parum ambigo, uerum hic non est lo-  
cus ut excutiam omnia. Relata hæc conclusio  
fortius ac clarius procederet de iure Ciuili,  
eo casu quando ipsi appellatiõni fuit a Iudice  
a quo delatum, tunc enim de illius uiribus est  
cognoscendum: sic egregiè Bald. in l. post sen-  
tentiam colum. 2. C. de sentent. & interlocu-  
tori. omnium Iud. quem secuti sunt Alexan-  
der conf. 2. prope finem lib. 3. Iason conf. 87.  
colum. 2. lib. 2. & in l. 1. num. 5. C. de bono. pos-  
sess. secund. tab. Soc. lun. conf. 18. num. 8. lib.  
1. nouissimè Rola. a Valle d. conf. 77. num. 1.  
lib. 2. qui num. 18. rectè declarat nisi admissio  
fuisset appellatio hæc cum clausula, si & qua-  
renus iure admitti potest operari enim clau-  
sula hæc, ut si admittenda sit rectè censetur,  
aliàs reiecta dicitur, ut affirmat ibi post Bal-  
dum in l. edita colum. 17. C. de edendo, De-  
cretum cap. oblatæ secundo nota. de appella.  
Socinum Iunior. d. conf. 18. num. 15. lib. 1. Al-  
ciatum responso 406. num. 3. addo ipse Gra-  
tum conf. 26. num. 2. Plotum. l. si quan-  
do num. 199. C. vnde ui.

327 Quæro 50. quomodo differat hæc consti-  
tutio nostra a cæteris: glos. hic in fine late de-  
clarat, eam omnes probantur, ipse autem ali-  
qua tantum referam ad eorum declaratione,  
quorum tractatus non est a nobis explicatus,  
ut in eo casu quomodo differat t. hæc consti-  
tutio a constitutione. l. si constiterit. C. finis  
regund. quæ edita fuit a Constantino Impera-  
tore, sub cõsultatu Gallicani & Symmachi. qd  
fuit anno salutis nostræ tricentesimo trige-  
simo primo, si que ante editam nostram con-  
stitutionem. l. si quis in rationem, per annos se-  
xaginta, ea ergo constitutione. l. si constiterit  
cautum aliqui opinantur cõtra occupatores  
alienæ possessionis, ut aliàs admonui supra,  
in anteludijs. num. 53. quo loci uno retuli uer-  
bo sententiam Fabij. in l. naturaliter. §. nihil  
commune num. 141. sententis constitutione  
illa, non esse prouisum contra occupatores,  
cum ibi nulla uis, nulla (vt ille ait) rapina in-  
tercesserit, nam in text. dicitur usurpare uo-  
luit, ergo non usurpatit, Rursus dicitur, de  
suo contentus rem non expectet alienam, si  
ergo expectat, nõ dicitur occupasse, & in fine

333 dicitur, adimere tentauit, ergo non ademit,  
uerum hæc Fabij declaratio non multum pla-  
cet, quia t. illa uerba intelligi possunt resp. a  
& cum effectu illum occupatorem occupasse  
ut quoque intelligit Cora. textum. l. ult. in fin.  
ff. de rerum diuis. qui testatur frequentem,  
hanc esse honorum auctorum locutionem,  
ut actum ipsum & factum perfectum, cuius  
scilicet effectus iam secutus sit uerbo, uoluit,  
vel placuit, exprimat, & confirmat uerbum  
irreptor in textu positu, & cõfert ratio, quia  
aliàs sola cogitatio puniretur, contra. l. cogi-  
tationis de pœnis, vel etiam possumus intelli-  
gere, hunc cum effectu non occupasse, ut  
perpetuò possideret: occupauit enim, sed de-  
fecta est occupatio, quare dicitur uoluisse oc-  
cupare, cum ad effectum, ut proposuerat, nõ  
perdixerit, nec in meo Codice legitur, rem  
expectet, sed, rem expectat, cuius uerbi diuer-  
sa est significatio, est enim Imperatoris deci-  
sio, rem non esse alienam expectendam. j. inua-  
dendam. Non inficior tamen, quod affirmat  
Fabius ibi de commissis uolentia nõ agi, qua-  
re ea ratione a constitutione hac nostra dif-  
fert, differt & in eo, dum in ea. l. si constiterit  
nullum adest uerbum, quo intelligamus pos-  
sessionis restitutionem in contenti fieri,

334 Differre etiam eadem ratione uidetur no-  
stra hæc cõstitutio ab illa. l. Christianis. C. de  
paganis, quæ Honorij ac Theodosij fuit sub  
Atlepiodoti & Marimiani cõsultatu, quod  
fuit anno nostræ redemptionis. 425. hæc ergo  
constitutio t. l. Christianis non prouidet cir-  
ca restitutionem possessionis, sed tantum pu-  
nit Christianos occupantes, seu rapientes bo-  
na ludæorum, quod intelligitur quoad sola  
bona mobilia, nam si immobilia occuparen-  
tur, esset locus constitutioni nostræ: sic sentit  
Io. de Anna. in ca. & si ludæos col. pen. de Iu-  
deis, illi. d. l. Christianis, quæ de solis mobili-  
bus loquitur, & Anna. est secutus. Gomef.  
Hispan. in §. ex maleficij nu. 23. vers. sed istis  
non obstantibus. Inst. de actio. ea utuntur ra-  
tione (cuius memini supra. q. 40.) quia in nõ  
clarè decisit utuntur Iudæi iure Romano, &  
cõmuni, & quare dicebat Anna. Iudæis spoli-  
atijs uti licere interdecto uide uij, alia ad hu-  
ius. l. Christianis. declarationem scribit Gomef.  
d. nu. 23. Nostra autem hæc vlt. consti-  
tutio differt a constitutione. l. vnica. §. vlt. C.  
de suffragio, edita à Theodosio, Arcadio, ac  
Honorio Imperatoribus, sub cõsultatu Ar-  
cadij tertio, & Honorij secundo, anno no-  
stræ salutis. 396. hæc. fl. vnica aduersus eos,  
qui suffragio præstito (quod quomodo intel-

ligatur doctē ac pulchrē declarant Alcia. lib. 2. Paradox. cap. 14. Duare. lib. 2. disputa. annuer. cap. 21. Lud. Charo. lib. 1. verisilium iuris cap. 4. verterio in fi. Tiraq. in tract. de Nobilitate cap. 29. nu. 2. 7. & Rober. Aurelia. lib. 2. sententiarum iuris cap. 21. rem aliquam promissam sponte nondum sibi dari petentes occupant, promulgata est, nam cum restituere teneantur, quod occupant, amittunt in primis, quod sibi erat promissum, deinde ob vim commissam puniuntur, nō tamen declarant, quia pœna illata vis coercetur, quare intelligere possemus uel lege Julia de vi priuata, uel alia simili dispositione: nō enim nostra hac constitutionem dici potest prouisum, cū post biennium edita fuerit, visum etenim est mihi quandoq; in ea constitutione. d. l. vnicæ, uoluisse legislatores illos Diui Marci constitutionem referre, quando in vtraque creditoris audacia aduersus debitorem, cuius bona occupantur, comprimitur, erit tamen cogitandum.

338 **Quero. si an à pœna huius t constitutionis censetur recessum per statuta locorum, quibus mitior pœna ijs violentis occupatori bus imponitur, ut est Papiæ vbi illius Ciuitatis statuto. t. 7. in criminalibus, sub Rubrica. de pœna illius, qui vim alicui fecerit in eius possessione, est cautū occupatorem rei alienę puniri pœna librarum centum Papiensium, quæ summam decem coronatorum ad summum constituunt, & aliquando ex alijs statutis minor pœna imponitur, ita ut sit sæpè vtilius occupatori condemnari pœna statuti, quàm pœna nostræ constitutionis, aliquando è contra iuxta scilicet ualorē rei occupatæ. in foro quotidiana est quæstio, in qua dicendum videtur esse à pœna constitutionis nostræ recessum, sic enim crebrius affirmant doctores nostri per pœnam à statuto impostam censeri recessum à pœna iuris cōmuniis, hanc probauit sententiam Jac. Beluifius. in. l. r. C. de requiren. reis & Gandinus in tract. malef. in tit. de aliquibus quæstio. quæ nō cōmodè &c. quod loci testatur Gandinus sic Bononiense collegiū ex factō diffiniuisse, vt refert & Alber. de Rosate in tract. statutorum prima parte. q. 8. incipit, sed an valeat statutum &c. quo loci refert sic a iuris consultissimis, quandoq; responsum cum in Genuensi Vrbe celeberrima ex factō quæstio cōtingisset: sic testatur Ancha. cap. canonū statuta de consultu. & eam ipse probauit testaturque orbem vniuersum (magnum certè quid) hāc obseruare, eiusdē fuit sententiæ Bal. Castren.**

Saly. Ang. Raphael. Comensis Corne. Auguf. Ariminen. quos retulit secutus; fuit Dec. in. cap. de causis nu. 14. vers. sed breuiter cōtrarium de off. deleg. & preter eum, addo Bal. conf. 150. in quæstione Domini Milani col. pe. vers. quedam alia fuerunt li. i. duplicatū conf. 382. lib. 5. & eiusdem fuit sententiæ Floria. in. l. 2. ff. ad. l. Acquil. quem solum citauit, & secutus est Rubens Alexand. in. l. pe. §. ad crimen. nu. 186. ff. de publicis iud. idem placuit Rui. conf. 86. nu. 11. §. eandem sententiam probauit Alcia. responsio. 745. citat & Marsil. conf. 61. nu. 19. idem censuit Blancus in sua pratica criminali, in illa parte, quę incipit, postquā vidimus, quæ sunt iudicia &c. n. 61. cum multis sequentibus, vno verbo veluti per transfennam verba faciens, hanc probauit Aegidius Bosius in tract. causarum criminalium tit. de pœnis. n. 6. solent tamen in hanc sententiam adferri plura, quæ parum virgent, ut illud primum. statuta esse leges particulares, legem communem esse generalem t sed generi derogatur per speciem. l. in toto de reg. iur. l. sanctio legum de pœnis cap. generi. vbi latè Dyn. de reg. iur. in. 6. ergo per statutum iuri communi derogatum dicitur huic fundamētō pōt respōderi ex Alberici declaratione. d. q. 8. qui hoc sentiens, inquit. d. l. sanctio parū conferre, quia quæstio nostra est quando pro maleficio est imposta pœna specialis, tam per statutum, quàm per ius cōmune, text. enim. l. sanctio. negat generalem constitutionem pœnalem non derogari præcedenti speciali, cum ergo constitutio nostra imponat pœnam specialem, non conuenit argumentari, quod per speciem derogatur generi, sed argumentandum esset, quod una species alteri derogat, qua de re infra paulo post. Secundo argumentatur relati interpretes præsertim Saly. & Blancus t ex c. r. de constit. in. 6. vbi per generalem Pontificis maximi constitutionem non derogatur legibus & statutis specialibus locorum, sed bene è contra: fortius videtur virgere is text. si ratio à Pontifice eo loci relata, perpendatur, inquit eò legi speciali non derogari per posteriorem generalem, quia lex illa specialis siue statutum, ut quid facti ignorati à legislatore præsumitur. ergo à contrario sensu, si cognitum fuit illud statutum, siue illa lex præcedens specialis, per sequentem generalem dicitur sublata, cum ergo in casu nostro iuris cōmuniis dispositio sit omnibus nota, cum à nemine ignorari debeat. l. leges sacrasime. C. de legib. & præsertim illa, quæ vnita est comuni

muni vsui gentium, ut declaratur gl. l. sciendum de verb. oblig. & Alcia. tract. præsumptio. 3. præsum. 10. nu. 8. qualis hec est, quæ audaciam violenti occupatoris reprimat, ut clarius sentit Cora. lib. 4. Miscella. iuris cap. 17. in fi. quod præsertim nostro hoc casu procedit, vbi statuta Ciuitatum non nisi à iuris peritis, immò consultissimis compilari solēt vt fertur statuta Papiæ à Baldo Perusino edita, ut refert Cur. Jun. conf. 5. nu. 12. cum ergo illis notauerit iuris communis dispositio, ab illa dicuntur ex nouo edito statuto recessisse, hæc argumentatio est solidā aliquando visa sit, nunc tamen leuis ostenditur, procederet enim quando posterior lex priori ita aduersaretur, at duo essent pugnantia, tunc posterior priorem tollit. sic declarat Bart. in. l. de quibus num. 5. & ibi Iaf. nu. 54. ff. de legib. & clarius Corsetus sing. in verbo correctio, incipit quotiens, in fin. sed in casu nostro, cum simpliciter ius commune vnam imponit pœnam, & lex municipalis alteram, nō ideo adinuicem aduersantur. sed lex municipalis, ad maiore delicti castigationē, ut iuri cōi aliqd addat ei; faueat, illam imposuit pœnam, vt sit postmodum in offensi electione, eligere vtiliorem, metuatq; magis audax ille offensor, cum se multiplici pœna ligari sentiat. Quare videmus & iure communi multiplici t pœna aliquem puniri cap. felicitis de pœnis lib. 6. cap. ad falsarium de falsis. Abbas. d. cap. de causis nu. 14. de off. deleg. & hoc prius sentit Cy. d. l. qui sepulchra, in fi. dum citādo l. non est nouum de legibus, dixit, non esse mirum, quod quæ duplici actione teneatur & mox referemus. Quarto adducuntur relati omnes ex tex. l. r. C. de accusa. & l. agraria. ff. deter. ammoto. is text. l. agraria pœnā indicit pecuniariā terminorum amotori, & tamē. d. l. r. posterior pœnā indicit corporalem, illaq; feruatur non prima, ut eo loci glos. animaduertit. sic ergo est dicendum in hoc casu nostro, sed quam faciliè euitatur, si obseruabimus t. l. r. C. de accusa. Alex. Seueri Imperatoris constitutionem referre, qui omnium potestremus legem hanc sanxit cæteris obrogatis contra terminorum motores, hoc ostendit Modestinus in. l. r. ff. de ter. moto. dū expressè affirmat, non esse locum multæ pecuniariæ sed coercionis, respondit Modestinus, t nō aliorum Imperatorum, ut Caij Cæsaris uel Neruę constitutiones, sed ipsius Alex. Seueri, cum eius tempore is floruerit, ut ex nostris adnotauit Cora. in. l. Herennius, de statu hom. intelligimus ergo Alex. Seuerum, & ceteras fan

ctiones per suam clarè abrogasse, at nos in casu dubio loquimur, cum statutum unam indicit pœnam, non expressè abrogata illa à iure communi indicta, est enim Alex. Seuerus infecutus t Numæ Pompilij exemplum, qui in terminorum motores sancit, ut haberentur tanquam grassatores, & tanquam fures, illiq; iisdem officentur pœnis. legibus autē Logobardorum uariæ sunt indictæ pœnæ aduersus terminorum motores, ut legitur in legibus Longobardorum titulo de eo, qui terminum antiquum corruperit, uel nouum fecerit, non hic eorum referam distinctiones ac declarationes, quo pacto ij terminorum perturbatores plectantur unus ex multis uidentus erit Hier. de monte in tractatu finium. q. 34. u. 4. 5. Quinto solet ad ferit. l. qd Senatus cōsultū. ff. de iniurijs & l. Senatus. ff. de accusa. quibus est expressum, ex uno delicto, quē non debere fieri reum duarum legum, sed nihil ad rem, quia nostrō hoc casu non affirmant interpretes, qui communi aduersantur opinioni, locum esse debere pœnæ iuris communis & statuti, sed contendunt iuris communis pœnam obrogatam non esse per statuti sanctionem, sed positum in electione offensi esse, utram eligat, qua electa ad alterā reuerti non conceditur. l. licet. §. pen. ff. nau. cap. stab. & statim subiiciemus. Sexto ergo loco in hanc sententiam citat Saly. ex t. §. si quando vers. adulteram uero in auth. ut nulli Iud. quo intelligimus nouam pœnam à Iustiniano adulteræ impostam, ut in Monasterium scilicet detrudatur, cum tamen Constantinus in. l. i. quauis in fi. C. de adulter. eam gladio plecti uoluerit: Iustiniani tamen obseruatur sanctio, ut ex auth. sed hodie. C. de adulter. à. d. vers. adulteram desumpta, uidere facili negotio. sic satisfacere possumus, ideo unam tantum posteriorem Iustiniani sanctionem obtinere hodie, quia uirgenti est coniectura demonstratum, abrogatam esse, quod à Constantino constitutū fuit: si enim in monasterium detrudenda est, sequitur necessario non esse morte mulcandā; pugnant enim hæc, morte punire & in monasterium, ut istic pœnitentiam agat criminis referat: quod nō contingit in nostro hoc casu, sic hæc dilui posset argumentatio. Verius tamen aliquando animaduerti Iustinianum, in. d. §. si quando, non abrogare Constantini sanctionem, quandoquidem in uulgatis codicibus sic legitur, Si quādo uero adulterij crimen probetur, ut bene illas pœnas peccantibus inferri, quas Constantinus Diuæ memoriæ disposuit, in

codice aurt Holoandri, sub Nouella. 134. quę  
 inscribitur, de Vicarijs, seu locum tenen-  
 bus. d. §. si quando, sic legitur, si quando adul-  
 terij crimen manifeste probatum fuerit, tunc  
 trismisso libello repudiij, iubemus, ut ille pœ-  
 nę delinquentibus nrogeretur, quas præcri-  
 bunt leges: non ergo abrogauit iustitia. Con-  
 stantini constitutiones, sed illas confirmauit  
 potius, nec est quid quod unam & alteram sta-  
 re t impediatur, & si in. d. l. quamuis, dixerit Cō-  
 stātinus gladio adulteros esse puniēdos, in cui-  
 353 ius declaratione non mediocriter nostros la-  
 pos fuisse credimus. quam obrem sciendum  
 est, gladij significationem esse multiplicem:  
 aliquando enim pro grauisima animadu-  
 354 sione pœnaq; mortis intelligitur, ut probat  
 tex. l. cum uir nubit. C. ad. l. Iul. de adulter. &  
 clarius in. l. quisquis in principio. C. ad. l. Iul.  
 maiest. hinc legimus Caracallū impijsimū  
 Tyrrannum (ut in illius uita scribit Spartia-  
 nus) increpasse grauiq; supercilio reprehē-  
 disse percussore t Papiniani uiri cōsultissimi  
 355 & acutissimi quod non ita ut iustus fuerat  
 executus esset mandatum, Gladio (inquit) te,  
 non securi exequi oportuit iustum meum, cui-  
 us rei meminit scite & doctē, ante ceteros;  
 Gouean. noster in. l. Imperiū in. 3. pagina, &  
 ibi Cora. nu. 14. de iurisdic. om. iud. & Lud.  
 Charond. tract. de iurisdictione & Imperio in  
 fine, aliquando etiam gladij pœna pro quacū-  
 que graui coērtione citra mortem sumitur,  
 ut in. l. solet. ff. de off. procōs. & lega. in. l. Im-  
 perium. ff. de iurisdic. om. iud. in. l. nemo po-  
 test de reg. iur. quæ sententia placuit Alciato  
 lib. 2. Paradox. cap. 7. & fufius illam confir-  
 mat Longouallius in. d. l. Imperium nu. 51. &  
 ibi Cora. d. nu. 14. & si non ignorem eundem  
 356 t Cora. in. d. l. solet nu. 10. ff. de off. proconf.  
 & leg. & in. l. illicitas. §. qui uniuersas nu. 1. de  
 off. praesid. a se ipso discedentem, aliter sen-  
 sisse, iuxta ergo subiectam materiā gladij pœ-  
 na accipitur, quare in casu. d. l. quamuis pro-  
 coērtione citra mortē, sumitur, quod ostē-  
 dit & ipse Iustinia. in. d. §. si quādo, dum uult  
 esse inuiolatam Constantini sanctionē, subij-  
 citq; Adulteram competentibus uulneribus  
 subactam, uel ut in codice Holoandri legitur  
 competentibus pœnis &c. in monasterium  
 detruidit; intellexit ergo Iustinia. cōpetētib;  
 uulneribus uel pœnis, illam gladij pœnam;  
 iuxta Constantini legem quam eo loci refert  
 nō ergo is. §. si quando hanc probare uidetur  
 sententiā septimo ergo loco citari solet t tex.  
 357 l. qui cum uno. §. qui post. ff. de re mil. in illis  
 uerbis, & qui ad edictum (uel potius, ad dele-

ctum, ut rectius legit Duare. lib. r. disputa. an-  
 nuieria. cap. 4.) non respondebant ut prodito-  
 res libertatis, in seruitutem redigebantur, sed  
 mutato statu militie, recessum a capitis pœna  
 est, quia plerunq; uoluntario milite numeri  
 suppleunt: uerum non meruit hic tex. in  
 hanc sententiam allegari, cum ex. l. defertorē  
 §. r. de re milita. intelligamus, non tacite mo-  
 do ex sola status mutatione, sed expresse noua  
 358 sanctione ab antiqua pœna esse recessum, pœ-  
 nę t militum huiusmodi sunt, castigatio,  
 pecuniaria multa, munus in dictio, mili-  
 tie mutatio, gradus delectio, ignominiosa  
 missio, nā in metallum, uel opus metalli, non  
 dabuntur, nec torquentur, accedit præterea  
 quod in. d. §. qui post pœna mutata est, quia  
 & pariter militiæ status est immutatus, iuxta  
 ergo statum presentem pœna iuste indicenda  
 fuit, at diuersum est in casu nostro, ubi causę  
 uel personarum status, immutatus nō est, sed  
 sola pœna, uel aucta, uel imminuta: in casu autē  
 tem. d. §. qui post, (ut hoc obiter nec ab re at-  
 tingam) ut pœna immutaretur illud fuit in  
 causa, quod olim t milites ex uoluntarijs fa-  
 cti sunt necessarij, quod his uerbis testatur  
 359 Lilius lib. 2. tertie Decadis. Milites tunc, q;  
 nunquam antea factum erat, iureiurando a  
 Tribunus militum ad hūc, iussu Consulum cō-  
 uenturos, neq; iniussu abituros, nam ad eam  
 diem nihil præter sacramentum fuerat, & ubi  
 ad Decuriatum, uel Centuriatū conuenerat  
 sua uoluntate ipsi inter se equites Decuriati,  
 Pedites centuriati, quod est dicere deni atq;  
 360 centeni, coniurabant, t se se fugæ aut formi-  
 dinis causa non abituros, neq; ex ordine recess-  
 furos nisi teli sumendi, uel hostis feriēdi, uel  
 cuius seruandi causa, id ex uoluntario inter  
 eos foedere a Tribunis ad legitimam iuris iurā-  
 di adactionem translatum est. hęc ille: uel (qđ  
 satis placet) uoluntarios milites intelligimus  
 factos sublata illa necessitate, qua ciues Ro-  
 mani militiæ nomen dare cogebantur, quod  
 his probare uidetur Plutarchus in Graccorū  
 uita, leges præterea tulit Populares aduersus  
 potentiam Senatus, ueluti de colonijs deduce-  
 dis, de uectibus publicę militibus dandis sine  
 stipēdiarum diminutione, de minoribus de-  
 cem & septem annis ad militiam non cogē-  
 dis, quem Plutarchi locum cognouit (si recte  
 conijcio) Paul. Manutius doctissimus in eo  
 quem conscripsit de legibus Romanis libello  
 dum sic scripsit, leges duas. C. Graccus Tribu-  
 nus pleb. tulit unam de uectibus militib; publi-  
 ce dandis, stipēdiū non imminuto; alteram;  
 ne quis in fra decimum septimum ætatis an-  
 num

num ad militiam cogere, ex quo patet, in-  
 terdum ad militiam ante coactos fuisse, q nō  
 dum annum ætatis decimum septimum attin-  
 gerent, quod puto difficilissimis Reipub. tē-  
 poribus exhausta claudibus ciuitate, ut secūdo  
 bello Punico, extra ordinem esse factum: hęc  
 ille. Non ignoro tamen iam secūdi Confula-  
 359 tus Romanorum tempore, pœnam indictā  
 fuisse capitale militiæ defertoribus, & ijs,  
 qui iniussu Ducis a uexillis recedebāt: nec enī  
 abesse licebat: sic legitur apud Dionysium  
 Halicarnassem lib. 9. Antiq. Roma. Postquā  
 hoc Centurionum, quorum manipuli fuge-  
 rant, & Antesignanorū quicunq; signa ami-  
 serant, alij securibus decisa sunt colla, alij fu-  
 sibus percussis periere. cætereq; multitudinis  
 decimus quisq; quem fors poposcisset, quo-  
 rum alij moriebātur, ea enim est Romanis in  
 defertores aciei, signaue abijcientes patria  
 punitio, hæc ille. His fatis intelligimus graui-  
 360 simam iam antiquitus indictam fuisse pœnā  
 militiæ defertoribus, quod & in Agesilao  
 docet Plutarchus apud Græcos seruatum, at  
 necessarios ex uoluntarijs factos milites, non  
 prius quā eo tempore, cuius meminit Li-  
 uius, legimus. Non ergo mirum (ut eō unde  
 digressi sumus, reuertamur) si posteaquam  
 milites effecti sunt uoluntarij pœna immu-  
 361 ta est t immutari autem cepit sub consula-  
 tu. D. Iunij Bruti & P. Cornelij Nasice au-  
 thor est Lucius Florus. lib. 35. Epitomes his  
 uerbis. D. Iunio Bruto & P. Cornelio Nasica  
 Conful. delectū habentibus in cōspectu Tyro-  
 362 nis res saluberrimi exempli facta est. Nam C.  
 t Matienus accusa. est apud Tribunos Plebis;  
 quod exercitū in Hispania deseruisset. dāna-  
 363 tusque sub furca diu uirgis cæsus est, & sexer-  
 tio uno uenit. Grauis ergo illa antiqua pœna  
 abrogata est. Et quod in. d. §. qui post. scri-  
 bit Arrianus iure consultus, quia uoluntario  
 milite numeri suppleuntur, satis intelligimus  
 363 numeros t idest vexillationes, uel Matricula-  
 ut recte interpretatur eruditissimus Iacobus  
 Cuiacius. l. yltima. C. de his qui non implen-  
 stipend. sacra. sol. lib. x. & l. contra. C. de re  
 milita. lib. xij. & matricula meminit Iurecon-  
 364 sultus in. l. pen. ff. de milita. testamen. Quo  
 autem t ordine in militia milites describeren-  
 tur, doctē ac omnium melius docuit doctissi-  
 mus Franc. Conna. libro nono commenta-  
 iuris cap. 5. nu. 8. & uir omnium laudum cu-  
 mulatissimus simulac inuenerimus, & opti-  
 368 mus Petrinus Bellus Sereniff. Principis no-  
 stri a secreti Confuliarius iuris, in inquam in  
 præclaro ac doctissimo de re militari tracta-

tu. Parte prima tit. sexto. qui & Liuij locum,  
 quem retulimus, citauit, & si nō in eam, quā  
 nos sentētiā. Octauo nūc loco (ut ceptam  
 disputationem prosequar) argumentatur is  
 Blancus quem supra retulimus: Legislatores  
 consueuiffe, cum sui esse propofiti, antiquam  
 359 superesse t debere pœnam, nec per nouam im-  
 mutari, id uerbis clarē testari, ut obseruatum  
 uidemus in. l. 3. C. de sepulcro uiola. in. l. Ar-  
 riani. §. yltimo. C. de hæreticis, in lege prima  
 Codicē de accusatione. in auth. ut nulli Iudi-  
 cum in fine in. l. ff. arb. furtim cafa. in. l. ff.  
 de termino amoto, sic ē contra (inquit ille)  
 cum mentis eorum est, antiquam per nouam  
 abrogare, nouam tantum indicunt, nec quid  
 exprimunt, se antiquam tollere, sic ille intelli-  
 git d. §. si quādo aliter a nobis explicatum: sic  
 pariter intelligit tex. §. si quis cum sacra in au-  
 th. de sanctif. episcop. iuncta simul. l. si quis in  
 tantam. C. de episcopis & cler. non aliter er-  
 go in casu nostro dicēdum est, cum in dubio  
 sit quæstio, ex noua statuti pœna ab antiqua  
 recessum dicitur. Verum nō defenditur hæc  
 ipsa Blanci argumentatio, cum posterior as-  
 sertio illa falsa sit, quando quidem in abroga-  
 tione pœnę antiquæ, per nouam indictam, ex  
 pressa adijci solet testatio. d. l. qui cum uno  
 §. qui post & alibi sepe illud accedit, quod a  
 multis annotatum est, & mox referam: cōsue-  
 uisse Iustinianum in legis abrogatione sum-  
 ma præfatione uti: Non aō hinc sententiæ su-  
 360 fragari illud non mediocriter uidebatur,  
 quod ubiq; mouit Bal: ut liuius esset opinio-  
 nis, inquam in. l. non est nouum ff. de legib.  
 Prætores cæterosq; qui in ciuilibus iudici-  
 cant, consueuiffe, immo iure teneri t iurare  
 se seruatuos loci statuta, sic tex. l. rem nō no-  
 361 uam. C. de iud. & iust. in. l. insiurandū quod  
 præstatur ab ijs &c. & tradunt omnes in. l.  
 quid ergo. §. pœna grauior. ff. de ijs qui nota-  
 iofam. Dec. in. l. si fugitiui nu. 70. C. de seruis  
 fugitiuis. Thomas Ferrarius cautela. 3. cōmū-  
 362 niter &c. ubi dat cautelam: & extant hæc de re  
 ubiq; statuta t ut Papie de Regimine Potesta-  
 363 tis sub Rubr. de sacramento Potestatis &c. qđ  
 est primum in ordine, & in tertio sub Rubr.  
 quod Potestas Papie uel alius officialis cōmū-  
 nis Papie, non possit petere absolutionē uel  
 licentiam de his, quæ fecerit, uel omiserit cō-  
 tra statuta, sic cautum est in hac ciuitate Mō-  
 364 tis Regalis ex statuto, sub Rub. de iuramento,  
 d. Vicarij &c. collat. prima. cum ergo inquit  
 Bal. & qui eum sunt secti t iuramentū præ-  
 cisē obliget. l. si pecuniam ibi glo. sing. ff. de  
 cond. caus. da. & ibi latē Iaf. nu. 23. & tradunt  
 late

latè Gomef. in. §. item si quis postulante n. 7. infl. de actio. Brun. conf. 89. num. 4. Rubeus conf. 29. nu. 6. Goza. conf. 32. nu. 12. conf. 100. nu. 25. Neuzza. conf. 50. nu. 18. & latissimè Roman. a Valle conf. 6. na. 32. 34. lib. 1. & doctè ac egregiè Didacus in cap. quauis, prima parte. §. 4. nu. 6. de pactis in. 6. quam doctrinam egregiè ac scitè admodum declarat Crauetta noster conf. 12. non procedere, cum precisè obseruare, & promissio ni satisfacere impossibile sit. sequitur a statuti pœna non esse recedendum, sed illam indicendam, reiecta illa iuris communis, si tamen hoc ipsum, quod malè opinatur Bal. fundamentum diligenter pensetur, nõ adiuuat illius sententiam, si qui dem procederet quando pœna a statuto indicta esset tantum imponenda. ceterq; iuris communis essent abrogatæ, sed cum in electione actoris offensi, vel Iudicis pro bono publico sit, vnam ex duabus eligere, non certè iudex statutorum violator, & iuramenti contemptor iure dici potest, quam responsionem & Bero. in. d. cap. de causis. num. 79. vers. secundo illam de off. delega. sensit. vlt. autem loco, qui adferri solet t. i. ff. ad. l. Aquil. non multum suffragatur huic opinio ni, cum de clara antiquæ pœnæ abrogatione loquatur, cû tamen in casu dubio nõstra verteretur questio.

Contrariam ob id sententiam, alij quamplurimi summæ autoritatis viri, probauerunt a iuris communis pœna non esse recessum ob nouam a statuto indictam, huius inquam sententiæ fuit omnium primus Vber. de Bobio, postmodum Io. de Deo ut retulit Io. Andræ in addit. ad Specul. in tit. de furtis, idem censuit Cy. & ante eum Odofred. in l. 3. C. de sepul. violato. Dy. & iureconsultorum signifer Bar. in. l. r. in ff. ui bono. raptorum. Abbas in. d. cap. de causis. n. 14. qui hanc esse communem testatur, quam & ibi ex recentioribus probauit Bero. num. 7. et si ibi Fely. n. 10. non sit ausus, quid sentiret, libere proferre, idè placuit Ang. Are. in tract. Maleficiorum, in verbo caput spatulis amputauit, qui testatur sic se olim obseruasse, dum iussit homicidam capitis pœna a iure cõmuni indicta plecti, cum tamen a statuto pœna esset imposita pecuniaria. & magna certè est huius interpretis in foro & apud latrunculares autoritas, quandoquidem hunc in criminum causis aurigam t optimum dixerit. Bolog. conf. 8. col. 1. & multo plus illi tribuere nisi didicissem aliquando ex Neuzano lib. 5. sylvæ nuptia. nu. 10. in fin. illum quan-

371 doq; t pecunia corruptum iniquam tulisse sententiam, ut non immerito carcere mancipatus sui nominis capitisq; maximum pœnis fuisset periculum, nisi præsto fuissent Doctorum totius ferè Italiae collegia, qui pro illo interrogati responderunt, sed ad rem, hanc sententiã visus est (subobscure tamen) probare Rui. conf. 143. num. 6. lib. 5. ex relatis tamen crebrior est prima iam relata, hæc ergo posterior Bar. & aliorum sententia, illo positissimo nititur fundamento ex. t. l. quotiens. ff. de actio. & obliga. quo intelligimus veterè actionem ex noua non tolli, nisi nominatim tolli dictum sit, vtrq; ergo ad pœnam actio & statuti & iuris communis superest. verum casus hic noster ab illo diuersus est admodum, nam loquitur Paulus illius legis author, cum ex vno facto duæ oriuntur actiones, quæ offèdunt ex illo facto plura delicta fuisse commissa, estq; sit text. coniungendus cum text. l. 1. ff. ui bonorum raptorum, cum sint eiusdem Pauli libro. 22. ad edictum, ut recens editio Ruslar di ostendit, sic enim legitur Paulus lib. 22. ad edictum. Quotiens lex obligationem introducit, nisi si nominatim cauerit, ut sola ea actione utamur, etiã veteres eo nomine actiones competere si eodem facto duz competant actiones, postea Iudicis partes esse, ut quo plus sit in reliqua actione, id actor ferat. si tantundè aut minus id cõsequatur, uel nihil consequatur, ut rectius legit Jaco. Cuacius lib. 3. obserua. cap. 21. in fi. text. autem t. l. 1. ff. ui bono. raptõ. sic legitur. Paul. lib. 22. ad edictum. Qui rem rapuit, & furti nec manifesti tenetur in duplum, & ui bonorũ raptorum in quadruplum. Sed si ante actum sit ui bonorum raptorum, deneganda est furti: si ante furti actum est, non est illa deneganda ut tamen amplius, quod in ea est consequatur, quæ verba si diligenter perpendantur Cuacij lectionem probant, sic etiam intelligitur t. text. l. cum ex vno. ff. de actio. & obli. qui coniungendus est cum text. l. 1. ff. arbo. furtim cesa. qui maximam ceteris adserunt declarationem. quam obrem diuersi sunt termini, tum quia nos loquimur cum unum est factum vnaq; actio & pœna, tum quia loquimur nos cum pœna eita uindictam, & tamen. l. 1. ui bonorum raptõ. est pro partis interesse, & ratione rei familiaris, ut eo loci adnotauit Bar. solet adferri secundo loco t. text. l. C. de sepul. viola. quo intelligimus nouam pœnam sepulchrorum violatori impositam non tollere primam, sed illi esse additam verũ diuersas pœnas esse impositas ratione di-

uerstatis facti si enim caduera ipsa molestia afficiantur, violatores illi pœna afficiuntur corporali. sic intelligo. l. 3. §. aduersus. ff. de sepul. viola. in verbo marmora tantũ, cemenza & similia sepulchrorum causa posita amouerint, pœna tantum multatũ pecuniaria, sic intelligo. l. 3. & d. l. 4. C. de sepul. viola. accedit præterea, ut animaduertit ante omnes Albe. d. q. 8. q. 1. casus. l. 3. est addeò clarè diffinitus, ut in casu dubio non mereatur citari, quam responsionem sensit & Saly. in. d. l. 3. col. vlt. versic. solum restat, eadem responsione diluitur argumentatio, quæ tertio loco adfertur ex t. l. Arriani. §. vlt. C. de hæret. vrgere magis videtur argumentatio, quæ quarto loco uisus est facere Barto. ex t. l. vlt. C. de noua. qua intelligimus ex actu contrahentiũ pacificum uel, seu debitoris & creditoris nullam esse factam nouationem, nec antiquã obligatione sublata esse nisi expressè, actũ sit, quare idem in casu nostro dicendum est, at Blancus quem suo citauimus loco. nu. 69. negat liceret argumentari a pacificentiũ conuentione & actu, ad statuti dispositione negatiuè Dec. nec ex prætorio in fin. de reg. iuris Buerard. in centuria legali, in loco a pacto ad legem statutum &c. Neuzanus lib. 1. sylvæ nuptia. nu. 226. quia etsi pacto id non concedatur, statuto tamen potest concedi, in quo maior uis est, sed huic declarationi pugnat ex diametro, quod respondit Barba. ut statim referam, accedit præterea non esse sic dubium circa statuti uel pacti potestatem, posse enim vtroq; casu cõceditur. Sed dubitatio est solum, an in dubio ab antiqua pœna per nouam sit recessum: & non esse recessum creditur, ut nec ab antiqua actione dicitur per nouum recedi, quare responderi uerius potest, illius. l. ultimæ casum esse sic clarè definitum, esseq; antiqua iura correctã, quibus satis erat cõstitutum ex noua obligatione, & nono actu cõferri à prima recessum, quare in oppositum vrget potius antiqua lege considerata, vt quemadmodum ex nouo actu in dubio ab antiquo dicebatur recessum & inducã nouatio, sic in casu nostro. accedit præterea a deo sic clarè esse constitutum in casu d. l. vlt. C. de noua. ut non nisi expressè fieri possit nouatio, ut nec coniecturis vel præsumptionibus facta dicatur, ut probat text. §. præterea. inst. quib. mod. toll. obli. ibi, & quãdam de hoc præsumptiones, alij in alijs casibus introducebant: ideo nõstra præcèsit constitutio, qua apertissimè definitur, tunc solum nouationem prioris obligationis fic-

370 ri, quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit. &c. non ergo licet sufficiunt coniectura & præsumptiones, quod annotarunt Imola ac alij plures, ut apud Socinũ in l. qui vsum fructum. nu. 8. de verbo. ob. & latè Dec. conf. 400. col. 1. addo Barba. cõf. 37. col. 9. vers. & si quispiam lib. 1. & conf. 57. col. 7. lib. 2. quicquid aliter senserit Afflicus Decif. 44. nu. 15. & Bolog. conf. 59. col. 2. in fin. quin affirmat Barba. t nec statuto hodie posse illius constitutionis. l. vult. formã immutari, quod si verum est, dignum est, quod adnotetur perpetuò. in casu autem nostro ipsemet Bar. & alij, quos infra enumerabimus, statetur ingenuè ex noua statuti pœna ab antiqua iuris cõmunis esse recessum, si aliqua ad lit præsumptio & coniectura, quæ hoc suadeat. Solet etiam quinto loco adferri t. l. 3. in prin. ff. de libero hom. exhiben. quo satis intelligimus Plagiarium teneri illo interdicto, ac etiã pœna a lege Fautia seu Fabia contra eum indicta, nec unam abrogasse alteram, quod argumentum præstat, ut idem in casu nostro dicendum sit: verum facili negotio diluitur argumentatio hæc, quandoquidem in casu. d. l. 3. agitur de facto vno, quod duas parit actiones diuersas, ad finemq; tendentes diuersum nam cum Plagiarius liberum intercepit hominem illumq; distraxit, uel seruum corruptum alienum, sollicitauitq; ut à domino recedat, serui dominus, vel liberi hominis consanguineus affinis uel, uel alter cuius interest magis ex interdicto illo de libero homine exhibendo contendit illum exhiberi, ut pristina recipiat libertatè, qui sanè exhibitionis actus non continet pœnam aduersus Plagiarium, qui immunis euadat, pœna a lege Fabia indicta afficitur, duo ergo sunt, quorum vnum nec electione, quidem alterum tollit, quod non contingit in casu nostro ex Bar. met & sequacium sententia, sunt ergo casus diuersi. legibus autem Longobardorum alia indicta sunt plagiaris pœne ut in Longobardis in titulo. de nõ sue rei venditione, & de crimine Plagij & (ut hoc dicã obiter per transennam vcluti) est dictus is Plagiarius, ἀπό τῶν πᾶσι τῶν ιδεῶν ἰδέσθαι ab obliquo, ut rectè post Philophũ admonuit Alciatus lib. 1. Parerg. iuris. ca. 47. nec dissentit Duare lib. 2. disputa. annuaria. cap. 20. ob obliquo inquam, quod obliquis quibusdam artibus & dolis in seruitutem trahebant, illa accedit ratio, quod t Plagiaris prima correpta, dicta sunt Retia ad capiendas feras, vt apud vergil. in. 4. Aene. Retia rara plage, & lato venabula ferro. & apud Horatiũ lib. 3.

carmin. ode. 5. Densa plagæ &c. quare in plagas incidere per translationem dicimus incidere in Verrem. Si mehercules (id quod fore intelligi non possit) ex his laqueis te exueris, ac te aliqua ui uel ratione explicaueris, in illas tibi maiores plagas incidendum est, in quibus te ab eodem me superiore loco confici & concidi necesse est. & lib. 12. famil. epistol. 23. Cornificio scribens, sic sum in Antonium inuectus, ut ille non ferat, omnemque suum uinolentum furorem in me unum effunderet meque cum elicere uellet ad cædis causam, tum tentaret in sidij: quem ego rustantem & naufragantem conieci in Octauiani Cæsaris plagas, id est retia. Qui ergo his dolis & fraudibus hominem liberum intercipiebat, alienum uel seruum corrumpebat Plagiarius dicebatur, quasi plagas tendens, illosque sic uenatus quodammodo apud se retinebat. Sexto autem loco argumentabatur Bero: in d. cap. de causis num. 75. esse indubio t euitandam correctionem cap. cum expediat de electio. in. 6. l. præcipimus. C. de appella. & alibi sæpe, non ergo ex noua pœna illa antiqua dici debet sublatâ, at ipse retorquerem non esse in dubio multiplicandas pœnas, uel sumenda interpretatio, qua pœna augeri potest, sed e contra. si de interpretatione de pœnis.

Quam dubia sit ergo vna & altera interpretum sententia, nemo est, qui non videat magna est certè utriusque classis auctoritas, quam obrem nõ iniuria censuit is Alber. Rofatus, (quem virum legibus sacraque Theologia doctissimum celeberrimumque aduocatum appellat Carol. Molinæ. in consuetud. Parisien. titulo. 1. §. 1. glof. 5. nume. 63. Cuiusque innumeras uerasque refert laudes Neuzan. libr. 5. Syluæ nuptiarum nume. 35. in d. quæstio. 8.) hanc iuris quæstionem Cæsaream postulare decisionem: quid ergo sentiam ipse, non satis in medium proferre audeo, ut tamen meum quale quale iudicium interponam, cum nouerim liberum esse unicuique, quid in re tam ambigua sentiat, dicere. Placet igitur magis posterior hæc sententia (ut si errandum mihi sit, errem cum ijs, qui ueritate nituntur, & si numero cæteris æquales nõ sint) ex statuti pœna abrogata nõ esse antiquam iuris communis, in hancque adducor sententia, ex tex. claro, qui omnem tollit disputationem in. l. 3. §. diuus Hadria. ff. de sepul. viola. cuius clara uerba hæc sunt. diuus Hadria. rescripto pœnam statuit quadraginta aureorum in eos qui in ciuitate sepeliunt. quam silco infer-

ri iussit, & magistratus qui eadem, qui passus, & locum publicari iussit, & corpus transferri. Quid tamen si lex municipalis permitat in Ciuitate sepeliri? post rescripta principalia, an ab hoc difcessum sit uiduimus, quia generalia sunt rescripta, oportet Imperialia statuta uim suam obtinere, & in omni loco ualere, non est ergo in potestate statuentium abrogare iuris cõmunis pœnam: si ergo non est in potestate eorum tollere, sequitur quod in dubio ab ea recedere minime uoluerint: ac cedit præterea, quod in dubio correctio solet uitari, quare nisi expressum sit non inducitur t correctio. l. præcipimus. §. ult. C. de appella. ubi Bar. latè Craue. tract. de antiq. tempo. in prin. nu. 42. & conf. 307. nu. 4. Soc. l. un. conf. 131. nu. 50. lib. 1. hinc uideamus Iustinianum obseruatum, ut non nisi longa præstatione præmissa, & multorum uerborum honore antiquas constitutiones abroget, ut ex noua sit adnotauit Alcia. lib. 3. Parerg. iuris. cap. 17. & Lud. Charo. lib. 2. uerisimil. iurif. cap. 16. & hanc sententiam ante illos in nostris ter. probauit Ant. Corset. qui uidendus omnino est in suo sing. in uerbo correctio. incip. quotiens approbatur &c. qui proprie intelligit quando antiqua pœna non pugnat cum noua & e contra, nec est quod obijciatur in dubio esse interpretationem illam sumendam, quæ minuit pœnam, quia intelligitur cum est dubium, quæ pœna sit indicata, sed in casu nostro est clarum duas esse impositas, & unam alteri super additam seu in electione actoris concessã, sentiat quid uelint cæteri placet nobis hæc sententia, quam tamen declaramus ut nunc subijcio: declaratur ergo non procedere quando talis tamque ugens cõcurreret coniectura, qua possemus dijudicare statuentes recedere ab antiqua iuris communis pœna uoluisse, & licet in Iudicis arbitrio residere uideatur, quæ ugens sit coniectura ut in simili dicimus cũ agitur de detegenda t simulatione & fitione contractus detegitur enim coniecturis, quæ in iudicis potest sunt arbitrio ut post cæteros censuit Craue. conf. 136. nu. 14. eiusdem sententiæ addo Paris. conf. 34. nu. 22. lib. 1. & Didacum lib. 3. uaria. resolutio. cap. 7. nu. 3. & cap. 8. num. 4. sic aliquando dicimus donationem ex coniecturis factam censeri, quæ coniecturæ sunt iudicis arbitrio, sic Bello. conf. 60. m. 10. Alcia. respon. 23. nu. 5. cætera, quæ latè cõgestimus in nostro, quem propediè edemus, tractatu de arbitrarijs iudicium ex industria omittimus, in casu tamen nostro aliqua sunt coniecturæ quibus iustè intelligere potestis

de

dex esse a iuris communis pœna recessu. Primat est ex Bar. sententia in. d. l. 1. in. ff. ui bo no. r. r. p. r. o. quem secuti sunt Abb. d. cap. de causis nu. 14. in. fi. de off. deleg. & ibi Bero. n. 75. uerf. opinionem cõtrariam, idem censuit Ang. Are. in tract. malficio in. d. uerf. caput a spatulis &c. est inquam coniectura prima, quando in eadem ciuitatem extat statutum, quo caueatur, quod ubi pœna non est determinata in statutis Ciuitatis, recurratur ad ius commune: ex hoc enim conijcimus a iure cõmuni recessum, ad illudque solum in subsidium esse confugiendum. secunda est cõiectura, quæ omnium primus sensuit Bal. in. l. non est nouu ff. de legib. quem secutus est Ang. Are. d. uerf. caput a spatulis uerf. alij dicunt, quibus non relatis, idem censuit Bero. d. cap. de causis nu. 76. uerf. 3. opinionem, quando scilicet pœnæ essent incompatibiles, noua enim, quæ ueteri repugnat, ostendit ueterem illam esse abrogatam, sic supra declarauimus tex. §. si quando in auth. ut nulli iud. & cõfert, quod egregiè docuit Dec. in l. Pacta nouissima num. 2. C. de pactis, dum declaratur textum. l. ult. C. de noua. quo iã diximus nouatione ex nouo actu non induci nisi expresse sit actus, inquit ille intelligi, nisi actus secundus repugnet primo, tunc nouatio facta dicitur, idem respondit ipsemet Dec. confil. 400. col. pen. uerf. sic. quarto respondetur, confil. 463. nu. 5. con. fil. 464. num. 4. & confil. 562. num. 14. 15. quare in nostris his ferè terminis censuit Corset. in singula. supra relato. in fin. legem posteriori rem etiam sine aliqua præstatione derogare priori cum illi aduerfatur. Tertia coniectura uidetur desumi ex Saly. doctrina in. d. l. 3. in fin. C. de sepul. viola. quando scilicet pœnæ essent excessiue, si una alteram non tolleret, sed leuis est coniectura, quia unius electione, altera extinguitur. Quartam coniecturam cõsiderabat Bero. in. d. cap. de causis num. 76. in fin. quando ex statuto iuris communis, uel augetur, uel minuitur, quod is intelligit, quando statutum t expresse illi pœnæ addit, uel illam minuit. citat quæ scribit Bart. in. l. quid ergo. §. pœna grauior de his qui notan. infam. confert. text. l. ius ciuile. ff. de Iustitia & iure, in illis uerbis. Itaque t cum aliquid addimus uel detrahimus iuri communi, ius proprium, id est Ciuile efficiamus, sic text. in l. 1. §. si quis simpliciter de uerb. ob. cũ aliquid adijcitur uel detrahatur uitari stipulatio, nisi interroganti placuerit ut ualeat, quia tunc alia stipulatio cõtracta esse uidetur dixit alia, ut noua ostendat stipulationem, ut eo loci

annotarunt Alcia. 3. no. & cæteri omnes sic text. in l. si cui aedes t ubi nouus locus nouæ aedes, iudicatur antiq; qualitate adiecta, hinc gl. in. cle. 2. in fin. uer. sanctio de uita & ho. cler. affirmat uel pœnale sanctione antiq; nouam. censeri aliquid illi addito, hinc quoque respondit Soc. Sen. confil. 27. col. 4. in prim. libr. 1. nouum t compromissum censeri antiquo additum quid uel diminutum fuit. sic respondit Cur. Sen. confil. 43. Testator Augustinus, circa finem, testamētum antiquum censeri immutatum & nouum effectum, addita illi clausula etiã in codicillis posita, hinc solemus absolute dicere, quod t qualitas adueniens enti constituit nouum ens, capitulo statutum iuncto caput. licet canon de elect. in. sexto quod tradunt post alios Gomes. Hisp. §. in personam num. 16. Inst. de actio. & Marfil. sing. 520. qualitas &c. quod intelligitur cum qualitas substantialis est, ut rectè animaduertit Crauetta noster conf. 223. nu. 6. post Cornueum & cæteros, quos citat, & eiusdem sententiæ addo Alcia. d. §. qui simpliciter. d. 3. no. & Tiraq. tract. de retractu consang. §. 26. glo. 1. nu. 6. quod etiam intelligitur ex Beroi sententiâ relata, cum expresse ipsi iuri communi est additum, cumque iuris communis habitata est expresse mentio, quod si in dubio intelligitur, profectò ugens esset pro reiecta communi sententiâ fundamētum, quod a lectore nostro beneuolo perpendi uolo, non tãtò nobis, quãtũ rationi tribuatur illud interim nõ p̄tereo Beroi cõiecturã ex qua quæstionis nostræ esse, cũ in casu dubio nos loquamur, si coniecturã in casu clauaro adferat: cogitãdũ tñ esse cenfeo. Quæro. 52. cum mitior pœna uolento occupatori est imposita ex statuti dispositione, sitque illa multatus, an agi contra eum possit ex pœna a iure communi indicatã, hæc in simili relati interpretes quæstionem proponunt: estque cũ receptissima sententia concludendũ duos casus constituendo, primus est cum agitur criminaliter id est ad uindictam, tunc affirmant omnes agi non posse t quia una pœna alteram absolute tollit, sic affirmat Alber. d. tract. statutorum prima parte. §. 8. uerf. ad secundam quæstionem, Bar. d. l. 1. in. ff. ui bono. r. p. r. o. & in. l. senatus col. 2. uerf. his sic præmissis. ff. de accusa. sic multis relatis affirmat Boe. q. 289. nu. 6. 7. 8. idem uisus est sentire Aegidius Boscius in tract. causarum criminalium tit. de pœnis nu. 5. qui tamè pro more rem paucis ac leuiter attingit, sic relati intelligunt. l. quod senatus. l. præter edixit. §. 1. ff. de iniurijs. l. senatus. ff. de accusa. & l.

X i i eorum

corum. ff. de pœnis.  
 400 Secundus est casus quâdo agitur civiliter ratione sui interesse, tunc agitur ex dispositione iuris cōmunis quatenus excedit quod in flatuto continetur, sic relati omnes affirmant, & in nostris ter. sic respondit Alex. cōf. 103. nu. 3. uer. imo tunc uidemus lib. sic intelligunt. l. i. ff. ui bono. raptō. & l. qui seruum alienū & l. cū ex uno. ff. de a ct. & obliga. quæ ex his quæ in præcedenti questione diximus, satis clara sunt. hac ad Nonum recuperandæ possessionis remediū.

**S V M M A R I V M**  
**DECIMI REMEDII**  
**RECUPERANDÆ**  
**POSSESSIONIS.**

- 1 Arcadius & Honorius. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. conditorer.
- 2 Theodorius Rex. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. suo edicto & autoritate confirmat.
- 3 Cassiodori locus.
- 4 Remedium. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. nouum possessionis recuperationum.
- 5 Colonie adscriptis solo, quando inter immobilia committitur.
- 6 l. si certe. ff. de furis explicata.
- 7 Bartoli commentaria non esse qui illius nomine circumferuntur in tres posteriores libros Codicis.
- 8 Constitutio. l. si me & Timm. ff. de rebu creditis si certum petat. non promittit in casu. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi.
- 9 Trinitaria actio non promittit in casu. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi.
- 10 Constitutio. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. alius in codice Theodosiano est collocata sub tit. instrubi.
- 11 l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. an etiam promittat contra libellatorem bonorum mobilium quoruncumque que & immobiliū.
- 12 Agriculturae fauore multa concedi.
- 13 Prærogata etiam fauore agricultura non multiplicari.
- 14 Constitutio. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. edita, ut libellata rei animata esse consuetum.
- 15 Successor singulari remedia. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. conueniri an possit.
- 16 Ripa sententia in cap. sepe nu. 32. Ver. 3. quarta extra de restitutio. lib. 1. declaratur.
- 17 Successor meuitus cum titulo & bona fide conueniri an possit ex. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi.
- 18 Constitutio. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. prouidet contra eum qui per malam fidem lucrifecit seruum suum recipit.
- 19 l. si coloni. C. de agric. & cens. in illis uerbis, ad alios declaratur.
- 20 Præiudicialis sermo ad casus habiles restringitur.

- 21 Possessor malofidus, an remedio. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. experiri possit.
- 22 Auxilio legis non suadetur, qui in eam commisit, e. plurimum de ordine cognitio, declaratur.
- 23 Præiudicium manus esse occupare hominem, quavis rem.
- 24 Commodatario, depositario & similibus deterioribus an concedatur remedium ex. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi.
- 25 Detentor dicitur qui causa custodia rem detinet.
- 26 Detentatio quid facti esse dicitur.
- 27 Detentatio occupatio appellatur.
- 28 Detentori officio iudicio succurritur, si animata res ab eo detenta occupatur, & auferitur.
- 29 Agens ex. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. non habet necesse probare se dominum & possessorem.
- 30 Possessor bonafides recuperans seruum vel colonum sibi ablatum, qua actione experitur.
- 31 Aclonius nomen hodie in libello non exprimitur.
- 32 Interdictum Virub. contra colonorum & seruorum occupatores concedi ex Cyno.
- 33 Interdicto Virub. qui experimtur, & actoris & rei partes sustinent.
- 34 Seruus se liberum profitemi, iudicio petitorio conuenitur. Præiudicialis actio quæ.
- 35 Præiudicium quid.
- 36 Causa status inter dominum & seruum at colonum apud quem iudicem tractari debeat.
- 37 l. de iure. ff. ad municipales. declaratur.
- 38 Actor etiam in causa status seruum sequitur.
- 39 l. x. C. ubi causa status & l. si ex possessione eo, declarantur.
- 40 l. si de possessione. C. ubi causa status aduersus Acausum & ceteros nouo sensu illustratur.
- 41 Possessio & quasi possessio probandi onus in aduersarium reuertuntur.
- 42 Iudex competens quis dum adhuc non constat an dominus vel seruus actoris partes sustineat.
- 43 Remissio cause que fit a iudice ad iudicem, non nisi causa summariam cognoscit.
- 44 Seruus præsumitur dolari esse in quasi possessione libertatis eo ipso quod aufugit.
- 45 Dominus recuperans seruum vel colonum ex dispositione. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. actori partis sustinere dicitur.
- 46 Domino an sua autoritate liceat seruum, vel colonum suam gentem, capere.
- 47 Seruus vel colonus, dum in actu fuga est, propria autoritate capi potest.
- 48 Vagabundus, qui aliquo in loco non consistit, dicitur.
- 49 Seruum vel colonum vagabundum, sua autoritate capere potest dominus.
- 50 Multa concedantur ob imminens periculum que alias non concederentur.
- 51 Constitutio, quod in sententia ex forma statuti exigitur, non est expellendum, si imminet periculum.
- 52 Iudex competens in dicitur, ut vagabundum prehendi iubeat, in cuius territorio aufugit ille.
- 53 Seruus, vel colonus, qui aufugit, & nunc ab alio possidetur, a priore domino propria autoritate prehendi non potest.
- 54 Vagabundus in loco recedens cum ab altero possidetur, sua autoritate

- 55 autoritate prehendere suam, manu capere non potest dominus serui.
- 56 Seruus, an serui possessor nouus, conueniendus an sit, & prior possessor.
- 57 l. r. i. ff. de seruis expertandis sensus & intellectus.
- 58 l. c. si mancipium ista fuerit aliena. intellectus & declaratio.
- 59 Lex ma, declaratur alteram.
- 60 l. in hoc iudicium. §. vltimo. ff. communi diuidendo declaratur.
- 61 Dominus, cum sua autoritate seruum fugituum capere potest, an & aliena manu id exequi valeat.
- 62 Seruus, vel colonus, si post fugam affectus sunt dignitatem, a domino ad pristinam seruitutem recuperari re dignæ possunt.
- 63 Dignitas seruum a seruitute non liberat.
- 64 Seruus, colonus, & scriptus arcetur a dignitatibus.
- 65 Episcopalis dignitas liberat seruum a seruitute.
- 66 Clericatus dignitas seruum non liberat.
- 67 Episcopus seruam retinet & comitis dignitatem ac privilegia.
- 68 Episcopus feudum non retinet, si per substitutionem seruitutum domino præstare non potest.
- 69 Seruus vel colonus, qui per annos triginta Curia seruus ab omni seruitute vinculo soluitur.
- 70 l. x. C. ne rei dominica vel templo sensus & intellectus.
- 71 Vassalli & feudatary, eorum coloni & seruus, qui e loco feudi recesserunt reuertit ad eorum feudi remedia. d. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi.
- 72 Vassalli mei vassalli non est meus vassallus.
- 73 Princeps et Rex Barones & vassallos sub se habet, non homines ipsorum Barones & vassalorum.
- 74 Vassalli immediati a Domino feudi mediatō onere aliquo gravari non possunt.
- 75 Vassallus directum dominium habet aliquando.
- 76 Vassalli & feudatary a domino feudi directo cogi an possint reuertit, cum recesserunt, & feudum reliquerunt.
- 77 Domini & vassalli reciproca obligatio est.
- 78 Vassalli e loco feudi recedentes poena multantur.
- 79 Seruitutem qui in loco præstare tenetur, locum ad domini detrimentum mutare non potest.
- 80 Dominus feudi in alterum feudum transferre non potest ad primi vassalli detrimentum.
- 81 Vassallus domino in suo feudo renuntiare non potest, si annuum seruitutum præstare tenetur.
- 82 Coloni, vel serui, ac vassalli, a Domino Tyranno ad pristinam seruitutem recuperari non possunt.
- 83 Tyrannus occidere pulchrum & beneficium gratum.
- 84 Dominus feudis, eo priuatus, si cum subditis si habet iniuriam.
- 85 Epelatus ob maximam sui sanctitatem, non restituitur ante omnia.
- 86 l. cum fate. C. de agric. & cens. lib. xi. declaratio.
- 87 Vassallus si ob commissam delictum feudo priuatus, non recuperat colonos & homines, qui locum feudi deseruerunt.
- 88 Vassallo Banno liberantur subditi, a iuramento fidelitatis excommunicato non obseruatur iuramentum fidelitatis hæretico iuramentum fidelitatis obseruandum non esse.
- 89 Coloni, vassalli, & similes necessitate, ob sterilitatem & fa-

- 90 mem coacti locum feudi possunt deserere.
- 91 Vassallus ob loci sterilitatem feudo renuntiare potest, domine reluctante.
- 92 Inquinatus iustus ob timorem & domo migrare potest.
- 93 Fames est omnium calamitatum maxima.
- 94 Fames excusat a furto.
- 95 Filium vendere potest pater cum fame laborat.
- 96 Condatore facienda est remissio ob sterilitatem.
- 97 Post iustam præstat causam, ut inquinatus possit & domo relicta domino migrare.
- 98 Vassallus ad gratiam domini restitutus an colonos inquinatos & seruos, qui migrarunt recuperare possunt.
- 99 Restituito ad alterius iniuriam non trahitur.
- 100 Restituito re integra plenum operatur effectum.
- 101 Annon restitutus beneficium iam alteri collatum non consequitur.
- 102 Occurrit restitutus locum non ingreditur, donec interim electus officio illo fungatur.
- 103 Doctor restitutus ad collegium locum quod sui culpa amisit non recipit, si iam alter cooptatus fuit.
- 104 Doctor est collegio inique exclusus, si restitutus pristinum, quem fuerat consecutus, locum consequi debet.
- 105 Doctor ob sui culpam lectus a priuatis pristinum locum ad alteri demandatum, non recipit.
- 106 Vassallus restitutus, iam alteri concessa non recuperat.
- 107 Deportatus restitutus, interim a fisco alienatus non recuperat.
- 108 Restitutus ob publicam utilitatem, etiam interim alienatus recuperat.
- 109 Restitutus per iniuriam etiam interim alienatus recuperat.
- 110 l. Quod si minor. §. scauola. ff. de minor. sensus & intellectus.
- 111 Cassiodori locus.
- 112 Restitutus expresse etiam ad alienata omnia recuperat.
- 113 Libellus in casu. l. si coloni. C. de agric. & cens. lib. xi. porrigi an debeat.
- 114 Remedio. l. si coloni. C. de agric. & cens. quanto tempore præstabitur.
- 115 Dominus quanto tempore serui vel coloni possessionem amittat.
- 116 l. Si quis. §. si seruus de usucap. l. i. & intellectus.

**I M P E R A T O R**  
**ARCADIUS ET HONORIVS. AA. VINCEN-**  
**TIO. PP. GAL-**  
**LIARVM.**

Si coloni, quos bona fide quisque possedit ad alios fugæ uitio transeunt res necessitatem propriæ conditionis declinare tentauerint: Bonafidei possessori primum oportet celeri reformata-



matione succurri, & tunc causam originis & proprietatis agitari, Dat. iiii. Id. Iul. Med. Stilicone & Aureliano Cons.

De multiplici colonorum specie plura scitu digna annotauit Cuiacius in Rub. huius tituli, & de ascriptiis apud Caelium Rodig. li. 7. ca. vlt. lect. antiq. & Zasius. §. præiudicialis num. 14. Inst. de actio.

### DECIMUM RECVPERANDAE POSSESSIONIS

remedium ex. l. si coloni. C. de agricol. & cens. lib. xj.

**A**rcadius & Honorius Diui Imperatores, cum aduersus impios rerum alienarum occupatores, qui sua manu sibi iudicare audent, non omnibus in casibus Prætorum edicto vnde ui, vel alijs constitutionibus prouisum esse animaduertent, eo præsertim in casu, cum rei mobilis ac se mouentis, seu animatæ possessio spoliabatur, hanc promulgarunt constitutionem, qua cautum cernimus, quod si colonus altere similibus seruis & ascriptitijs fugiendo possessorem suam possessione spoliaret, spoliatum celeriter reformatione, hoc est sine citatione ad suam possessionem restituendum esse, & postmodum causa originis seu proprietatis tractada, horum forte Imperatorum constitutionem, insecutus Theodoricus tunc Italiæ & Galliarum rex, in hec verba rescripsit, ut est auctor Casiodorus lib. 3. varia. epistola destinata Vnigis Spartario. Qua propter, cum deo propitio, Gallias exercitus noster intrauere, si qua incipia seruitiam declinantia, ad alios se, quam quibus videbantur competere, contulerunt, prioribus dominis iubemus sine aliqua dubietate restitui, hanc nostri crebrius dixerunt & nouam esse constitutionem nouimus, recuperandæ possessionis remedium, ut retulit Ripa in. cap. sæpe. nu. 30. de restit. spolia. qui est dilatae Abbatis argumentationem, qua adductus opinabatur & hoc in casu esse locum interdicto vnde ui, atramen & ipse Ripa leui motus argumento eandem Abbatis sententiam tueri videtur, nam (inquit ille) colonus fundo ascriptus, fundi pars esse dicitur. l. c. si satis. C. de agr. & cens. lib. xj. quare inter immobilia enumerari potest, i. iubemus, secundum, in prin. vbi gl. C. de sacros. eccl. non ergo

mirum erit si interdictum vnde ui competere possit, si fugiendo colonus possessorem spoliat, quæ sanè argumentatio, nec vera, nec probabilis est, quoniam tunc demum colonus & solo ascriptus inter immobilia connumeratur, cum à solo non recedit, probat. l. 3. ff. de diuersi. & tempo. prescrip. & clarè sic explicat glossa in. l. i. in glo. prescrip. eam, quam ibi Barr. num. 5. et secutus. C. de feruis fugit. 6. argumentum & text. l. si cetera ff. de furtis, quod dicimus, ceteram à solo separatam inter mobilia esse referendam, non si cohereat solo, cum ergo colonus fugiendo à solo separari dicitur, non mirum si ut res mobilis iudicatur, & ut furti actio datur. d. l. i. vbi Barr. nu. 5. C. de fer. fug. sic hoc casu interdicto vnde ui, locus non erat, quod non conceditur ob possessionem rei mobilis. l. i. §. illud vtiq. ff. de ui & ui arma. l. o. à Platea hic. nu. 2. illud tamen hac in re maiorem mouet dubitationem, quod scribit Bar. (aut quisquis is est, cum Bartoli & illa non esse commentaria sint, qui crediderint, ut retulit Tiraq. tract. de legib. conubial. lege prima nu. 33. 34.) in hac. l. si coloni nu. 1. dum inquit, ante hanc constitutionem videri huic casui satisfactum ex t. l. si me & titium. ff. si certum peta. & ex. l. 2. ff. de tritica. quo dupplici remedio possessio cuiusq; rei amissa recuperari potest, verum nõ satis erit succursum ex illis dispositionibus, vel celeriter reformatione, & ita ante omnia possessio esset restituenda, sed dominij exceptio opponi potest in casibus cum petitorum potius quàm possessorum respiciant. Præterea nec t. actione triticaria erat hoc casu succursum, cum generalis illa sit actio, & ratione præceditis debiti conceditur, ut declarant Bar. Caltren. & Rapha. Com. d. l. 2. de tritica. & dixi supra in tertio remedio recuperandæ possessionis, quod non conuenit casui nostro, sic disertè & a remedio. d. l. si me & titium, quod solum suadente equitate conceditur, ut supra diximus in quarto remedio recuperandæ possessionis. rectius ergo visus est sentire Iac. Cuiacius hic, qui & si nouam hanc esse concedat constitutionem colonum tamen interdicto vtrubi recuperari ait, cuius rei est argumentum: quod & in codice Theodo. hæc ipsa constitutio est sub titulo, vtrubi, huc spectat & l. vna. ff. vtrubi, cætera apud illum.

Quæro nunc primo an t. remedium huius constitutionis concedatur nõ modo pro rebus animatis & se mouentibus, verum & pro cæteris tam mobilibus quàm immobilibus, & cuius possessione possessor fuit deiectus, &

concedi, affirmarunt crebriore calculo interpretes nostri, si Ripa in. d. cap. sæpe. nu. 31. de restit. spolia. credimus, qui refert Bar. & ceteros magis communiter in. d. l. si coloni. hoc affirmare, sed nõ video, quo in loco, vel Bar. uel glossa. uel alter quispiam, hanc affirmet, uel moueat questionem, minus quoque hanc mouet dubitationem Bar. in. d. l. rem quæ nobis. de acquir. poss. ut malè animaduertit Rubens. d. §. nihil cõmune n. 84. & ibi Fabius n. 37. hanc tamen sententiam probat Alexand. cons. 91. nu. 4. lib. 5. & Rober. Maran. de ordine iudicio. 7. distinctione nu. 38. qui secutus est relatum Alex. sed certè frustra est hac de re dubitare, cum hæc constitutio fuerit solū edita ad prouidendum in hoc casu tantum, cum interdicto vnde ui possessioni rei immobilis actione ui bonorum raptorum rei mobilis consultum iam fuerit. Quare uera est eiusdem Ripæ & Abbatis sententia, quam probasse videtur & Corne. conf. 18. num. 10. lib. 1. & nu. 18. conf. 56. lib. 2. non concedi hoc remedium pro alijs possessionibus: ratione tamen, qua in hac sententia adducitur Corneus, & Ripa non satis probo, dum inquit, hoc esse in priuilegio concessum t. fauore agriculturæ pro cuius cõmodo & alia multa fuerunt concessa. l. quemadmodum. eod. tit. C. de agricol. & cens. lib. xj. quia dicere possumus, quòd & si alia multa fuerint inducenda, non tamen hoc, tñ quia in similibus erat iure communi cautum rerum possessiones spoliatis & deiectis ante omnia esse restituenda, tñ quia non sunt t. priuilegia in dubio multiplicanda. l. i. C. de dotis promiss. quæ & in hac sententiam citauit Rubens. d. §. nihil cõmune nu. 84. in fi. quod animaduertens fortè Ripa subdit, hoc speciale fortè dici odio fugæ iuxta tex. l. uis eius. C. de proba. quod non probo, quia etsi spoliationem inducat fuga, ob quam restitutio possessionis ante omnia cõceditur, non tamen illud est speciale, cū alia via spoliatis sit succursum, insecuti ergo Arcadius & Honorius Prætoris edictum, & cæteras Imperatorum constitutiones, quibus fuit possessori deiecto & possessione rei inanimatæ, & ipsi succurrere uoluerunt spoliato t. possessione rei animatæ, quare extensio antiqui iuris hæc videtur.

Quæro secundo an nostra hæc constitutio locum habeat aduersus t. singularem successorem scientem vitium fugæ, & habere locum affirmarunt Inno. Butr. & Oria. quos retulit Ripa. d. cap. sæpe nu. 32. vers. tertio quæro, sed aliter sentit ipse Ripa, quia si iure ciuili fuis-

set prouisum aduersus singularem successorem frustra iure Pontificio hoc idè effectum. ut in cap. sæpe. de restit. spolia. qui tex. clarè affirmare videtur iure ciuili hac de re constitutum nihil fuisse, t. quam Ripa sententiam eo casu veram esse arbitror, cum de singulari successore loquimur, ad quem colonus aufugit, non illo casu, cum agitur aduersus illum immediatum coloni receptorè, qui habet restituere siue agnoscat fugitium colonum esse siue ignoret, cum absolute tex. d. l. si coloni, censcat possessori celeri reformatione restituendam esse possessionem.

Quæro tertio an remedium nostræ t. constitutionis concedatur aduersus immediatum illum successorem singularem, qui & titulus & bonam fidem habet, & crebrius uidetur sententia, non concedi, ut huius sententiæ fuit Andr. Barulus, Ang. & Platea: hic idem censuit Rober. Maranta. de ordine iudiciorum. 7. distinctione iudiciorum. nu. 37. idem placuit Corne. conf. 56. nu. 18. lib. 2. & consil. 18. numero 10. & consil. 329. nu. 28. lib. 1. & consil. 282. num. 7. vers. nec obstat lib. 3. Ripa. d. cap. sæpe nu. 33. vers. 4. dubitatur, & c. vbi & alios diuersæ sententiæ referent: idè probauit Francus, quem statim referam, dicebat ergo Ripa, hoc dependere à decisione illius perdifficilis questionis, an remedium ex cap. reintegranda. 3. q. 1. cõcedatur aduersus singularem successorem cum titulo & bona fide, quod verum minimè credo, quia etsi in nouissimo ferè illo remedio ad sit illa disputatio, attamen hoc casu cessat, quia si diceremus hac questione esse prouisum, frustra in ea tantum laborarent interpretes, & quod vno finiretur verbo non tot uirorum exercuisset ingenia, quare arbitror absolute hac constitutione non esse hoc in casu succursum, ut nec est satisfactum ex remedio. d. cap. reintegranda, ut suo loco clarè ostendemus, quæ sanè sententia placuit Franco in ea disputatione de Petitório & possessorio. Primo dubio n. 29. is enim subobscurè, multis hinc inde adductis, in hanc descendere videtur sententiam non cõcedi, ea ratione præcipua, quia hæc constitutio t. intelligitur prouidere contra eum, qui male fidei lucris spe fugitium recipit, ratione cuius lucris dolus & fraus præsumitur, qui alias nõ præsumeretur argumèto. l. elegantior. §. vlt. ff. de dolo: at quando numerato pretio colonus vel seruis recipitur, non sciens sed ignorans præsumitur. l. omnes. C. de agricol. & cens. & in. l. quicumq; C. de fer. fug. in glossa in uerbo mercedem. plura alia adfert Francus,

cus. quæ mea sententiâ, vix hanc probant opinionem, non præteribo tamen, quod aduersus receptionem hanc assertionem is retulit, nostræ constitutionis textum cõtrarium probare, dum vtitur illis verbis, + ad alios &c. quibus ostenderè videtur, & aduersus media vniuersali æqui pollem, cum indefinita vniuersali æqui polleat. l. si pluribus de leg. 2. sed nihil est, quia intelligitur ad alios scilicet præcedentibus similes iuxta gloss. l. si fugitiui. C. de ser. fug. & aliâs supra dicebam in. 9. remedio nu. 26. rursus quæ dico vniuersalè sermone + ad casus habiles restringi. l. vt gradatim. §. 1. de muner. & hono. & alibi sæpe, cetera, quæ retulit Francus, ex industria prætereo.

21 Quæro 4. an huius constitutionis + remedium possessore malefidei, a quo aufugit colonus concedatur: & non concedi cõsuet glo. hic secunda, quam secuti sunt Lucas à Penna q. 2. Io. à Platea col. 1. uers. malefidei autè, Robert. Marat. de ordine iudicio. 7. distinet. iud. nu. 37. Ripa. in d. cap. sæpe nu. 34. uers. quinto dubitatur quod satis ex uerbis tex. probari videtur, dum clarè ait, si coloni, quos bonafide, ergo cum malafide possidetur, cuius rei ratio est, ut docuit Lucas a Penna, quia odiosum hoc est ut prædo & malefidei possesserit iuxta tex. l. auxilium in fi. de minor. licet ergo in interdico unde vi permissum sit spoliato prædoni ut ante omnia restituatur, non tamen ad hunc casum debet fieri extensio, nã & si (ut inquit ipse Lucas) satis fauorabile hoc sit, quod is possessor habeat probare fugam uitiosam coloni, & quod ad rem uitiosè is colonus peruenit, nulla alia spoliatione probata: non tamen sit extensio de possessore bonafidei ad malefidei, cû dissimilis ad sit ratio. Verum multa urgent in oppositum, illud præferim, quod si nulla aduersus hoc remediõ agètem opponi potest dominij exceptio, ita malefidei possessor ut bonafidei possessor videtur, argumento cap. in literis de restit. spolia. quam difficultatem dissoluens præcitato loco Ripa, dixit consequentiam nõn tenere ex cap. si. de ord. cog. quã etiam consequentiam eodem argumento destruit Rube. d. §. nihil commune nu. 85. sed non multum placet, cum hoc contingat in casu. d. + cap. ultimi, quia is spoliator objiciebat excep. alterius spoliationis, quæ non dominij causam in qua nos loquimur, sed possessionis respicit, quare rectius arbitrator consequentiam destruit ex ipsamet clara constitutionis nostræ dispositiõ

tionem, nec impossibile, uel absurdum hoc est, quia hoc casu partes spoliati agentis hæcerunt dum actionem proponit, asserere se illius coloni possessorem fuisse, cû bonafide, quæ qualitas in interdico unde vi, non erat à spoliato exprimenda, cum & prædoni illud concedatur. d. cap. in literis in fi. cuius rei diuersa potest considerari ratio, quia lex fortè maius vitium illius esse existimauit, + qui hominem ut seruum uel colonum mala cum fide detinet ob dignam hominis qualitatem, quã illius prædia iniquè possideat, quam ob rem cõsuet (ut mox retuli) Lucas a Penna ob diffinitam rationem cessare extensionem.

25 Quæro. 5. an huius constitutionis remediõ concedatur solo detentatori, ut depositario comodatario & similibus: & non concedi affirmant omnes, ut retulit Ripa. d. cap. sæpe nu. 35. uers. 6. dubitatur, præferim extensio Io. à Platea hic col. 2. uers. item quæro nunquid, dum enim tex. inquit bonafidei possessor &c. exclusus dicitur solus detentor, cum maxima sit inter eos differentia, cum sit detentor qui nudo facto insitit rei corporali gratia custodia & cõseruationis, ut declarat glo. in l. 3. §. ex contrario, de acquir. poss. clarè Ripa in rub. extra de causa poss. & proprie. nu. 26. uers. detentatio, quo loci post Bar. et alios quos citat, inquiri esse quid facti ex tex. l. stipulatio ita. §. hæc quoq; de uerbo oblig. ex conducto. ff. locati, & soler occupator appellari, cum solo corpore quis possidet, ut docuit Franc. Conna. lib. 3. Comenta. iuris civilis. ca. 10. nu. 8. ex tex. l. possessionem, de acquir. possess. nõ mirum ergo si in eo dispositio illa locum non habet, cuius rei illa ratio considerari potest, quia si uerè possessio est apud comodatantem uel deponentem, non certè hæc sola facti insilientia efficiet, ut is colonus prædionis huius detentoris adstrictus esse uideatur, quam ob rem cessat ut colonus possit a uitioso possessore sic recuperari. erit itaq; hoc in casu huius detentori succursum, uel officio iudicis, uel remedio ex cap. reintegranda, ut cõsuet Ripa. d. cap. sæpe. nu. 35. & Lucas a Penna hic. q. 21. & Platea quem supra, quod quo modo contingat fulius suo dicemus loco.

30 Quæro 6. an necesse sit ut coloni possessor esse debeat & dominus ut eum recuperare possit: & necesse non esse affirmat glo. hic, quam probauit Lucas a Penna. q. 1. & satis clarè probant uerba tex. dum de possessore loquitur ut celeri reformatione restituatur, nec enim potulat possessorem esse dominum, alioquin & dominij causa esset tractanda,

da, nec tam celeri reformatione esset illi succursum, immo, ut memini idem Lucas, texturitur illis uerbis, quos bonafide quisq; possedit. dictio enim quisq; ostendit rationem habendam non esse, an is possessor esset dominus uel non, sufficit enim fuisse possessorem bonafidei, accedit præterea ut dixi supra in præludijs nu. 22. eum non dici simpliciter possessorem cum rei dominus esse ex sententia dicitur simili Francisconi Connani in li. 3. comment. iuris civilis cap. 8. nu. 2. & Ioannis Brechei Turonensis in l. quaestio. de uerbo. significa.

31 Quæro 7. quæ actionet recuperabit hic bonafidei possessor colonum, uel seruum qui aufugit, quam questionem esse ex iuris apicibus dixit Lucas a Penna hic. q. 3. cum hodie actio nis nomen non sit exprimentum in libello: cap. cum dilecti. de iud. omnes in l. edita, ibi Dec. col. 1. C. de edendo. & esse agendum conditione ex hac lege, clarè affirmat ipse Lucas. q. 3. uel officio iudicis, uel actione in factu ex æquitate, quod ante Lucam affirmat glo. fi. hic. & Io. a Platea col. 2. uers. sed quæro quæ actio. Verum aliter sensisse videtur Cy. in l. 1. q. 3. princip. C. ubi caus. status &c. is enim doctur contra detentores colonorum & adscriptorũ interdico ut ubi agi posse. l. 1. ff. ut ubi, quod non probat, cum illud concedatur non quando rei suæ possessione priuatur possessor, sed cum ab altero potius molestia afficitur, + uterq; enim actoris partes & rei sustinet, ut est tex. §. tertia diuisio inst. de interd. uers. duplicia sunt. quare iure con. in d. l. 1. in fi. ut ubi, dixit, illud interdico esse ex æquatam illi interdico uti possidetis, cum tamen nos in deiecto & sua possessione spoliato loquamur, hæc intelligitur cum colonus & seruus in libertatem non se proclamant & iudicant, secus si se liberost profiterentur, tunc enim esset agendũ iudicio petitorio, actioq; præjudicialis diceretur, sic Cy. & Lucas præcitatis in locis ex tex. §. præiudiciales. l. 1. §. per hæc secundo responso, de rei uend. Inst. de actio. quod uerũ arbitrator. nã primo, actio præiudicialis dicitur, quæ dũ ante proponitur & super ea lata sententiã est, ceteris ad fertur exemplum, quod sequatur, namt præiudicium dicitur, scẽdum Hafconium res, quæ cum statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplũ, quod sequatur. hinc docuit Fabius l. 5. inst. orato. cap. 2. & ex nostris Budæus in annota. Pandect. præiudicare, esse ante iudicare. nec à re lata declaratione dissentiunt Eguina. d. §. præiudiciales, ubi & Cora. ceteriq; recentiores, idem Corafus lib. 2. miscella. iuris cap. 5. nec

dissentit Vldaricus Zasius in d. §. præiudiciales & in rub. ff. de exceptionibus nu. 7. qui fũs hæc ac omnium melius rem hæc docet & Duare. lib. 2. disput. anniuers. ca. 2. qui declarat, quo nam modo uerè actio dicitur præiudicialis, & egregiè Robert. Aurelia. lib. 1. sententia. iuris. cap. 13. dicitur & præiudicialis actio illa, quæ dum tractatur cetera silent, cum scilicet incidenter opposita exceptio est, aliã dicitur præiudicialis, quia illud ante iudicatu obijci semper seruo, sic Zasius. d. §. præiudiciales nu. 13. declarat multis exemplis eleganter, Crauetta conf. 280. col. 1. & in nostris terminis Zasius. d. §. præiudiciales nu. 12; qui à Cyni sententia non recedit, eoque loci præxim optime docet.

38 Quæro 8. apud quem iudicem causa hæc tractabitur, an apud iudicem loci ubi colonus aufugit, uel apud iudicem loci ipsius possessoris agentis: gl. vltima hic, affirmat esse agendum apud iudicem loci ubi colonus aufugit: glossam est secutus Lucas à Penna hic q. 4. & Ioan. a Platea col. 2. uers. item coram quo &c. Cy. autem in d. l. 1. q. 4. princ. C. ubi caus. status, distinguit, quam quidem distinctionem sensit & Albericus in rubrica. C. de seruis fugitiuis col. 2. uers. vltima uers. quæ autem loco, quã do aut seruus priuauit dominij possessione seruitutis, & diu. stetit in possessione libertatis, tunc conuenietur ubi erit, sic ait loqui textum l. si in possessione. C. ubi causa status, aut non est in quasi possessione libertatis, uel si est, per modicum temporis reperitur, tunc remitti debet seruus & colonus ad locum a quo aufugit, & ita intelligit Cy. l. de iure. ff. ad municip. & l. 1. C. ubi cau. sta. uertamen remissio fieri possit, informationes sugg & possessionis seruitutis a iudice loci in quo fugit assumuntur, & hoc idem videtur probare Bartol. in d. l. de iure in fine. princip. ff. ad municipal. Verum non satis mihi conuenire uidetur is Cyni sensus text. l. de iure, qui nec de constituto in seruitute uel libertate loquitur: min usque, quod remissio aliqua fieri debeat, solũ enim ait, loci incolam teneri ad munera loci habitationis, non suæ originis: & casu quo neget conueniri sub illo Præfide, sub quo uocatur ad munera, nõ alia ratione, quam, quia ibi habitat & ibi inuenitur, quod ostendit exemplum de nupta muliere in textu positum, quæ conuenitur sub Præfide in cuius provincia est nupta, & si alio loco sit ortu da, cum is sit locus habitationis, ibique inuenitur, nisi dicamus, quod ubi contingeret casus, ubi si incola inueniretur in provincia ori-

ginis, adhuc tamen posse conueniri sub Præsi de prouincia in colatus, sed hæc illa ratio fuit, quia si vult inhabitare, debet & in con sequentiam loci onera sustinere: & ideo faci- 40 nis conuenitur, quæ ratio non potest hoc in casu habere locum, ut patet ad sensum, quia is colonus uel seruus in antecedens aliquid non postulat. Quare cæteris omis- sione, rem omnem sic definiendam arbitror, vt consti- tuamus regulam, quam constituit text. in d. l. si de possessione. C. vbi caus. ita. actorem ꝛ scilicet sequi forum rei, & is erit Iudex, qui reum sub sua Iurisdictione habet, superest ergo sola difficultas hæc, vt cognoscamus, quis actoris, & quis rei his in casibus partes susti- neat, quod est cognitum facile, si obseruabimus Iurisconsulti traditionem in l. libens. §. vltim. ff. de liber. ca. dum ait primo, eum qui ex seruitute ad libertatem proclamat, actoris partes sustinere, & ita forum rei sequi, sicque recte inquit text. d. f. l. n. C. vbi caus. stat. seruã uendicatem se in libertatem, forum domini excipiens sequi, sic intelligitur text. l. si ex pos- sessione eodem titulo, si uero e contra domi- 41 nus uult se dominum ostendere, & quem ser- uum dicit in seruitutem redigere, actoris par- tes sustinebit, rei; forum, id est serui, sequetur, sic intelligitur text. d. l. si de possessione, qui ut male opinatur glos. non refragatur. d. l. si ex possessione, cum conueniant potius, nec secundo hoc casu domino prodest ali- quod priuilegium, quod esse fauore cause sta- tus & libertatis credidit Molina. consil. 16. nume. 23. si uero tertio casu, dubium sit, quis actoris, & quis rei partes sustinere debeat; tunc summam cognoscitur, quorum alterum sit in ea quasi possessione, uel libertatis uel serui- 42 tutis, & qui fuerit repertus in possessione, is rei partes sustinebit, quia ꝛ possessio hunc operatur effectum, ut probandi onus in aduer- sariū rejiciat. l. n. C. de aliena. Iud. mut. cau. facti, tradit Bald. in l. ultima. q. 6. C. de edicto Diui Adria. rollen. quem est secutus Ripa in cap. sape numero 2. de restitutione spoliato- rum, ut uideamus in interdico uti possidetis, cum uterque contendit esse in possessione, summa adhibetur cognitio, ut cognoscatur, quorsu alter possideat, ut actoris & rei persona discerni possit, qua de re latissime diximus su- pra in præludis num. 25. quo loci post Caf- streñ. & alios plures, citati textum & hic pau- lo supra a me relatum. l. libens. §. vlt. ff. de li- ber. caus. Verum adhuc non leuis est hoc in casu nostro difficultas, cognoscere, quis erit 43 cõpetens iudex in hac causa summarij iudicij,

si alia in prouincia colonus uel seruus reperia- tur, & credo esse iudicē illius loci, in quo: q̄s primo mouet controuersiam, vt sensu text. in d. l. n. C. ubi cau. status, ubi iudex loci, in quo serua fugerat, fit remissio, & ea ratione fit, quia ibi non mouet controuersiam dominus asserens illam vt seruam au fugisse, & ꝛ re- missio non fit, nisi summam causã cognita, vt uideamus in clerico sub layco conuento, qui vt ad ecclesiasticu remittatur, ab eo sum- matim cognoscitur, an is conuentus sit clerici- cus uel non, ut docuit nostris his terminis hoc exemplum adferens Inn. cap. n. colum. 2. circa med. de seruis non ordin. & eum est se- cutus Rui. consil. 28. num. 8. lib. 4. argumen- to etiam. l. si quis ex aliena. ff. de Iud. & cap. su per literis de re scriptis, & inquit Inno. eo lo- ci ꝛ seruum, eo ipso quod fugit, præsumi do- lose esse in possessione libertatis, quod est su- me notandum, nec dissentit hic Lucas. q. 11. In casu autem huius nostre constitutionis, si- ne dubio ꝛ dominus est actor, cum uelit colo- num uel seruum, vt colonum uel seruum sibi restitui: quare sequitur forum rei & apud iudicem ubi colonus reperitur suam probare de- bet intentionem, si obtinere cupit.

48 Quæro. 9. an ꝛ possit dominus auctoritate propria capere fugientem colonum, uel ser- uum: distinguit hic Lucas a Peña. q. 6. plures casus. Primus est, cum ꝛ colonus uel seruus est in actu fugæ, tunc capi potest, quemadmodu diximus de debitore fugituo, ex l. ait prætor §. si debitorem. ff. de his que in fraudem credi- to. & plura retuli supra in quinto remedio re- cuperanda possessionis. q. 6. & in similibus terminis sunt text. in l. n. §. seruus fugitiuus. ff. de seruis fugitiuis in l. quid sit fugitiuus. ff. de ædil. edicto. in l. fugitiuus de verbo. sign. & probat. l. vnica in fin. C. de colonis Palæt. lib. xj. Secundus est casus, quando non est in actu fugæ, sed iam fugit, & uno in loco reperitur, sed est vagus & a nemine possidetur: nam & 50 ꝛ vagus is dicitur, qui non trahit moram uno in loco, sed modo huc modo illuc uagatur, sic Bart. in l. n. num. 2. C. de Tyro. lib. 12. Ang. in l. heres absens, & ibi Cur. Jun. nume. 10. in fin. ff. de Iud. hoc ergo in casu potest adhuc ꝛ dominus manu propria illum capere, sic idẽ Lucas. q. 6. affirmat, & si, nec iure nec ratio- ne aliqua utatur, citari potest text. l. unica. in fi. C. de colonis Palæt. lib. xj. quam hic citaf- se in hac sententiam uidetur Io. a Platea col- um. 2. uerfic. & hoc iudicium. eam ipse ratio- ne adfero: quia dicitur is seruus uagatur futurus est ut interim fugat rapiat dum ad iudicẽ accedit 51 domi-

dominus, quam rationem sensit Bart. d. l. ait prætor. §. si debitore nume. 1. de his, quæ in fraud. cred. ob imminens enim ꝛ periculum multa aduersus communes iuris regulas sunt concessa, ut latè scribit Fely. in cap. ex parte col. 3. uerfic. recipit prædicta conclusio, de cõ- stitutione, quo loci citat textum d. §. si debi- tore, inquit: quod si ex forma statuti in- ferenda sententia, alterius ꝛ consilium esset ex- pectandum, tunc non debere expectari, cum imminet periculum, sic etiam in debitore fu- gituo & uagabundo affirmat Angel. d. §. si debitorem & in l. nemo carcerum. C. de exa- cto. tribu. lib. x. idem respondit Rui. consil. 18. num. 4. lib. 5. ubi inquit hoc maximè esse ue- rum ubi iudicis copia non est in promptu, aliàs si illius copia facile haberi potest, adhi- beri debet in capiendõ auctoritas & licentia, ut & cæteri omnes iam relati præsupponunt, ex doctrina glo. in d. l. heres absens. §. proinde & ibi Cur. Jun. num. 10. de Iud. dum affirmat ꝛ iudicem illius loci ad quem au fugit is uaga- bundus, esse competentem, idem scripsit Soc. Tract. Fall. regula. 87. Fallen. 6. & respondit 52 Grãma. consil. 27. num. 12. Tertius est casus ꝛ cum colonus, uel seruus iam fugit, & ab alio possidetur, in quo rectè concludit Lucas d. q. 6. non posse propria auctoritate a domino capi, ne sibi licere uideatur sua manu sibi iudi- cere posse, aduersus clarissima iura: nam fru- strã proditum fuisset remedium huius nostre cõstitutionis. nec dissentit Io. a Platea hic col- um. 2. uerfic. & hoc iudicium, sic uideamus non licere domino rem propriam ab alio oc- cupatam inuadere. l. si quis in tantam. C. unde ui. & iam supra suo loco diximus, sic feudi dominus non potest uassallos recedentes hos- pite in salutato propria auctoritate capere, si ab alio possidentur, sic Afflic. in cap. 1. §. ulti- mo nu. 126. de Capit. qui Cur. ued. què est se- cutus Cephalus Cõpater, & Preceptor meus clarissimus, qui humanitate & clementia cæ- teros omnes quos noui hæcenus antecessit: is inquam consil. 18. num. 27. hæcque optima ra- tione facta cernimus, ne scilicet ad arma, & li- tes inter se se decurrant dominus & possessor contra l. æquisimum. ff. de usufructu. hic er- go dominus ꝛ conueniet possessorem illum, ut uideamus in eo, qui alteri obedientiam præ- stat, non is, qui obedientiam prestat, sed is cui prestat, conuenitur, ut tradit Lucas d. q. 6. ex text. cap. constitutus de religio. domi. & c. inter quatuor. de maio. & obed. Aduersatur 53 tamen tertio huic casu text. in l. Titius. ff. de seruis expor. quo data uidetur facultas domi-

no in seruum penes alium existentem manũ iniicere. Verum Lucas. d. q. 6. in fin. inquit il- lud sic ibi contigisse, quia pacto expresse fue- rat conuentum, quod adeo rem afficit, ut cõ- tractus resolutionem ipso iure operetur: sic, & textum hunc intellexit Bar. in l. creditores num. 22. & nume. 23. & in fin. C. de pignori- bus, & clarè probare uidetur text. l. si quis sub hoc. ff. de contrah. emp. ubi absolutè uelle ui- detur, cõpetere facultatè priori domino ab- ducendi serui. Verum huic declarationi uide- tur ob stare text. l. n. C. si man. ita. sic. alie. & c. qui iudicis licentiam fore necessariam affir- mat, dum inquit, Præfectus ubi impertiet fa- cultatè abducendi. C. reder. ergo d. l. si Titius & d. l. si quis sub hoc, esse intelligèdas secundu declarationè. d. l. n. C. si mancip. ita. sic. alie. cũ vna ꝛ lex alteram declarat. l. utrum de petitiõ. hered. cum præsertim sit posterior. l. non est nouum. ff. de legibus. Quare tertio huic casu nostro nõ aduersabitur, sed cõueniet potius. Secundo tamen loco adhuc pugna uidetur, 54 secundum Lucam. d. q. 6. text. ꝛ l. in hoc iudi- cium. §. vltimo. ff. communi diuid. l. idem erit §. vltimo. ff. pro socio: verum ad rem nõ faciunt quia & si concedant ius excipiendi cõ- tra singulares successores transire, non tñ intel- ligunt propria sua auctoritate posse excipere. Quæro. 10. an is dominus, qui fugientem 55 ꝛ colonu auctoritate propria capere potest, possit nõ ipse modo, sed & per alium hoc exe- qui, distinguit hic Lucas a Penna. q. 7. tres ca- sus, quos cum iam latè aliàs explicauerim, nõ amplius repetam;

56 Quæro. 11. an nostra hæc ꝛ constitutio locu habeat aduersus eos colonos, qui post fugam dignitatis gradum sunt assecuti: & locum ha- bere censuit post glo. hic Lucas. q. 8. sentit Io- a Platea hic colu. 2. uerfic. item quid si fugit: ea ratione, quia ꝛ dignitas cum a dominis ma- nibus nõ uendicatur & ab illa seruitute non ex- cusatur. l. originarios. C. eo. de agricol. & cens. nam si hoc casu dignitas excusaret effectus do- mini tollere sine illius factu, quod nec Princeps concedit. l. 2. §. merito. §. si quis a Prince- pe. ff. de re iud. in sum. publi. quare prohiben- tur ꝛ coloni, ut ad aliquos dignitatis gradus prouehantur. l. colonos. C. de agricol. & cens. immò & illi dignitati illata censeretur iniu- ria. l. n. C. de agricol. & mancip. dom. lib. xj. Declaratur hæc conclusio secundum glo. & Lucam ac Plateam iam relatos, non proce- dere in ꝛ dignitate Episcopali, quæ liberata seruitute & colonia, ut est textus in. §. sed hæc quidem in auth. de sanctissimis episcopis, sic

dignitas Episcopatus, (quod est fortius) libertas patria potestate. §. palam in auri. Constitutio quae dignitas & episcopo. quo loci glo. citat simile hoc de colono & adscriptio, haec pariter iure Pontificio fuerunt approbata in ca. si feruus sciente 54. distinct. qui declarat non sic in sola clericis dignitate ut habetur & in. §. adscriptio in auth. de sanctis. epif. & si aliter male opinetur Io. a Platea statim relatus

67 Illud quoque accedit, quod si Episcopalis dignitas non efficit eum indignum alia seculari dignitate, ut si Comes sit, esse desinat, & feudum amittat, quod simplex clericus retinere non potest, sic Bald. in cap. inter dilectos colum. 2. in fin. de fide Instr. & interrogati, respondere runt las. conf. 117. colum. 4. verfic. ad praedicta accedat libr. 4. & Excellentissimus Cephalus confil. 1. num. 58. confil. 2. num. 10. sic declarant textum cap. clericus si de feudo disse. cum

69 siml. quod uerum intelligo, cum eius naturae sit feudum, ut per substitutum praestari ualeat domino seruitium sic egregie declarat Anto. Capicinus Decisione 32. num. 2. & Hieronymus Scrup. inter consilia feudalia confil. 140. num. 14.

70 Declaratur 2. non procedere in feudo colono qui per annos triginta Curiae in seruiuit, (& si tres sufficere male hic fenserit Platea) ex J. eum qui collegio. C. de fund. rei pat. lib. xj. & declarat hic Lucas in. 6. oppos. Nec huic declarationi aduersatur t. tex. l. r. C. ne rei dominice vel tempore. cum is sit fauore ipsius supremi Principis concessum, cuius colonus & seruus & si per multos annos Curiae seruerit non tamen libertatur, nam & plura alia in fauore ipsius Principis aduersus illius colonos fuerunt constituta, ut in eo titulo de Agricol. & Mancip. dom. lib. xj.

72 Quare. 12. an haec constitutio locum habeat in feudatarijs & uassalis in quorum praedictis sunt coloni & adscripti, & habere locum affirmat Lucas hic. q. 10. cum uile domini habeant argumento l. i. §. qui in perpetuum, §. ff. si ager uctig. vel emph. pet. qua. de re latif. si me apud Tiraquellum de retractu. consang. §. i. glo. 14. nume. 80. hinc videmus illis licere proprios seruos manumittere. l. possessores C. de fundis patrio. lib. xj. non mirum ergo si eis concedi debet hoc remedium, cum & fortius uideamus superficario concedi interdicta. l. i. §. quod autem de superficie. est enim in casu nostro absolutum sufficere hunc esse bonae fidei possessorem, nec opus esse quod sit dominus, quanto ergo fortius in eo, qui uile rei dominium habet, accedit illud praeter

rea, quod & si uassalus ratione feudi directo, domino subdit, non tamen ipsius uassali homines immediati directo domino subditi, cum homo hominis. ff. de dona. & in uassalo clarus l. modeltinus. ff. de dona. & in uassalo uerum altera. in c. Imperialem. §. firmiter de prohib. feud. alie. per Fride. ca. pastoralis cap. Romana. de Cler. no. refid. quibus adductus Rui. 74 cōf. 219. nu. 5. li. 1. respondit, quod licet Rex Princeps &c. dicatur habere sub se Barones & uassalos, non tamen habere homines ipsorum Baronum, nec in eos posse iudicare, ut respondit & Cur. lun. conf. 2. num. 1. 2. Soc. lun. confil. 126. num. 4. §. lib. 3. Neuiz. confil. 61. nume. 12. Brun. confil. 8. num. 56. Chaffa. confil. 66. num. 12. immo nec aliquo tōnere homines illi praegrari possunt, ut tradit Iacobinus a Sancto Georgio Tract. de Homagijs. colum. 8. verfic. sed cadit hic alia dubitatio Oldra. confil. 23. factum tale est, & c. col. 3. uerfic. inter haec autē, quod uassalis cōfirmari interrogatus pro uniuersitate Bozulachi & S. benedicti, haec fortius eo in casu locum haberent, quando is uassalus tō dominium directum etiam haberet, quod esse potest, si Baldo in l. unica. C. de confessis, & las. confil. 180. col. 2. uerfic. 4. mo uer. lib. 2. Credimus.

77 Quare. 13. an haec constitutio tō loqui tur in colonis locum etiam habeat in uassalis & suppositis domino feudi, hanc dubitationem in non longe dissimili casu mouet Cy. in l. i. col. 4. uerfic. sed quid in uassalo. C. ubi ca. uia status. dum post a se explicatam questionem illam, quam & nos supra retulimus, qua actione de peditis colonos recuperamus subdit Cy. an idem sit in uassalo dicendum, & affirmare uidetur idem esse, ea ratione adducitur, quia & si in uassalo ius personale tantum sit, & ob id nulla cadere uideatur possessio iuxta. l. 3. §. ultimo de acquir. possess. attamen recte perpena obligatione, quae tō reciproca est inter dominum & uassalum dicitur in eo esse ius quoddam reale, argumento. text. §. 1. in fi. in auth. de equal. do. ut & clarē in nostris terminis sentit Lucas a Penna in l. 2. col. pen. in fi. C. de agricol. & cens. sentit Albe. in Rub. C. de seruis fugit. col. ultima uerfic. quid in uassalo quae sanē opinio ex eo magis confirmatur ut supra retulimus. q. 9. in tertio casu, posse feudi dominum auctoritate iudicis cogere homines, qui e loco recesserunt reuertitabam Cephalus confil. 18. nu. 22. qui eleganti tex. adducitur in ca. 1. §. ultimo ubi Afflicti. quarto nota. de duobus fratribus de nouo benes. in uerfic. retulit & Soc. lun. conf. 77. nu. 8. lib.

lib. 1. & in his terminis citat Bal. in praedictis nu. 27. quem eodem loco secutus est Afflicti. nu. 10. 4. immo recedentes hi homines poena multatur ut tradit Afflicti. Decif. 307. nu. 12. cuius rei multa adferri possent rationes, quarum altera illa est, quia si quis seruitutem praestare aliquo in loco tenetur, non potest ad domini detrimentum locum mutare. l. si domus uerfic. quod ad stillicidium de seruit. urb. praedio. l. si eo loco. ff. si seru. uend. & tradit Craue. conf. 292. nu. 4. quam rationem egregie attulit Cephalus. d. confil. 18. nu. 25. qui. nu. 24. iam hanc retulerat, quia quemadmodum non liceret domino feudi in alterum feudum transferre in uitis & reluctantibus uassalis iuxta glo. in l. inuitus. ff. de fideicom. liber. & tradit Bal. Aret. & ceteri in l. 2. in prin. Sol. matr. Rui. conf. 7. nu. 27. lib. 1. & praeter eos a d. Cephalo relatus, idē uoluit in his ferē terminis Afflicti. Decif. 265. nu. 69. & glo. l. inuitus. probantur Craue. conf. 54. nu. 3. conf. 135. nu. 19. conf. 241. nu. 6. conf. 318. col. 4. in prin. uerfic. que ipsa, Gomes. §. item Seruiana nu. 41. Inst. de actio. Soc. lun. conf. 76. nu. 13. 14. lib. 1. Brun. conf. 12. nu. 64. confil. 108. nu. 110. Paris. conf. 22. nu. 70. lib. 1. Goza. conf. 9. col. fi. Rub. conf. 96. col. 1. late Tiraq. de retractu. col. 26. glo. 1. nu. 78. & declarat Carol. Mo linæ. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 1. glo. 3. nu. 25. late Alcia. respō. 167. & Rola. a Valle cōf. 1. nu. 34. 36. nu. 81. 82. 88. pari ergo ratione idē dicendum est in uassalis ut inuito & reluctantē domino loco feudi recedere & alteri se subijcere domino non possunt, quae sanē ratio optime concludit cum reciproca (ut mox retuli) sit obligatio inter dominum & uassalū: ut infinitos propē congeffit casus Afflicti. Decif. 265. ubi post. Iern. Baldum & alios affirmat non licere uassalo ea ratione feudo renuntiare, quod sentit & clarē Lucas a Penna, in l. 2. in fi. C. de agricol. & cens. cum utriusq; causa dominij scilicet & uassali concessum fuerit. illud praetera accedit quod ubi per uassalū debetur seruitium annuū praesertim, non licere uassalo inuito domino feudo renuntiare ut docuit Barto. in l. 1. is cum quo. ff. de acq. plu. arden. & sentit D. Cephalus. d. cōf. 18. nu. 33. & tradit las. in l. 2. nu. 24. C. de iure emph. & alios plures retulit Tiraq. de retractu. consang. §. 34. glo. 1. nu. 1. 2. 3. 4.

83 Declaratur haec conclus. non habere locum quando coloni uel uassalorum dominus crudelis esset & Tyrannus tunc non modo licet colonis & uassalis fugere & loca domini deserere, sed & dominum ipso interficere ut non

84 stris his terminis probat Lucas a Penna hic. q. 12. cum occideret Tyrannum sit (ut est apud Ciceronem in secunda Philippica) pulcherrimum, beneficium gratum, & fama gloriosum, nā (ut dicebat Seneca) uictima haud nulla amplior potest magis optima mactari Ioui, quam Rex iniquus, & alia satis doctē retulit Lucas a Penna in l. unica col. 4. uerfic. 13. si Tyrannides. C. ut armo. usus. lib. 11. idem latissimē in l. 1. col. 30. C. publice laetit. uel Consul. lib. 12. in hanc sententiam plura ex Graecis habentur, ut retulit Ioānes Stobaeus eruditissimus in opusculo de sententijs Graecorum in ea parte, in qua de uirtuperio Tyrannidis agit: unum enim ex multis refert Graecum Euripidem, sic dicentem.

Male perant omnes qui Tyrannidem, gaudent, hoc tamen hodie ecclesiae rectē non admittit ut iam Constantiensis sacro concilio de cismo cernimus, & affirmat Boe. q. 304. col. fi. & si (ut eloquentissimus Demosthenes dice re consuevit) omnis Rex & Tyrannus hostes sint, libertatibus & legibus aduersantur, hinc & illud dicimus tō feudi dominum eo esse priuandum, si cum uassalis male & inique se habet, ut docuit Bal. in cap. 1. §. publici latrones in tit. de Pace tenen. quem est secutus Castrē. in auth. qui rem. C. de sacro. eccle. Roma. & Alex. in l. Diuortio. §. si fundum col. 2. ff. sol. matr. quos est secutus Cur. lun. conf. 137. nu. 4. Boc. q. 55. in fi. & q. 304. nu. 7. qui alios propē infinitos congeffit, idē censuit Afflicti. Decif. 265. n. 72. & alios citauit Soc. lun. cōf. 134. nu. 38. lib. 3. Bal. quoq; probauit Alcia. respō. 167. nu. 12. ob hanc ergo sententia rectē derelinquitur dominus tō nec ante omnia ad suam possessionē restituitur, ut in marito spoliato quasi possessione suae uxoris dicitur in cap. literas in fi. de restituto. spol. & tradit Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 84. de acquir. poss. & Corset. in tract. fall. quod spolia. restit. ante omnia fall. 2. 6. uerum huic sententiae aduersari uidetur l. cum seruis. C. de agricol. & cens. quae facultatem recedendi colono auferit, & si noua moliatu dominus, sed tantum concedit colono iuris remediū, ut iudicem adeat, nisi iam relata intelligas, cui iudicis non datur copia.

89 Declaratur secundo non procedere, quando feudi dominus, uel coloni, ob commissū aduersus superiorem delictum feudo esse priuatus, ut in his terminis docuit Lucas hic. q. 13. ex cap. domino guerram in tit. hic finitur lex Corra. in cap. nos sanctorum. 15. q. 6. censentur enim tunc subditi a uinculo iuramenti liberati, extinguitur enim uassali nonē Pa

ris.conf.21.nu.50. lib. 1. quæ certè declaratio multis in casibus posset exemplificari, cum multis ex causis uassalus feudo priuatur cap. 7. quibus. mo. feud. amit. & in d. cap. domino guerram ubi glo. sentit, quod Bannito 90 † uassalo subditi sunt liberi a iuramento fidelitatis, & si inuocabiliter non dicatur priuatus, ut ibi animaduertit glo. & Rui.conf.7.n. 91 2. lib. 1. quare idem dicimus in excommunicato cui non obseruatur fidelitatis iuramentum. d. cap. nos sanctorum & cap. seq. quod docuit & idem Lucas a Penna hic. q. 14. qui citauit & tex. cap. ad apostolica de re iud. in. 6. idem erit in hæretico secundum ipsum Lucam, qua de re latè diximus supra in primo reuperandæ possessionis remedio. q. 30. & alia infra dicemus suo loco, ubi probauimus Bannitum, excommunicatum, hæreticum, & similes ante omnia ut spoliatos non esse restituendos, nã, ut Deo & superioribus infideles sunt, sic nec morerantur, ut eis fides seruetur, quod & alijs probatur Lucas a Penna in. l. cum allegatis col. 3. C. de re milita. lib. 12.

93 Declaratur. 3. nò. procedere quando coloni uassali & similes iusta aliqua ratione non possent loca illa domini inhabitare, ut si maxima esset regionis sterilitas, nam tunc illum deserere possunt, ut sensit Lucas a Penna hic

94 q. 16. idem in uassalot qui eam ob causam potest feudo expressè renuntiare, ut scribit idè Lucas in. l. 2. col. 2. uers. & nota quod. C. de agricol. & cens. lib. 11. cuius rei argumentum præstat tex. in. l. habitatores. §. fin. ff. locati, què citat Lucas. d. l. 2. col. pen. sic etenim Inquilino licet ob iustum timorem è domo migrare, Ripa tract. Pests. titulo. de priuilegijs contractuum nu. 18. & iustus est timor sterilitas, ob quam fame laborare possent coloni, quod est admodum timèdum, cù sit famestica lamitatum maxima, & crudelius sit famæ mori quam peste ut post Ang. in. l. de iure natura li & c. in fi. prin. tradit Neuz. conf. 66. nu. 39.

97 hinc dicimus † necessitatem famis a furto excusare ca. 3. de furis cap. Discipulos, de consecra. dist. 5. & consuluit Dec. conf. 355. nu. 12.

98 & Neuz. d. conf. 66. nu. 39. immò licet patri filium proprium uendere. l. 2. C. de patr. qui filios distax. qua de re apud Tiraq. de retractu consang. §. 26. glo. 1. nu. 13. 14. & Didacum Couarr. lib. 3. varia. resol. cap. 14. nu. 4. qui multis egregiè docet, quata sit calamitas famis ad rem melius confert in argumentum tex. in cap. propter sterilitatem, extra de locato, quo est sancitum conductorij esse faciendã pensionis remissionem si ob sterilitatem fru-

ctus non collegerit, quando autem hoc fieri debeat, latissimè docet Didacus Pract. quest. c. 30. & quid in emphyteota tradit Neuz. cõf. 92. nu. 50. Boe. q. 249. nu. 6. 7. addo eo loco Panor. nu. 7. affirmantè, inquilinũ ante tempus è domo posse migrare, si cum impellat necessitatis aliqua causa ex. l. 1. ff. de migra. & supra reutilit, quod est de casu sterilitatis dicit idè esse censuit in casu pests. Lucas. d. l. fi. coloni. d. q. 16. nam & ob pests causam licet inquilino colono & similibus recedere: sic clarè & latè censuit Ripa. d. tract. pests. d. tit. de priuileg. contractuum nu. 17. post. Bar. l. si in lege §. si domus. ff. loca. & per tex. l. 1. §. si pensio de migr. & tradit Marfil. sing. 615. necessitas & c. quam rem adeo latè explicat Ripa, ut minimè credam fore necessarium plura scribere nam is Ripa nu. 34. cum multis sequentibus adfert quàm plures declarationes, quæ casu nostro satis rectè conueniunt.

101 Quæro. 14. an eo casu quo † uassalus ad gratiam superioris est restitutus, uel dominus ab excommunicatione absolutus est, possit uel colonum uel subditos, qui migrarunt recuperare iuxta huius consuetudinem. l. si coloni, dispositionem, quam questionem proposuit Lucas a Penna. d. l. si coloni. q. 15. & paucis sic distinguit, aut coloni, qui recesserunt ab aliquo nò possidentur & tunc possunt sine difficultate recuperari, aut ab alio possidentur, & tunc recuperari nò possunt, ea adducitur ratione, quia restitutio iuris, uel hominis ad alterius iniuriam nò trahitur, iuxta textum l. 2. §. merito & §. si quis a principe. ne quid in sum. pub. l. nec aus. C. de emancip. lib. cap. quamuis de rescrip. in. 6. solet enim † restitutio re integra plenum sui effectum operare, non cum rebus distractis & alienatis cõceditur. l. quod si minor. §. Scuola. ff. de minor. quo adducti censuerunt Barba. conf. 32. col. penul. lib. 3. & Galliaul. in. l. Gallus. §. & quid si tantum nu. 97. de lib. & posth. rminor. restitutum in spiritualibus ad beneficiũ renunciatum non censi restitutum cum illud fuit alteri collatum, quam sententiã probauit ante alios glo. in cap. ex parte in uerbo quamuis minor. de restitu. spol. & gloss. l. ait pretor in prin. ubi Barto. de mino. & eam est secutus Crau. conf. 90. nu. 4. laf. d. §. & quid si tantum nu. 72. addo Barba. conf. 43. col. 4. in prin. lib. 2. sic restitutus ad decurionatum non ingreditur dignitatis locum, nisi finito tempore illius, qui fuit interim electus sic in. l. 2. §. si alia. ff. de decurio. quo adductus cen-

106 fuit ibi egregiè Barto. quod † doctor restitutus

tus ad collegium, quo ob sui culpam fuerat priuatus, nò recuperat locum interim alteri concessum, cum Barto. idem sensit Dec. in. l. cum quid, prima lect. n. 1. ff. si cer. peta. quod † declarat Alcia. de psump. regula prima præsump. 43. in fi. nisi per iniquitatem maneret exclusus, hinc dixit Lucas a Penna in. l. i. col. 2. C. de his qui in exilium dati uel ab ord. moti sunt lib. 10. quod † Doctor restitutus, nò intelligitur restitutus ad lecturã, qua fuerat ob commissum delictum priuatus, si illi alter fuit præpositus. sic idem Lucas in. l. cum allegatis. col. 4. C. de re mil. li. 12. affirmat ex multis † uassalum restitutum, non restitui quoad ea, quæ alteri iam pendente priuatione fuerunt concessa, sic quoq; censuit Bar. in. l. vlt. nu. 7. C. de senten. pass. bona fisco delata † deportato restituito nò restitui, si deportatione pendente in alterum alienata fuerunt, idem Bart. d. §. & quid si tantum ubi laf. num. 70. Barba. conf. 43. col. 4. li. 2. Calca. conf. 36. nu. 29. conf. 52. nu. 12. laf. conf. 21. in fin. lib. 3. latè & doctè Forru. Garzia. §. & quid si tantum num. 235. quo loco distinguit, & communem dixit ibi Galliaul. nu. 68. Rui. conf. 31. nu. 21.

Declaratur primo non procedere quando ex † causa, publicam respiciens utilitatem restitutio fieret, ut ex causa pacis Ciuitatis uel regionis, sic Bar. in. l. quæcumq; in fi. C. de fi. de instr. & iure hactè fisco. lib. x. quem sunt secuti Calca. d. conf. 36. nu. 30. conf. 52. num. 17. circa med. quam sententiam probauit & c. Io. Crotus in. l. Gallus. §. & quid si tantum nu. 118. uers. fallit & tertio ibi Galliaul. num. 73. probauit & Bar. doctrinam in his terminis & Rui. conf. 21. nu. 7. lib. 5. & Boe. q. 38. nu. 7. Afflicus Decif. 361. nu. 4. qui tamen declarat ut statim subijciã. Barto. quoq; in. d. l. quæcumq; est secutus D. Crau. de antiq. tempo. prima parte prin. nu. 51. qui multos citat etũ neminè ex relat. addo quoq; Dec. conf. 269. nu. 7. conf. 271. nu. 6. 7. conf. 287. nu. 4. conf. 332. nu. 1. conf. 357. nu. 1. conf. 390. num. 10. Natta conf. 11. num. 3. 4. lib. 1. Aegidius, de quo infra nu. 12. ubi restatur sic seruatum in pace Cæsaris. & Ducis Medio. quod intelligit Afflic. d. Decif. 361. nu. 26. nisi essent alienata † in ecclesiam, qua tunc Princeps secularis nò possit ei & hoc casu inferre præiudicium.

Declaratur secundo vt non procedat eo casu, cùm est facta † restitutio per uiam Iustitiæ: non per gratiam, nam cum restitutio ex iustitia fit cæteris fauorabilior, restitutus eo modo, dicitur restitutus & ad alienata: sic laf. in. l. Gallus. §. & quid si tantum nu. 73. delib.

& posthum. & ibi Crotus. nu. 118. & ante eos sic ibi Cuma. & ibi Fortunius Garzia nu. 233. Didacus. d. lib. 1. varia. resol. cap. 5. num. 7. ubi alios in hanc sententiã citauit, Mol. l. si quando nu. 10. C. vnde ut. Aegidius Bossi. tra. c. cau sarum crim. tit. de remedijs ex sola clau. prin cipis nu. 2. 3. 4. Dec. cap. vltimo ubi Molina. de consitu. Alex. conf. 101. lib. 2. addo Alcia. responso. 169. nu. 15. contrariam sententiam probauit solus Lancelotus Galliaul. in. d. §. & quid si tantum. nu. 69. sola difficultas est in intellectu, † l. quod si minor. §. Scuola. ff. de mino. qui pro sententia cõmuni adducitur, & tamen opinatur Galliaul. contrariam sententiam probare, sed textum illum intelligit post Pano. in cap. ex parte de restitu. spol. Didacus. d. cap. 5. nu. 2. in fin. loqui, quando de lucro agitur, quia tunc rebus alienatis ad ea non fit restitutio, ut is tex. loquitur in hereditate quæ tit. lucratium habet. memini tamen aliquando legisse apud † Casiodorum li. 3. varia. in epistola destinata Gemello Theodorico tunc Italia, & Galliarum Regi rescriptis in hæc uerba, † spe stabilis itaq; magnus hostium conuersatione damnata, quod natus est reminiscens, ad Romanum repatriauit Imperium, cuius absentia contigit dicitur, ut eius potuisset perire substantia, atq; ideo presenti iussione sancimus, quatenus tã in agris quàm mancipijs. urbanis aut rusticis, uel quicquid sibi competens quolibet modo nunc amissum, poterit probare sine aliqua tarditate, recuperet retinens ex nostra autoritate dominij ius omne, quod habuit: nec questionem eum de rebus sibi antiqua possessione competentibus uolumus sustinere, cui propositi nostri est etiam noua præstare.

Declaratur tertio ut non procedat quando in concessione restituitiois a Principe, posita fuisset clausula, Non obstante alienatione in alterũ facta, uel alia clausula, per quã restitutio plenissima esset concessa. sic Card. & Imol. in cap. quia diligencia de electione, quos sequitur Alex. d. §. & quid si tantum nu. 20. & ibi. laf. num. 77. prima lectura ibi Galliaul. nu. 72. in fin. & Soc. nu. & eam uidetur probare Rui. conf. 33. nu. 2. lib. 1. Paris. conf. 1. nu. 37. lib. 4. Fely. cap. inter quatuor. num. 10. de maior. & obed.

Contrariã sententiã probauit Io. Crotus d. §. & quid si tantum nu. 120. & ibi Fortunius Garzia. nu. 241. cum multis sequentibus, latè simè hanc posteriorem sententiam tuetur, a qua nec consulendo dissentit Rui. conf. 31. num. 20. 21. lib. 5. qui consuluit in indiuiduo aduersus

sus Alcia. d. responso. 169. addo hanc sententiam probasse & Ruij. conf. 123. nu. 12. in fin. nu. 13. 14. lib. 3. quae & magis mihi placet, quia esset per indirectum sine causa tollere ius tertij, quod nec licet Principi, cetera libenter silentio inuolucet.

117. Quero. 15. cum celerit reformatione sit succurrendum huic possessori spoliato, an libellus porrigi debeat: & non esse porrigendum videtur sensisse Lucas a Penna. d. l. si coloni. q. 19. & eo loco l. a Platea. col. 3. versic. & ex praedictis. verum rem hanc excutit late infra in. 15. remedio ex cap. reintegranda. 3. q. 1. in quaestione. 17.

118. Quero. 16. quanto tempore praescribatur huic remedio. l. si coloni: & perpetuo durare, id est sola 30. annorum praescriptione tolli, creditur Platea hic col. 1. versic. et nota q. & recte, Lucas a Penna. d. l. si coloni. q. 20. cum haec sit conditio ex lege, quae dicitur esse perpetua Inst. de perpe. & tempo. actio. in prin. Rursus quia et si esset hoc remedium ex interdicto unde ui & ita praetorium & per consequens anale. §. 1. in prin. ff. de vi & ui arma. & l. 2. C. unde ui: attamen cum hoc nostro casu sit solius rei persecutoria & non poenale, erit perpetuum. l. in honorarijs de actio. & obliga. quae sane quaestio ex latissimis traditis in. 15. remedio recuperandae ex ca. reintegranda. 3. q. 1. in q. 15. melius cognosci & intelligi potest.

119. Quero. 17. quanto tempore dominus amittat possessionem serui seu coloni, qui fugam rapuit, hanc dubitationem excitare videtur Cyn. in. l. 1. col. 2. versic. quero primo. C. ubi causa status & c. cui haec distinctio placuit, aut colonus uel seruus est ab alio apprehensus, & tunc statim illi apprehendenti acquiritur. l. 1. §. per seruum. ff. de acq. poss. & per consequens, pars dominus eam possessionem amittit, aut non est apprehensus per alium, & tunc subdistinguitur, aut is seruus non stetit diu in possessione libertatis, & tunc dominus & possessor non dicitur possessionem amississe. l. 3. §. quod si seruus. de acq. poss. aut is seruus vel colonus diu stetit in libertate, & tunc dominus censetur possessione priuatus.

120. l. si is. §. si seruus. ff. de usufruc. qui tex. in illis verbis, nisi pro libero se gerat & c. non legitur hodie negatiue, nisi pro & c. sed affirmatiue & c. si pro & c. vt legitur in codice Florentino, vt refert Anto. Aug. Hispan. lib. 1. emenda. juris. cap. 2. charta antepenul. & eam probat Lud. Russardus in Pandectis a se diligenter emendatis. addo lectionem hanc probari ex tex. l. 3. §. quod si seruus. ff. de acq. poss. ubi ea-

dem ferè verba ad litteram habentur, & legitur si pro libero & c. in hac vero quaestione nostra, eam aliter declarat Soc. & ceteri. d. §. quod si seruus, & late & subtiliter Aret. l. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acq. poss. quo loci Aemilius Ferretus nu. 4. intelligit illud, diu, spacio decem annorum finiri, ex tex. valdè simil. in. l. si cum fideicommissaria. §. Aristo. ff. qui & a quib. quo fit ut uera non sit sententia Cyn. in. d. l. 1. q. prima. C. ubi cau. status & c. hoc esse in Iudicis arbitrio positum, cum iure hoc definitum non sit, iux. textum l. 1. de iure delib. & inquit Cyn. arbitrabitur Iudex secundum domini negligentiam ex absentia, nam cessat hoc arbitrium postquam in casu valde simili intelligimus de decenio, & ex similibus quaestiones terminantur. l. non possunt. delegib. & ita in terminis hanc sententiam contra Cynum probauit Alber. in rub. C. de seruis fug. col. pen. versic. prima est & c. quanto autè tempore domino priuatur dominus per fugam coloni. docuit Cyn. in. d. l. 1. q. 2. & Alber. d. Rub. C. de seru. fugi. col. pe. versic. secunda quaestio est, non refero. Haec de decimo remedio.

S V M M A R I V M  
V N D E C I M I R E M E D I I  
R E C V P E R A N D A E  
P O S S E S S I O N I S .

- 1. Zeno sauricus impius Romanorum Tyrannus. l. Non ab re. C. unde vi. promulgator.
- 2. Bibliotheca amplissima Centum viginti millium librorum Imperante Zenone Cambusita.
- 3. Conductor, eo ipso, quod locatori rem negat restituere, eum spoliat dicitur.
- 4. Conductor iustam ob causam non restituens rem locatori an à poena. l. Non ab re. C. unde vi excusetur.
- 5. Conductor allegando serui dominum iustam non profert eam restituens rem locatori.
- 6. Ipsi quis conductionis. C. locati quomodo differat a l. Conductor. C. locati & a l. Non ab re. C. unde vi.
- 7. Impensarum causa rem restituere locatori iuste recusat conductor.
- 8. Impensarum causa, iuste retineri res potest.
- 9. Animalia ob alimenta eis praestita iuste retineri possunt.
- 10. Impensarum exceptio, etiam executionis tempore obijci potest.
- 11. Impensarum causa, alias retineri prohibita retineri tamen possunt.
- 12. Scholasticus, ab impensio in funere scholastici factas, iuste illius libros retinere potest.
- 13. Libri Scholasticorum ob as alienum pignori non possunt, sic que in eis fieri excusatio.
- 14. Impensarum causa, iuste scriptura a procuratore & notario retineri possunt.

- 15. Impensarum exceptio etiam tertio obijci potest. 49
- 16. Impensarum causa etiam res ecclesiae possunt retineri. 50
- 17. Impensarum causa, etiam oblata fideiussione de eis soluendis retineri res potest. 51
- 18. Impensarum causa etiam Castrum & oppidum reseruum retineri potest. 52
- 19. Conductor ad longum tempus ob impensarum causam rem iuste retinere potest. 53
- 20. Conductor & si ob non solutam pensionem expellitur, potest tamen impensarum causa rem retinere. 54
- 21. Impensarum causa res a malefide possessore retineri non potest. 55
- 22. Conductor iustam habet causam non restituens rem conductionis si conductionis tempus adhuc non est finitum. 56
- 23. Conductor iustam habet causam non restituens rem conductionis, cum timent ab alio sibi fieri conuersum. 57
- 24. Conductores non restituens rem a se conductionem, & verum alienarum occupatores tenentur. 58
- 25. Delicta puniuntur si dolò & culpa, sunt commissa.
- 26. Excusatur is, qui domo consulas peritiores errauit tamen ob inuis ignorantiã.
- 27. Consilium iuris prudentium excusatur in litem succumbentem, ne in expensis condemnatur.
- 28. Insuperstiti consilium, qui est secutus a delicto excusatur.
- 29. Conductor, vel colonus, quousque debeat esse contumax in restituendo, & in poenam. l. non ab re. C. unde vi incidat.
- 30. Praxis quae sit in remedio. l. conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde vi.
- 31. Probanda quae sint in casu remedij. l. conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde vi.
- 32. Dominium ex possessione praesumptio probatur, et ibi declaratur.
- 33. Locationis instrumentum dominium non probat.
- 34. Positio locatoris probanda est illius temporis, quo facta est locatio, si agitur remedio. l. Non ab re. C. unde vi.
- 35. Conductor conueniens remedio. l. Conductores, vel l. si quis conductionis. C. locati, vel etiam l. Non ab re. C. locati obijcere an possit dominij exceptionem, & ubi spectem declarationibus declaratur quaestio ipsa.
- 36. Dominij exceptionem, qua ratione locatori obijcere non possit conductor.
- 37. Exceptio alia dominio inferiori, locatori per conductorem obijci non potest.
- 38. Locatio cum legitime facta non est dominij exceptio locatori iuste obijci potest.
- 39. l. Titibus. c. de agricol. & cens. lib. xi. declaratur.
- 40. Exceptio dominij locatori obijci potest cum rem propriam conduxit conductor.
- 41. Exceptio possessionis propriae a conductore contra locatorem obijci potest.
- 42. Conductor ob superuenientem nouam causam potest recusare rem domino restituere.
- 43. Conductor mutato locatoris titulo rem illi restituere iuste recusat.
- 44. Exceptio dominij notoria locatori obijci potest.
- 45. l. Si quis conductionis & l. conductores. C. locati remedium cessat, cum actione ex locato agitur.
- 46. Locationis contractus, nullus derogatur, si ex locato agatur.
- 47. Cyni uersa consideratio.
- 48. In ad probationem. C. locati, expunitur.

Conduci res propria potest, ob solam possessionis causam. Remedium. l. Non ab re. C. unde vi. & l. conductor. C. locati. an contra conductorem haereditas concedatur. Haeres, defuncti representat personam. Locator cum rem a conductore haere de iure recuperare, sua redit scientiam rem esse ipsius locatoris probare debet. Emphyteota haeres alienando rem emphyteoticam in poenam non incidit nisi probetur fuisse rem fuisse emphyteoticam. Haeres iustus & necessarius, qui cum defuncto moram trahebat, praesumitur defuncti facta scuisse, ubi declaratur, si legitima etatis erat. Scientia ex cohabitatione praesumitur. Remedium. l. conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde vi. an habeat locum, eum conductor rem conduxit propriam. Remedium. l. Conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde vi. an locum habeant contra creatorem, qui soluto debito rem non restituit. Constitutiones. l. conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde vi. an extendantur. Constitutiones poenales ob rationis identitatem extensionem recipiunt. Remedium. l. conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde vi. an locum habeant in ceteris contractibus, quam locationis. Emphyteota conueniens non potest remedio. l. conductores. C. locati & l. Non ab re. C. unde vi. l. Si quis conductionis. C. locati locum non habet in contractibus emphyteoticis & ceteris a locatione dissimilibus. Differentia quae sit inter l. Non ab re. & l. si quis in tantum. C. unde vi, & ubi quatuor asignantur.

A. S E B A S T I A  
N O P P .

Conductores alienarum rerum, seu alienam cuiuslibet rei possessio nem precario detinentes, seu haereditas eorum, si non eam dominis recuperare volentibus restituerent, sed li rem usque ad definitiuam sententiam expeditauerint, non solum rem locatam, sed etiam aestimationem eius vitrici parti ad similitudinem inuasoris alienae possessionis praebere compellentur. Dat. Quint. Cal. April. Constantiopol. Theodorico & Venantio Cons.

**IDEM. A. SEBASTIANO. PP.**

Non ab re est, quemadmodum aliena possessionis inuafores, tam verus quam praefens sacra constitutio censuit esse puniendos: ita nec conditoribus & possessionis alienae detentoribus impune procedere, si locatoribus forte, vel possessionem rerum suarum, quam apud alios precario modo esse concellerant, recuperare secundum leges volentibus, (cum nulla sibi met cognita legibus allegatio competeret) duxerint restituendum, & non protinus, id est, non expectato iudiciorum ordine, alienam possessionem recte eam recuperantibus cedere patiantur. Eos namque iubemus pro tanta suae iniquitatis impudentia, si cognitionis iudicialia eum fuerint condemnati: rei, cuius possessionem sponte restituere usque ad diffinitivam sententiam minimè passifunt, aestimationem videlicet pariter cum ipsa re praebere compelli. Dat. Quint. Cal. April. Constantino pol. Theodorico & Venantio coss.

**VNDECIMVM RECUPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIVM EX.**

Conductores. C. locati  
& l. Non ab re. C.  
unde ui.

Constitutio haec fuit Zenonis Isaurici, qui non modo ex impia Tyrannide ab omnibus detestandus est, verum & ob immodicam illius negligentiam summo opere accusandus, cum eo Imperante amplissima, & t nobilissima Centum viginti milia volumina librorum combusta fuerint, quod dolendum est certe nostris praesertim temporibus, quibus multa subobscura perplexa & non factis cognita videmus, quae omnibus nota & clara forent si illa extarent, is ergo Zeno hanc unam edidit constitutionem, quam compila-

tores, vel ob faciliorem cognitionem, vel memoria lapsi duobus relatis in locis scripserunt, est haec constitutum, antiquam possessionem aduersus praedij conductorem, qui conductionis finito tempore, nulla causa nulla ueritate suffultus possessionem restituere negat ante omnia restituatur, eo enim ipso, quod restituere negat locatorem spoliare dicitur. l. colonus, de ui & ui armata. in his nostris terminis Alexand. conf. 13. num. 2. lib. 6. Cephalus conf. 47. num. 40. lib. 1. haecque constitutio in omnibus ijs locum sibi uendicat, qui rem ab alio precario detinent, quod multis exemplis Bald. & ceteri hic docent, & suo ostendimus loco, in Inquilino enim & conductore expressum est.

Quero primo, cum haec constitutio eos conductores excuset, qui non restituendum domino iustam aliquam causam & rationem habent, quae causa iusta, quae ratio haec esse possit, & plures adferuntur, Prima est secundum aliquos, cum conductor dominium rei a se conductum allegat, quod probare videtur hic textus, dum inquit, possessionem rerum suarum, verum reijcitur prima haec causa à glos. Bart. & ceteris hic, cum non valeat conductor aduersus locatorem rem repetentem dominij exceptionem obijcere. l. si quis conductionis. C. locati, quae constitutio ut Diocletiani & Maximini: (vt iam admonui in praedij) per annos sepe ducentos ante nostras edita est, & est ad possessionem recuperandam, ut in ipsa. l. si quis conductionis. nu. 3. docuit. Bar. parumque ab his nostris differt, nam haec nostrae sunt admodum generales, & casum. d. l. si quis conductionis continere possunt, ut factum in specie & exemplum quoddam, cum ex ea sit solum diffinitum conductor non posse reculare restitutionem possessionis, obijciedo dominij exceptione, qua de re latissimè infra dicemus. q. 5. Secunda ergo causa, & ratio adferri potest secundum Bar. & ceteros, quando scilicet ist conductor finita locatione ratione impense utilis, uel necessaria, rem ipsam retinet, quod potest, ut in his terminis est glos. in l. colonus et in l. cum fundum, de ui & ui arma. in l. pen. ff. locati, Regulariter enim est, ut pro t expensis in re factis, retineri res ipsa possit, ut est glos. in l. si non fortem. §. si centum & ibi las. num. 10. de cond. indeb. & solet adferri quotidianum, & notabile exemplum, cum retinentur animalia ob alimentorum eis praestitorum impensam, ex l. in summa. vbi Saly. C. de piguo. & tradunt Alcia. tracta. praesump. regula prima pra-

praesump. 50. & Plotus Nouarion. in l. si quam do. nu. 874. C. unde ui. Confirmatur haec fecunda ratio ex eo, quod tradunt Albe. in l. fundo col. vltima. ff. de rei uend. Castren. conf. 17. col. vlt. las. in l. si area in prin. ff. de cond. indeb. Goza. conf. 86. nu. 23. & Rolan. a Valle conf. 28. nu. 1. Ripa. in l. vbi pure. §. qui in distrahendis nu. 2. ad Trebell. Negusa. de pign. quinta parte princip. seq. membro. nu. 15. Boe. q. 43. num. 10. & q. seq. num. 14. 16. Tiraque. de tract. conuentio. §. 7. glos. 1. num. 13. alia retuli sup. remed. 15. q. 32. in fi. & Corn. conf. 147. nu. 18. lib. 2. hanc impensarum exceptionem etiam in executione sententiae posse opponi, eamque executionem posse impedire, quae notabilis est extensio ad relatum regulam, quae etiam extenditur secundo loco procedere etiam in his rebus t quae regulariter pro debito aliis retineri non possent, ut tamen possint pro expensis, ut cum quis t in funere scholastici, facit expensas, illius libros donec sit sibi satisfactum poterit retinere, sic Bal. in l. 1. C. ob chirurgi. pecu. in l. in restituenda C. de petitio. hered. in l. vlt. C. de mod. quem est secutus las. in d. l. si non fortem. §. si centum nu. 10. vers. immo plus addo, & idè probauit is, qui tractatum falle. edidit post illud Soc. 13. regula. 8. 4. fallen. 2. cum tamen pro t debito in libris scholastici non possit fieri executio. glos. in l. nepos Proculo de verb. sig. Bald. in rub. C. qui bonis cedere possunt.

14. Extenditur tertio procedere t etiam in procuratore, & altero, apud quos acta & processus litis sunt, ut possint illa retinere donec pro expensis eis soluat quod debetur, sic Boe. q. 15. nu. 3. qui post longam disputationem testatur a Rege Carolo sic fuisse constitutum, idem censuit Capicij Decif. 11. num. 1. 2.

15. Extenditur quarto procedere t etiam aduersus tertium, sic Soc. Sen. cof. 15. col. 6. vers. quinimò licet res & c. lib. 1. ex. l. qui iniurij §. vlt. ff. de furtis.

16. Extenditur quinto ut procedat t etiam in rebus ecclesiae, & ita beneficialibus, sic Abbas in cap. de multa. col. 4. de praeben. las. d. §. si centum nu. 10. vers. amplia istam.

17. Extenditur sexto etiam si offeratur t fidelius de soluendis ipsis impensis iam liquidis, sic Goza. conf. 100. nu. 1. et si absolute etiam nondum liquidatione facta intelligat Ruin. conf. 84. in fin. lib. 1. dicemus infra in. 15. remedio. q. 32. in fin.

18. Extenditur septimo procedere t etiam, quando quis in refectione Castris expendisset, nam & tunc non solutis expensis Castris re-

stitutio potest impediri, Io. de Anna. in conf. 31. col. fin. quem sic rectè intellexit & secutus est Rui. conf. 100. in fin. lib. 4. Soc. lun. conf. 68. nu. 143. lib. 3. idem respondit Bello. conf. 10. nu. 2. qui non uidit nec Anna. nec Ruin. Contrarium autem sentit las. & malè in d. §. si centum in fin. vers. aduerte tamen, est enim secutus auctoritatem Io. de Anna. quem non perpendit aliter sentire, quam ipse intellexerit.

19. Extenditur octauo procedere etiam in conductore ad longum tempus, in quem trassatum dicitur utile dominium, qui potest adhuc rem retinere ratione impensarum, sic in terminis subtilis Aret. conf. 55. num. 3. versic. praemissis tamen & c.
20. Et tenditur nono procedere t in conductore, qui pensionem non soluat, & ob id a possessione expellitur, is enim adhuc re pro expensis retinere potest, sic clarè docuit Bal. in l. eadem col. 2. vers. sed numquid colonus. C. locati. hanc adfert rationem, quia licet sit male versatus contra dominum non soluendo illi debitam pensionem, non tamen est male uersatus circa praediorum culturam, quare expensas repetit. alia retuli infra in remedio. 15. quaestione. 32.
21. Declaratur nunc non procedere t quando possessoris mala fides esset nota & clara, tunc enim retentione uti non possit, sic respondit Alex. conf. 154. num. 4. lib. 6. Cur. lun. conf. 165. quos est secutus Neuiz. conf. 78. in fi. vbi affirmavit, agenti remedio illo reintegrande ex cap. reintegranda. 3. q. 1. non posse a spoliatore obijci expensarum exceptione, qua de re suo loco dicemus infra 15. remedio. d. q. 32. in fi. vbi & de meliorationibus agemus latius
22. Tertia quoque iusta causa & ratio t non restituendi est, si dicat conductor, nondum finitum esse locationis tempus, & pensionem tamen iam esse solutam, quod intelligo ratione temporis praesentis, non futuri, & utrumque copulatiue esse deducendum sentit Saly. in hac. l. non ab re, quia si solum diceretur finitum non esse locationis tempus, posset dominus excipere, nec pensionem esse solutam, ideoque finitam esse locationem intelligi, cum iure concedatur expulsio. l. cum fundum. ff. locat. cum simil.
23. Quarta quoque considerari potest t causa, ut in eo conductore, qui iussit tunc controuerfiam alterius impedientem rem locatori restituere, iudicio moto contra ipsum locatorem, ut anno iam elapso interrogatus respondit pro Bernardino Poppa Cuminenfi, qui fini-

to conductionis tempore, quam conduxerat apothecam a locatore, monitus non restituit, sed respondit se molestia afflicta Becherijs se dominos affirmantibus, seq; obtulit ei restitueret, cui de iure tenebatur. condemnatus tamen fuit is Foppa apothecam locatori restituere, sed dicebam in pœnam ipsum conductorem harum constitutionum non incidisse: multis adducebat, Primo, quia ratio præcipua harum constitutionum in illo casu cessabat, quæ illa est, ne audeat conductor rem conductam occupare, & deinde possidere, ut uerba clarè ostendunt, quod teneantur conductores tunc rei aliene inuadores, & occupatores, & clarè sic omnes hic intelligunt, & Præf. Papien. forma libelli, quo agitur ad ficti præstationem & rei relaxationem in glo. super solutione nu. 5. sed eo in casu is Foppa non, ut occuparet & possideret restituere negabat, sed ut ab ea molestia & futuro timore sese liberaret, quæ confirmabam ex Bar. in l. extat nu. 4. uerf. hoc probatur. ff. quod metus cau. (quod & suo loco retuli) dum affirmavit, constitutionem illam, tunc demum locum habere, si is creditor occupando possidere incipiat, quod & clarius probauit Paul. Picus in l. in quartam nu. 168. ad l. falcid. qui affirmavit constitutionem. l. si quis in tantam. C. unde ui, non habere locum, cum is occupator non acquirit sibi possessionem, sicq; possessio rem non priuat, (quod suo loco fusius explicauit) Argumenta præterea ex eo, quod de licita tunc puniri debet cum dolo uel saltem culpa committitur, secus si utriq; deficiat, latè lafo. in l. 1. n. 13. cum multis seq. ff. de legibus, latissimè Tiraq. tract. de pœnis legum mitig. uel & c. causa. 13. in Foppa autem, nullus erat dolus nullaq; culpa, cum timeret iustè cõtrouersiam a Becherijs sibi fieri, quin ut a fraude se alienum ostenderet, obtulerat fideiubere soluendi pœnionem ac restituendi conductam apothecam, cui restituenda erat, dicebam præterea maiorem fuisse negligentiam & culpam locatoris, qui sola præstita fideiussione poterat indemnem præstare Foppam conductorem & omnem ab eo pellerè timorè, quem uel ex eo magis excusandum dicebam, quod esset tunc rudis & ignarus, cum præsertim peritio res consuluerit iuxta tex. l. iuris ignoratia. C. qui admittit. Tiraq. d. causa. 13. nu. 120. ubi latissimè, qui affirmavit post multos a se relatores, iuris ignorantiam rudes à delictis excusare cum præsertim peritos consuluerunt. accedit tandem, quod causa etiam leuis excusat, ut olim dicebam supra in 5. remedio recupe-

randæ possessionis. q. 14. ubi ex multis retuli Soc. Sen. conf. 131. colum. 4. uerf. amplius libro. 1. quem est secutus Crauet. conf. 18. num. 9. affirmantes leuem etiam causam excusare à pœna. l. extat & c. d. l. si quis in tantam, sic in hoc Foppa conductore causa aderat nõ leuis, sed iusta & grauis iudicio & consilio patronorum causa, quare quemadmodum in lite succumbens ab expensis tunc excusatur superiorem iudicio, se bono iure contendere arbitrat, ut tradunt omnes in l. 1. propterandum §. si autem alterutra, ubi laf. nu. 8. C. de iud. Tiraq. d. tract. de pœnis legum & c. causa. 51. nu. 108. 109. illi addo Rui. conf. 162. nu. 7. lib. 3. Paris. cõf. 7. in fil. lib. 3. Alcia. tract. præsumpt. regula. 1. præsumpt. 51. in fi. & clarè cõfuit Alex. conf. 19. nu. 10. lib. 7. eum à delicto & pœna excusari, qui iuris periti consilium secutus actum gessit. idem placuit Barba. cõf. 12. col. 8. lib. 1. sic in nostris terminis respondit Alex. conf. 103. nu. 11. lib. 1. eum excusari a pœna. l. si quis in tantam, qui ex cõsilio iuris periti aliterius possessione est ingressus: placuit & hæc sententia Ang. in l. sed et si lege. §. si re, de petitione. here. & Barb. conf. 40. col. 8. in fil. 1. idè ergo dicebam in ipso Foppa conductore.

Quinta potest causa considerari, ut in herede succedente conductori ut infra in q. 6. latè explicabimus.

Quæro. 2. usquequo debeat hic tunc colonus esse contumax, ut conueniatur ex hac dispositione, Bar. in hac. l. non ab re: uerf. quæro in quantum, concludit usq; ad sententiam, reiecta Io. opinione, existimantis sufficere si usq; ad litem contestatam contumax erit, ex tex. ibi, ordine iudiciorum non expectato, quæ tamen uerba hoc non significant, ut solum litis contestate tempus expectetur, sed declaratur ordo is iudiciorum, ut usq; ad difinitiuam intelligatur, ut subijcit tex. quem sic Bar. & ceteri intelligunt, & clarus est hic tex. l. conductores. C. locati, què sic citare uoluit Saly. in hac. l. non ab re.

Quæro. 3. quæ tunc praxis harum constitutionum erit: multiplicem retulit Bar. in hac. l. non ab re nu. 2. hancq; ueriores esse concludit, quam & glosa probauit, ut conditionaliter proponatur hoc modo, peto Caium conductorem prædij mei ad illud restituendum, & si fuerit contumax usque ad sententiam, pœnam tunc condemnari ad ipsius rei estimationem, cum ipsa re. similem praxim inquit Bar. haberi in l. 1. in prin. secundè glo. libi de actione emp. in l. 2. §. item si in facto de uerbo oblig. idem cum Bar. cõfuit in hac. l. non ab re; Bal. Ang.

Ang. & Saly. qui hoc generale esse affirmant, quando commissio pœnæ pendet à causæ processu: similem praxim docuit Bar. in l. si constante. §. quoties in fine. fol. matr. qui proprie citauit tex. huic. l. non ab re: similem praxim retulit Bal. in l. quod tempore col. 3. uerf. secundo quæro. C. de restit. milit. qui. l. nõ ab re nostram citauit, similem Bar. in l. qui de in officioso nu. 4. ff. de inoff. testa. similem Bal. in l. si quis in suo in fi. C. de inoff. testa. qui et d. l. non ab re allegauit, sic tandem similem retulit Bar. in l. si cum excep. §. hæc autem actio nu. 2. ff. quod metus causa.

Quæro. 4. quæ tunc necessario probanda sint in hoc iudicio: & duo tantum esse probanda affirmauit Bal. in hac. l. non ab re nu. 8. locationem scilicet, & contumaciam non restituentis, nec enim habet necesse hic agens dominum se probare, cum eo ipso, quod locauit tunc dominus præsumatur, nõ si dominus præsumitur, qui possidet. l. litibus. C. de agricol. & cens. lib. 1. l. quidam in suo. ubi Bar. ff. de cõd. instit. l. 1. & l. 4. C. de proba. quod uerum factis arbitror, cum dubium non sit, hunc locatorem ex conductoris persona de præsentibus possidere. l. qui uniuersas. §. qui per colonum & §. seq. ff. de adquir. poss. qua ex possessione de præsentibus factis dominus præsumitur, cum non principaliter, ut in rei uendicatione, sed incidenter deducatur dominium, ut latè docuit Bar. in d. l. si quis in suo nu. 4. uerf. secundo casu de cond. institut. quem secuti sunt omnes ut apud Barba. conf. 50. col. 6. in fi. lib. 1. Soc. Sen. conf. 112. nu. 22. 23. lib. 4. Dec. conf. 221. nu. 7. Soc. Iun. conf. 135. nu. 2. lib. 2. & latè plura scribunt Boe. q. 42. nu. 8. Alcia. responso. 319. nu. 1. Cephal. conf. 63. n. 13. l. licet ergo: locationis instrumentum non probet dominium. l. ad probationem. C. de proba. factis tamen præsumitur ex eo instrumento, quo possessio probatur, cum dominium in hoc iudicio nõ ueniat, quod alia ratione a Bar. non perpensa confirmo, constitutiones hæc nostræ prouident pinguius, quàm constitutio. l. si quis conductionis. C. locati, ut iam admonui cum hoc sit genus, illa species, & casus, si ergo in eo casu nulla dominij oppositio potest exceptio, ut clarè est constitutum, & statim subijciam, sic & in casu hoc nostro. frustra ergo dominij quæstio erit, ut nunc subijciam, Gratius tamen responso. 90. num. 14. 15. lib. 1. citando Cur. se. d. conf. 71. col. 2. uult saltem tunc esse probandam possessionem locatoris, tempore factæ locationis.

Quæro. 5. an aduersus hunc locatorem agere-

tem, opponi possit dominij exceptio, concludit Bar. in hac. l. non ab re in prin. & nu. 4. distinguendo, aut agitur simpliciter actione ex locato, & tunc potest opponi, hic casus non est noster, aliquid tamen statim subijciam de clarificatione. 7. aut agitur ex conditione. l. si quis conductionis. C. locati, & tunc non potest agi. sentit Bar. nostras constitutiones, actionem non præbere, sed sumere à relatis, uel locati, uel conditionis ex. l. si quis conductionis, rectius admonui supra, in prima huius re medijs quæstione nostras constitutiones magis generales esse. d. l. si quis conduct. uerum idè disponere. quare uerè dominij exceptio non poterit opponi, cuius rei rationem sentiunt Abbas. & Fely. in cap. inter dilectos, de fide instru. quos probauit Petrus Stella Aurelianus in l. repetitio. nu. 53. ff. de cond. in deb. ne scilicet per hanc exceptionem illudatur locator, quod & in alijs casibus cum locati agitur malè secundum Stellam intelligebat Bar. in l. si alienam rem. fol. matr. intelligo hanc cõclusionem fortius procedere, cum alia infirmior exceptio ipso dominio obijcitur, ut si opponeretur hypothecæ sic clarè in terminis Cur. Iun. respondit Conf. 122. num. 1. quem secutus fuit Soc. Iun. conf. 6. num. 8. lib. 2. ea ratione relata, quia si dominus excipiens nõ auditur, fortius, qui ius habet pignoris, excluditur.

Declaratur primo non procedere tunc cum non constat legitime locationem factam, sic declarat Bart. d. l. si quis conductionis, ibi, in fine uerf. ultimo oppono, & clarè Barb. conf. 50. col. 8. uerf. in contrarium. lib. 1. Afflicti Decis. 12. & egrèdè Cora. lib. 3. miscella. iuris cap. 2. nu. 10. quo loci sic intelligit. l. litibus C. de agricol. & cens. lib. 1. xj. quam tamen aliter declarat Bald. in d. l. si quis conductionis secunda oppo. & ibi Ang. col. 2. circa finem.

Declaratur secundo non procedere quando tunc conductor ignorat rem propriam conduxit, nam & tunc opponi potest dominij exceptio, ut d. l. si quis conductionis declarat Cur. Sen. conf. 71. col. 2. uerf. quarto principaliter, & alij quas infra referam. q. 7. quo loci post glosam dicemus, hoc casu cessare harum nostrarum constitutionum prouisionem, & dispositionem.

Declaratur 3. non procedere, ubi conductor offert se paratum probare rem hæc à se locationis tempore possessam, conduxisse, sic declarat omnes in l. si quis aliquam rem, de adquir. poss. clarè Cur. Sen. conf. 71. col. 2. Dec. in l. neq; pignus nu. 4. in fi. de reg. iur. Par.



Paris. conf. 59. nu. 30. lib. 1. & clarissime hanc esse ueram & communem declarationem omnium in d. l. si quis conductionis, testatur Ripa in d. l. si aliquam rem in fi. sic & Plot. in d. l. si quando nu. 193. uerf. fallit tamē. C. unde ui.

42 Declaratur. 4. non procedere ubi t̄ superue nisser noua causa non restituendi, tunc enim super illa ante restitutionem auditur con ductor, sic declarat dictam. l. si quis con ductionis Alber. in. l. si quis fundum. §. fin. ff. lo cati, quem est secutus las. conf. 158. col. fi. uer. quinto principaliter lib. 2. Plotus. d. l. si quā do nu. 193. uerf. fallit. 2.

43 Declaratur. 5. non procedere, quādo istō dō tor mutauit possessionis titulum, ut quia locator sententia iudicis fuit possessione sua priuatus, & is cui fuit adiudicata possessio, eā ipsi conductori alienauit, ut in notabili hoc casu consuluit las. conf. 158. col. 1. uerf. ultra eorum, li. 2. cessat enim tunc locatio, & iustā non restituendi causam habet conductor, cū finito datoris iure, finitū sit & illud accepto ris: iuxta regulam. l. lex uectigali. C. de pig.

Declaratur. 6. nō procedere in illis casibus, in quibus aduersus agentem remedio recupe rande ex interdicto unde ui obijci potest do minij exceptio, ut quando t̄ notorie de domi nio rei conuenti, sicque conductoris constat, sic clarē Alex. in l. si aliquam rem nume. 31. et Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 35. & ibi Cora. secunda parte num. 67. de ad quir. poss. lassred. Lanfrancus in suis decisio nibus concludit. 498. ceteros casus loco suo re tulimus.

Declaratur. 7. dispositionē hanc nostram, 45 t̄ & d. l. si quis conductionis, non procedere cum actione ex locato agitur, (& si nō igno rem hanc declarationem malē ab interpreti bus referri, cū sub genere regulę non sit) tunc non tertij, sed proprij dominij exceptionem obijcere licet: sic declarat Bar. in. d. l. si quis conductionis in fine, & in. d. l. non ab re, nam ut inquit ille, sic excipiendo detegitur con tractus nullus, adducitur ex. l. qui retu. & l. ad probationem. C. locati, sicq; demonstrat acto rem sine actione experiri, cum Bar. commu nis est sententia, sic respondit & Alex. conf. 43. nu. 8. lib. 4. Soc. Sen. conf. 287. in prin. lib. 2. Bar. l. legata inutiliter nu. 2. ff. de adim. le ga. Dec. l. neq; pignus nu. 4. de reg. iur. Gra tus respons. 90. in fi. lib. 1. Boe. conf. 13. nu. 14. uerum cōtrarium sentit Cy. in. d. l. si quis conductionis, idem esse cum locati actione agitur, nec uerum uidetur, quod docuit Bar. ex ea excep. contractum nullum detegi, nam

inquit Cy. per simplicem dominij excep tionem, non detegitur nullitas contractus loca tionis, sed per probationem ipsius dominij, dicta. l. ad probationem, uerficulo sed ex euen tu. Nec obstat inquit Cy. ibi quæ de domi nio, quia non ex locato, sed rei uendicatione agebatur, est tamen ut admonui contra Cy. crebrior sententia, & quamquam non ad sit quir Cyn. considerationem euerat, illi uno

47 satisfaciā uerbo, tituli naturam, sub quo col locatus est tex. d. l. ad probationem, ostende re non rei uendicatione, sed locati agi, sed ut

48 uerius dicam, nulla mihi harum sententia in eo textu probatur, non enim est ibi disputa tio an rei uendicatione uel locati agatur, sed tantum ambigitur, an locatiōnis instrumen tum probet dominium ad illius cōmodum, qui illud probare debet: & non probare affir mat, cum iure nemo possessionem sibi muta re possit, aliarum ergo probationum euetus spectandus erit, quibus si conducentis domi nium probetur, nulla erit locatio, hacq; rati one hic tex. illi tit. conueniet, quare ubiq; passim interpretes nostri in eam sententiam hunc citant tex. locatiōnis instrumentum do minium nō probare, uno tamen in casu, Cy. sententiā loci habere potest, ut placuit Saly. in. d. l. si quis conductionis in fi. quando scilicet dominus, & possessor remt̄ propriam soli us possessionis causa conduxit, quod fieri potest. l. si aliquam rem ubi Alex. nu. 29. ff. de adquir. posses. agi enim tunc locati actione potest, cum iure possessionis ratione tene rit locatio sic & Dec. in. d. l. neq; pignus nu. 4. in fi. de reg. iur. quod satis placet, & cum sta tim admonuerim non esse locum dispositio ni. d. l. si quis conductionis, cum rei uendica tione agitur, non habet dubium, cum terminos tunc egrediatur actor, quare poterit reus dominij exceptionem obijcere, ut declarat Bar. in. d. l. si quis conductionis in fi. C. locati Bar. in. l. si fur. ff. commod. quos est secutus. Crauetta. cōf. 157. nu. 4. qui Castren. & Corneum retulit.

49 Quæro. 6. an. remedium harum t̄ constitu tionum concedatur aduersus heredes con du ctoris: & concedi dixit Bart. in hac. l. non ab re nu. 5. ex tex. l. si quis conductionis. C. loca ti, qui certē nullum uerbum hac de re facit, arbitror tamen ueram esse Bar. sententiam ex tex. nostro. l. conductores quem sic citauit Sa ly. in hac. l. non ab re. q. 5. Cagnol. in. l. neq; pignus nu. 8. de reg. iur. Cepha. conf. 47. nu. 40. lib. 1. accedit, quod si defuncti t̄ persona susti net hæres athen. de iureiura. a. morie. p̄st̄it̄

50 51

20 in prin. & in eum est continuata possessio nis locatio, sequitur cum teneri sine difficul tate possessionem restituere, quā nouit se ut conductorem possidere, hanc tamen scientiā

52 prohibet locator, alioqui enim ipse hæres iuste ignorare præsumitur. l. qui in alterius. de reg. iur. quod sentit Barto. statim relatus, dum subdit, quod si causa est iusta, hæredem excusari, quam Bart. sententiam probauit & Dec. in. d. l. qui in alterius nu. 1. in fi. de regu. iur. quo loci alij hoc affirmauit exemplis, ut

53 illud notabile, emphyteota t̄ hæredem ab em phyteotis commodo alienando in scio domi nio non cadere, nisi probet dominus, illum iā sciuisse rem emphyteoti fuisse suppositam, ut ante alios censuit Bal. in cap. 1. §. si uassalus seu dum. in fi. in tit. si de feudo fuer. contro. inter dominum, & agna. idem respōdit Dec. conf. 328. nu. 6. quo loci & l. art. sententiam. in. d. l. non ab re. p̄ obauit, quæ sanē conclusio præ ter ea quæ a Dec. in. d. l. qui in alterius afferun tur, declarari potest Primo non procedere in

54 eo t̄ hæredē suo, & necessario, qui cum ipso defuncto morabatur, ut in nostris ferē termi nis declarauit Ruin. conf. 50. nu. 7. lib. 1. dum argumentatur, hæredem iam nouisse defunctum, cui successerat inuestitum quandoque de feudo fuisse, cū is hæres una cum ipso de functo habitaret, quod & in simili respondit idem Ruin. conf. 47. nu. 13. lib. 2. quam decla rationem ueram intelligo, cum is filius legiti mæ ætatis est, ut intelligat ac scire possit facta patris, ut in simili declarat las. in. l. si quando nu. 43. uerf. limita tamen. C. unde ui, sic & nouissimē Plotus. ibidem nu. 620. qui num. 621.

55 Subijcit t̄ ex cohabitatione regulariter præsu mi scientiam, & multos in hanc sententiam retulit, non tamen Rui. a me relatum, addo nunc Paris. conf. 75. in fi. lib. 1. Tiraq. de re tractu confang. §. 2. glof. 2. nu. 9. & Rolandū à Valle conf. 12. num. 11. 12. lib. 1.

56 Quæro septimo utrum ne t̄ constitutiones hæ nostræ locum sibi uendicent, contra con ductorem, qui ignorat̄ rem propriam con duxit, & non habere locum sentit glo. in hac l. non ab re in uerbo cedere in fin. quam mul tum perpendit Cur. Sen. conf. 71. col. 3. uerf. 4. principaliter & col. 7. uerf. similiter non ob stat, qui sic declarat doctrinam Alex. in. l. si ali quam rem nu. 35. de adquir. poss. idem sentit Dec. in. l. neq; pignus nu. 4. uerf. secundo no to. de reg. iur. idem respondit Riminal. cōf. 94. num. 16. lib. 1. illa est præcipua ratio, quia conductio & locatio est nulla sic omnes in. d. l. si aliquam rem. ibi Ripa nu. 5. deficit enim

consensus, qui locatiōnis contractum perficit, cætera apud relatores uideri pot. un.

57 Quæro. 8. an. remedium harum t̄ constitu tionum locum habeat cōtra creditorem, qui soluto debito, pignus non restituit, & non ha bere locum affirmauit Saly. in hac. l. non ab re in fi. ea ratione, quam sentit & glof. quia tribus in casibus solum hæ cōstitutiones loquun tur, ut ergo t̄ ius singulare non extendatur. I. ius singulare de legib. cum præsertim sit pœ nalis. l. si de interpretatione de pœnis: quæ sanē ratio non multum concludit, cum taxati uē non loquatur, & licet casus aliquos referat, exempli gratia illi sunt, quare non restrin gunt. l. damni in se q̄. quidam. ff. de dam. in se cto. §. hætenus inst. de grad. & licet pœnales t̄ constitutiones hæ sint, ex rationis identita tate tamen possunt extendi, ne præsertim im punita remaneant delicta, ut iam aliās admo nui, nisi dicamus eandem rationem non sub esse, cum sint hæ concessæ ad recuperan dam amissam possessionem, quam is debitor etiam soluto debito non dicitur posse recu perare, cum nulla penes cum fuerit, sed apud creditorem, cōtra quem, alio est succur sum remedio, nempe pignoratitia actione di recta. l. si rem. §. omnis de pign. actio. & alibi sæpe, quare uerorem semper arbitratus sum Saly. sententiam.

59 Quæro. 9. utrum ne hæ t̄ constitutiones lo cum halcant in alio contractu, quam locatio tionis, & locum habere sentit post Castren. in l. si rem alienam. ff. de pigno. actio. Rober. Maran. de ordine iudicio. 7. distinct. iudi. nu. 41. Riminal. conf. 94. num. 6. lib. 1. qui tamen nu. 9. 20. intelligit de similibus locatiōni, cū scilicet possessio naturalis, & ciuilis penes lo ciatorem & concedentem remaneat, non in dif similibus, ut t̄ in emphyteota, qui sibi non do mino directo possidet, huiusq; sententię fuisse uidetur Alber. in hac. l. non ab re, sic etenim intelligit & interpretes t̄ dispositionem. l. si quis conductionis. C. locati, habere locum in illis casibus locatiōni similibus, ut declarat Castren. l. qui rem. ff. de depositi, Ang. in. d. l. si quis conductionis in fin. Fely. in cap. inter di lectos. col. 9. de fide instrum. Dec. conf. 28. nu. 3. in fi. conf. 56. col. pen. Bello. lib. 4. suppu. iuris cap. 6. nu. 2. Paris. conf. 59. num. 31. lib. 1. Neuizanus conf. 37. nume. 22. Cephal. confil. 47. nu. 40. lib. 1.

60 Quæro. 10. et ultimo, quæ sit t̄ differentia inter has nostras constitutiones, & illam. l. si quis in tantam. C. unde ui. respondet glo. uir. in hac. l. non ab re, quam ibi probat Bar. dicit

61 62 63

re primo, quia. l. si quis in tantam, est generalis ad infinitos prope casus, haec autem ad illud tantum pertinet, quando is, qui possidet causam ab eo, qui petit habuit. Differt secundo, quia haec mitius agit, cum detinentem ad sententiam vsq; expectet, illa statim occupatorem punit, differt tertio, quia illa. l. si quis in tantam, distinguit, an is inuafor sit dominus vel non, nostra tamen non, differt quarto secundum Azonem, quia illa dolum non exigit, nostra vero sic, quam tamen differentiam recte reiecit Cyn. cum verè. d. l. si quis in tantam, exigat dolum considerari vltimo loco illa differentia potest, quod in casu nostro is detentor non habet utiufum ingressum, ut habet his occupator in casu. d. l. si quis in tantam, haec ad vndecimum remedium.

**S V M M A R I V M**  
**DVODECIMI REMEDII**  
**RECVPERANDAE**  
**POSSESSIONIS.**

- 1 Constitutio Iustiniani est. l. si. C. de prator. pigno.
- 2 Constitutio. l. si. C. de prator. pigno. an locum etiam habeat in sola detentatione.
- 3 Creditor sua culpa amittens pignori pratorij possessionem restituitur adhuc remedi. l. si. C. de prator. pigno.
- 4 Possessor tertius cum remedi. l. si. C. de prator. pigno. conuenitur an necessaria sit debitoris excusio.
- 5 I. si postquam. C. de in posses. lega. declaratur.
- 6 Creditor recuperans possessionem pignoris, non recuperat ut in solutum sibi cedat proprietatem.
- 7 Excusio necessaria non est, cum contra tertium. l. si. C. de acquir. posses. remedium mouetur.
- 8 Culpa quid sit posses. ut creditor succursum sit remedi. l. si. C. de prator. pigno.
- 9 Comillus Plautius iureconsultus laudatur.
- 10 Dolus dolo prodesse non debet.
- 11 Ratio, qua considerari possit in constitutione. l. si. C. de prator. pigno.
- 12 Constitutio prouidens in pignore conuentionalis, cuius meminit. l. si. C. de prator. pigno. qua sit, et qua loco collocata.
- 13 Lis cui. s. queri poterit. ff. ut in posses. lega. sensus et declaratio.
- 14 Refertur credendum est, cum apud eum constituendi factitas est.
- 15 Constitutio. l. si. C. de prator. pigno. an locum habeat in pignore legali et iudiciali.
- 16 Pignus conuentionale quod.
- 17 Pignus pratorium quod.
- 18 Pignus iudiciale quod.
- 19 Pignus legale quod.
- 20 Pignus legale non possidet creditor.
- 21 Pignus iudiciale cedat in solutum creditori dominusq; si

- efficitur, si ei concedatur.
- 22 Casus fortuitus in constitutione. l. si. C. de prator. pigno. quid intelligatur.
- 23 Casus fortuitus est, qui humano consilio prauideri non potest.
- 24 Testis inter casus fortuitos enumeratur.
- 25 Pestis grauisima anni. 1350.
- 26 Flammae ubi et impetus inter casus fortuitos enumeratur.
- 27 Inundatio maris prodigiosa anno. 1099.
- 28 Tiberis inundatio miraculosa.
- 29 Terramotus inter casus fortuitos enumeratur.
- 30 Terramotus ingens anno. 1564. apud Niciam Massiliensium.
- 31 Terramotus maximus anni 116 in Antiochia sub Traiano Imperatore.
- 32 Terramotus sub Tiberio Caesare tredecim vrbes abussit.
- 33 Terramotus apud Niciam Massiliensium anno. 1118 tempore Honorij tertij pontificis.
- 34 Terramotus maximus Regae sub Bonifacio octauo maximo pontifice.
- 35 Terramotus quomodo causetur, remissus.
- 36 Locustarum edactas inter casus fortuitos enumeratur.
- 37 Locustarum prodigiosa copia, sub consulatu Popij Lenatis, et Pubij Aelij Tigris.
- 38 Cn. Siciny diligentia in Locustarum copia absumenda.
- 39 Locustarum ingens copia anno. 1542.
- 40 Nix immoderata inter casus fortuitos enumeratur.
- 41 Effusum et piratarum incursus, inter casus fortuitos enumeratur.
- 42 Dolus vel lata culpa si osium praecedit, damnum passus non excusatur.
- 43 Actio, qua concedatur creditori recuperandi possessionem pignoris.
- 44 Censura ex. l. vltima. C. de prator. pigno. conceditur recuperandi possessionem pignoris.

**IMPERATOR IVSTINIANVS**  
**A. IULIANO PRAEFECTO**  
**PRATORIO.**

Veteris iuris dubitationem decedentes ad duplum genus hypothecarum respeximus: vnum quidem, quod ex conuentionibus & pactis hominum nascitur: aliud, quod a iudicibus datur, & praetorium nuncupatur. Et cum inuenimus in conuentionalibus pignoribus vel hypothecis, non solum tenentem creditorem adiuuari, sed etiam si ab ea possessione cadat, siue sua culpa, siue non, siue fortuito casu: humanis esse perpeximus, & non praetorio pignore dare recuperationem creditori, quocumq; modo possessionem amittat, siue culpa sua, siue non, siue

siue fortuito casu, licet enim debuerat incumbere suo pignori, ne aliquam patiat in de iacturam, tamen ne quid amarum in creditoribus consequatur, benignius eam interpretamur, & ei recuperationem donamus. Dat. Cal. Aug. Constantinop. Lampadio & Oreste. VV. CC. Coss.

**DVODECIMVM RE**  
**CVPERANDAE POS**  
**SESSIONIS REME**  
**DIVM. EX. L.**  
**VLTIMA. C. DE**  
**PRETORIO PI**  
**GNORE.**

Iustiniani Imperatoris diligentissimi est haec constitutio, qua consultum esse voluit creditoribus illis, qui pignoris possessionem, quam pro sui crediti cautione apud se habebant, amiserunt: nuncque recuperare uolunt, verè enim is creditor possidebat, ut iam aliàs admonui, haec fanè constitutio in solo Praetorio pignore loqui videtur, quare solet dubitari, an in alijs pignorum speciebus locum habeat, ut infra suis subiiciam locis.

Quero Primo an haec constitutio locum habeat eo in casu, cum creditor non ex pronuntiatione de mittendo in possessionem, sed ex sola corporali, quam animam uocant detentionem possidet: & non habere locum sensit hic Bald. & Ang. qui huic creditori iudicis officium, vel conditionem ex. l. si coloni. C. de agricol. & cens. lib. xj. concedi affirmant, quod verum an sit, non mediocriter dubito, cum constitutio illa. l. si coloni, spoliato possessione rei mobilis & animatae solum prouideat, ut iam suo loco diximus. quare casui nostro absolute non conuenit, sic nec iudicis officium concedi posse videtur, cum illud ei non concedatur, qui sua culpa è possessione cecidit, ut suo loco dicemus, & tamè in casu pignoris est constitutum, ei quoque concedi, qui sua cecidit culpa, ut probant clara huius constitutionis verba, ubi, siue sua culpa: siue non Ang. Aret. §. item si quis in fraudem colu. 4. Inst. de actio. nisi dicamus tunc huic creditori concedi officium iudicis, cum sine culpa cecidit, siq; iuxta terminos officij iudicis, non in ceteris.

Quero 2. utrum ne sit ut locus sit huic con

stitutioni contra tertium possessore, quia a debitor est consecutus possessionem, necessaria sit ipsius principalis debitoris excusio: hanc dubitationem mouit Bal. in. l. i. colum. vlt. vers. sed ego quaro. C. de his quae in fraudem cred. & necessarium non esse crediti, sensit eadem Ang. Aret. in §. item si quis in fraudem colu. 4. Inst. de actio. idem censuit laf. in. l. creditor, secunda, in principio, nu. 4. ff. si cert. petatur Gomef. §. item Seruiana. col. 1. Inst. de actio. Franc. de Marchis. q. 194. in fi. ea adducitur ratione, quia eo modo in possessionem missus, est conseruandus. l. si quis missus. ff. ne uis fiat ei. l. 2. §. erit, de iure iurando. credit & Bald. hoc probari in l. si iurando. C. ut in possessione legati, tamen si text. eo fortè in casu loquatur, cum est contentio super distractione pignoris, in qua is praefertur, qui iam in possessionem missus est, cum ceteris anterior uideatur. quare de excusione uerbum nullum, eam tamen hoc casu minime necessariam fore existimare, cum non ea mente possessionem recuperet creditor, ut iure crediti insolutum cedat proprietatem, sed ut consilium sibi sit, donec creditum sibi perfoluat. Confirmari potest ex ea communi interpretatione sententiae, excusationem non esse necessariam cum contra tertium agitur ex remedio lulti. C. de adquirenda possessione, quod est recuperandae, ut nostrum. qua de re infra suo loco dicemus in. 14. remedio. q. 5.

Quero 3. cum constitutio haec creditorem adiuet, quia sua culpa et possessione cecidit, de qua t culpa intelligemus, an de lata, uel de leui, uel de leuissima: de leuissima dubium non est, maior est difficultas an de lata, uel de leui intelligatur: & de leui esse intelligendū, duo suadet. Primum, quod in dubio appellatione culpa de leui intelligitur, ut est notab. glo. & ibi Bar. in l. in uenditione. §. de tempore in glof. & culpa. ff. de bonis autho. lud. possid. declarant omnes in. l. quod teibi Dec. nu. 27. Sadoletus. num. 39. & nouissime Clarissimus t Camillus Plautius, inter nostrae aetatis primarios Iureconsultos connumerandus, cum in omni scientiarum genere aertatus ad modum sit, in glo. 3. num. 97. ff. si certum petatur, secundum est, quia de lata nullo pacto potest intelligi, cum dolo illa aequiparetur. l. quod Nerva. ff. de positi, ubi Barto. & ceteri omnes, & tamen est absolutum, t dolum dolo non debere prodesse. l. ne ex dolo. ff. de dolo, latissime Tiraq. De retractu conlang. §. 1. glo. 9. num. 67.

Quero 4. qua ratione moueri poterit si

Iustinianus, ut constitueret, creditorem sua culpa amittentem pignoris sui possessionem, eã recuperare posse: & certè ratio in tex. assignata uidetur, dum inquit, tamen ne quid amarum in creditoribus consequatur quorũ verborum sensus is esse uidetur, æquum scilicet esse, ne creditor ratione solius possessionis ius proprietatis sui crediti amittat, hoc enim ex humanitate ac benignitate quadã concessum relata ratione est, cum aliis ob culpam sibi parasse præiudicium dicatur.

- 12 Quæro. 5. testatur in hac constitutione Iustinianus, idem quod ipse nunc constituit in Prætorio pignore, si isse iam statutum in conuentionali, quo loci reperitur illa constitutio in pignore conuentionali, ambigunt nostri interpretes, opinantur aliqui hic, esse in I. is cui. §. quæri poterit. ff. ut in poss. legato, qui text. uix est, quod ad rem hanc faciat, cum soluum agatur, vt creditor refundat seu restituat debitori, quod plus ex fructibus percepit, sic intelligit Lud. Bolog. in. l. si finita. §. Julia. num. 163. uersic. uel & 4. ff. de damno in factis, qui paulõ ante dixerat loqui potius in legali pignore, quam alterius generis, ibidem Bolog. aliis refert declarationes. Rursus intelligo loqui in Prætorio pignore, ut intelligit omnes in. d. §. Iuli. hoc clarè ostendit titulum, sub quo est collocatũ Prætoris edictum, quo edictõ constitutum sic est, & aliam infra subijciam. q. ult. Bald. ergo & Saly. hic sentire uidentur, ex sententia Inno. in cap. contingit. De dolo & contumacia, concessum fuisse Interdictum unde ui, sed uix est ut hoc sentiat Inno. in hoc nostro casu, quin malè sentiret, si hoc affirmaret, quãdoquidem sua culpa de iectõ non succurrat interdictum unde ui, ut fortius dicimus in remedio ex cap. reintegrandã 3. q. 1. ut infra. in. 15. remedio. q. 9. dicemus. Hactenus itaque ignoramus, quæ sit illa constitutio, qua creditori in pignore conuentionali sit consultum: Iustiniano tamen sic referenti credendum est, cum & autoritatè sic statuenti habuerit, iuxta communem illam doctorum sententiã, referenti credendum esse si à se relatum constituere potuit, quam sententiam probauit Dec. in auth. si quis in aliq. in fine. C. de edendo, idem in l. edita. nu. 86. C. eo. Ripa lib. 2. responsum cap. 6. nu. 2. dum affirmat credi Principi referenti alicuius priuilegium, cum concedere illi potuerit, Parif. conf. 33. num. 10. lib. 1. & conf. 17. num. 14. lib. 4. Alba confil. 62. num. 7. Crauet. conf. 157. num. 3. & ante omnes sic docuit Bart. in. J. admouendi nume. 7. de iureiurando, quem

sic relati intelligunt, & idem placuit Dec. confil. 402. num. 10. in fin. & confil. 326. num. 2. 3. Rui. confil. 25. nu. 11. confil. 31. nu. 7. lib. 1. confil. 1. num. 1. libro quarto, latè Cur. Iun. conf. 97. num. 4. Rube. conf. 152. num. 6. Boe. q. 247. colum. 1. Gramma. Decisione 59. num. 20. 21. 35. Neuz. confil. 12. nu. 10. Quare sequitur hanc dispositionem locum habere & in pignore conuentionali, cum nulla sit differentia inter relatum & hanc nostram, quæ ad exemplum relata à Iustiniano fuit inducta.

- 15 Quæro. 6. utrum ne hæc constitutio locũ habeat in pignore legali & iudiciali, quemadmodum locum habet & in Prætorio ac conuentionali. Quatuor enim genera seu species pignorum esse scimus, 1. Conuentionale dicitur quod partim conuentione constituitur, ut clarè probat hic text. nostri in princip. l. 1. ubi Bart. ff. de pigno. actio. §. ult. Inst. quibus modis re contrah. obligat. 2. Prætorium dicitur, cum ob cõtumaciã debitoris, creditor mittitur in possessionem bonorum ipsius debitoris, donec is soluat, & contumaciã purget. l. cum unus. ff. de bonis auth. iud. posside. glo. l. 1. huius titu. C. de Prætorio pignor. & is creditor dicitur possidere saltem in realibus, ut omnes affirmant in §. Julia. l. si finita de damno in factis, quo loci Vrcurr. num. 214. probat hunc creditorem possidere, & mihi placet ex text. nostro. 3. Iudiciale dicitur, quod in causam iudicati conceditur, ut in toto titulo. C. si in caus. iud. pig. captum fuer. tradunt omnes in. l. a. Diuo Pio. §. in uenditione, ibi Alexan. num. 37. de re iudi. 4. Legale autem, quod a lege inducitur, ut cum dicimus bona mariti esse pro dotis restitutione obligata, ut in tit. quibus modis pig. uel hypot. tacitè contrah. & tradunt omnes. in. §. item Seruiana Inst. de actio, ubi latissimè Gomes. & Iaf. colum. 1. & secunda declarat relatas sententias, & plures adferunt differentias. In legali ergo pignore, ea ratione huic constitutioni locum non esse arbitror, quia non is cui 2. obligata sunt possidet, sed rei dominus & obligatus, & in illis & inuectis pro pensione domus. In iudiciali 3. idem dicendũ illa ratione, quia ille cui concessum est, efficitur dominus, & cedit multoies in solutum, si ipsi creditor concedat. d. l. a. diuo. §. in uenditione & §. si pignora, ubi omnes, de re iud. quare ut loco pignoris non habetur, est tex. in. l. ult. C. si in caus. iud. pig. cap. fue. tradit Afflic. Decisione 188. quem est secutus Parif. conf. 42. num. 18. libro. 1. uel si est antequam cedat in solutum, is creditor nõ possidet. l. 3. ff. qui potio. in pig. habea. com.

munem testatur Vrcurrus. d. §. Iulianus numero. 219.

- Quæro. 7. cum constitutio, hæc eum adiueat, qui casu fortuito rem amisit, quomodo 22 ¶ casus iste fortuitus intelligatur, & uerè dici tur casus 3. fortuitus, qui humano consilio prouideri non potest. l. 2. §. si eo tempore. ff. de adm. rerum ad Ciuit. pertine. in. l. quæ fortuitus. C. de pig. actio. Ripa in Tract. Pestis, in titulo. De Priuileg. contractu. nu. 68. quo 24 loci inter casus fortuitus enumerat 1. Pestem cui morbo humano consilio prouideri non potest, cui iam populus inuasit: nec enim medicamẽta adferri possunt, ut rerum magistratæ sæpè docuit experientia, ut eo t. anno. 1350. quo ( ut scribit Platina in uita Clementis. 6. ) tempore per triennium totam Italiam peruagata est, ut uix decimus quisque ex millesimo superferret, sic tuis fluminis inter casus fortuitos enumeratur. l. ex conducto. §. uis tempestatis. ff. locati. Rube. Alexand. in. l. sed & si quis. §. quæsitum. num. 3. ff. si quis cautio qui sanè impetus ac aestuaciones uisæ sunt ali quando prodigiosa, ut legitur anno. 1099. Mare ita aestuasit, ut a littore in altum cõtum passus excesserit, ut literis prodidit Platina in uita Paschalis secundi. Sic idem Platina in uita Nicolai tertij scribit Tiberim adeo in immensum excreuisse, ut altare sanctæ Mariæ Rotondæ, quatuor pedibus, & ed amplius excederet. nõ ab similem Tiberis inundatione recitat Sabellicus, Bneca de decima. l. 1. Inter casus quoque fortuitus Rubeus. d. §. quæsitum nu. 3. ex. d. §. uis tempestatis, enumerat 1. Terræmotus, qui graues fuerit elapso anno 1564 die. 20. Iulij hora noctis prima mensis Augusti: & multo maiores apud Niciam in ea regione, quam Diui Martini nunc appellant, ut quã plurima istic corruerint ædificia maximo cũ inhabitantium calamitate, qui ferè omnes ab sumpti interfectique sunt. aliqua enim fuere oppida, ubi ne vnus quidem superstes fuerit, tantus terror in memoria illius sanè horrendi terræmotus renouauit, qui in Antiochia omnium 1. maximus fuit sub Traiano Imperatore anno salutis nostræ centesimo decimo sexto, ut author est Dion, Græcus in Traiani uita, uel illius, cuius meminit Eusebius in annalibus a Petro Crinito l. 9. de honesta disciplina ca. 7. relatus, qui euenit sub Tiberio Cæsare, quo tredecim urbes corruerunt: nec minor is certè fuit motus terræ, quam is, qui ad maximum hominum terrorem contigit in eisdem forte 1. Saluis motibus apud Niciam Malsiliensium, anno. 1218. qui sanè mo

tus terræ tam ingens fuit, ut ad quinq; millia hominum periisse constet, cadentibus domibus, faxiq; ex cacuminibus montium inhabitatas ualles passim ruentibus. cuius rei authores sunt Platina in uita Honorij tertij Pontificis max. ac M. Antonij Sabellicus Bneca de Nona. l. 6. quinq; si dicere aufim, quod ad nos per rumorem allatum est, sãtus hic motus terræ fuit, ut existimauerit tunc mortales illo inferiorem nõ fuisse, qui sub Bonifacio octa uo Põtificis max. in illius uita, his scripsit Platina. & ne existimares tum Deum cum hominibus pacem habuisse 1. tantus repente terræmotus exortus est, quantus nunquam antea: quoquidem multis diebus interualla plurima durante, ædificia passim corruere. Reate Pontifex tum erat cum tota Curia, qui certè ueritus, ne ruina ædificiorum opprimeretur, casulam, quamdam ex tabulatis subulibus in medio claustro fratrum Prædicatorum prato admodum lato, ædificari iussit, eoq; loco aliquandiu reledit, licet horrida sciret hyems. In celebritate namq; Sancti Andree hæc perturbatio exorta est, qua autem ratione, & causa fiant 1. terræmotus exposuit nunc relatus Crinitus, & Gellius in atticis lib. 2. c. 28. & apud Plutarchum in. 3. de placis. Philo. c. 13. & 15. Enumeratur quoq; inter casus fortuitos, illa 1. locustarum edactas in. l. excepto. C. locati, & quorum meminit Plinius lib. 11. Natura. Histo. cap. 29. & apud Liuium lib. 2. quintæ decadis, sub consulatu C. Popilij Lenatis, & publij Aclij Liguris, legimus locustarum tantam nubem à mari uenire repente in Apuliam illatam esse, ut examiniibus suis agros latè operirent. 1. Ad quã pestem frugum tollendam Cn. Scimus Prætor designatus, cum Imperio in Apuliam missus, ingenti agmine hominum ad colligendas eas coactõ, aliquantum temporis absumpsit, quod & hac nostra ætate euenisse dum in teneris agerem 1. anno etenim si modò ipse recè memoria teneo quadragesimo secundo supra millesimum & quingentesimum, tanta in his Italiæ Regionibus aduolauit locustarum copia, vt per sex integras horas perduraret uolatus ac ueluti densissima nubes solem obscurarent, quæ factum est, ut iacta paulõ ante sementes assumptæ fuerint. & malè certè res se nobiscum anno sequenti habuisset, nisi singula Italiæ loca eam, qua usus fuit. Cn. Scimus, adhibuisset diligentiam. Bnemeratur & inter casus fortuitos in ximmode rata l. si stula §. si frumeta de cond. ind. sũt alij, quos non refero. Hi ergo uerè casus fortuiti dicuntur

dicitur, qui facto natura sine vlla hominis causa contingunt, ut egregie docuit Bal. in d. l. que fortuitis. C. de pigno. actio. & Rub. d. §. quæsitum numero 3. qui affirmant alios esse casus fortuitos, qui facto hominis proueniunt, vt in piratarum hostiū ue incurfus. l. in rebus in prim. ff. commod. l. contractus in fi. de reg. iur. sic sententia iniusta. l. si per imprudentem. C. de cuictio. his ergo casibus excusantur, qui possessionem amiserunt.

42 Declaratur non procederet cum latè culpa & dolus casum procedit, ut probat in tex. d. l. contractus in fi. & ibi latè Igne. nu. 78. adfert exemplum in l. qui infulum. §. qui mulas ff. locati in l. si feruus feruum. §. si mulier. ff. ad l. Aquil. aliaq; quàm plura adfert, quibus declarat, quando culpa & dolus casum procedat, addo Crotum in Rub. de operis noui nūtia. num. 35.

43 Quæro vlt. qua actione experietur hic qui pignoris possessionem amisit. Crebrior videtur sententia, vtilem hypothecariam credito concedi, hanc probasse videtur Cy. hic, & Petrus, & refert Ang. in l. si quis missum. §. iudex. ff. de damno. infecto, qui tamen Ang. nõ aperit cuius ipse opinionis sit, Cy. tamen est secutus Imol. d. §. iudex, & clarè Alex. in l. si finita. §. Iulia. nu. 98. ff. de damno infecto. quo loci Michael Vrcurus, nu. 206. cõmunem esse testatur præcipuum horū fundamentum est in l. is cui. §. quæri potest. ff. v. in poss. lega. qui sanè ex vlt. habet intellectus vt ad mōti supra. q. 3. post Bolog. d. §. Iulia. nu. 165. placet ex multis, quod scribit Vrcurus in d. §. Iulianus nu. 207. nullam hoc casu proditam eo iure Pandectarū fuisse actione, cum nouè eam constituerit Iustinia. hac constitutione nostra, ut infra statim subiiciemus, alia que adferuntur facili diluuntur negotio a Bolog. Vrcuro & cæteris.

Socunda fuit sententia Inno. in ca. contingit de dolo & contumac. concedi hoc casu in terdictum, vnde ui, argumento nostræ constitutionis. Inno. secuti sunt Alex. d. §. Iulia. nu. 98. distinguendo, vt apud eum verum cæteris non placet, ut nec mihi satisfacit, relata præferunt ratione supra.

44 Tertia ergo fuit opinio aliquorum, ut p. Imol. d. §. iudex. & Alex. d. §. Iulia. nu. 98. quæ clarè defendit, eo loci Vrcurus nu. 207. & rectè mea sententia, concedi conditionem ex l. hac nostra, que instar interdicti, vnde vi, est promulgata, non enim ante hanc constitutionem prouisum fuerat, vt non mirum fideat Iustinia. fe dare, donare, hoc casu possit

tionis recuperationem, nec enim hanc dedisset actionem Iustinia. si iam comperisset, alia plura rectè perpendit præcitato loco Vrcurus, quæ non refero, hæc ad duodecimum Remediū recuperandæ possessionis remedium.

**S V M M A R I V M**  
**TERTIIDECIMI REMEDI**  
**RECVPERANDÆ**  
**POSSESSIONIS.**

- 1 Constitutio. l. vltima. C. vnde ui, una est ex posterioribus quinquaginta iustinianæ constitutionibus.
- 2 Constitutio. l. vltima. C. vnde ui remedium possessionis recuperandæ continet.
- 3 Constitutio. l. vltima. C. vnde ui, extensua interdicti vnde ui.
- 4 Possessio uacans, qua rectè dicitur.
- 5 Possessionem uacantem, qui tradere tenetur, quomodo eam eradet.
- 6 Possessionem uacantem non tradit, qui minus tutam trahit.
- 7 Possessio plena, qua.
- 8 Pleno iure possidere, quid.
- 9 Plena proprietas, qua.
- 10 Possessio semiplena, qua.
- 11 Possessio uacare an dicitur, si antiquus possessor ciuilitate ad hoc possidet.
- 12 Constitutio. l. vltima. C. vnde ui. locum habet, pro sola naturali possessione occupata recuperanda.
- 13 Constitutio. l. vltima. C. vnde ui. habet locum cum occupator creditur ex toto possessionem uacare.
- 14 Occupator possessionis rei mobilis uacantis excusari an possit ex constitutione. l. vltima. C. vnde ui.
- 15 §. quod autem. in ff. de usufructu. declaratur.
- 16 Possessio rei mobilis uacare potest, ut possessio rei immobilis.
- 17 Rei appellatio ita mobilis ut immobilis continetur.
- 18 Rei appellatio restringitur ob subiectam materiam.
- 19 Similitudo, qua utitur Iustinianus in l. vltima. C. vnde ui declaratur, & non explicatur.
- 20 Vnde ablatiua proprie cadit in re mobili.
- 21 Possessio uacans ita factiua & iustitia possit officii, ut in possessio dici possit.
- 22 l. qui ratione. §. ultimo. ff. de acquirend. possess. declaratur. l. si falsus. §. si factum. ff. de furtis exponitur.
- 23 Ratio cur res mobilis iusto reali officii potest, ita ut impediatur usufructus. & non immobilis.
- 24 Occupans possessionem uacantem rei propriæ, an teneatur ex constitutione. l. vltima. C. vnde ui.
- 25 Bartoli & aliorum consideraciones multe, ad l. ult. C. vnde ui. subuersæ.
- 26 Noua auctoris opinio, an occupans possessionem uacantem rei propriæ, teneatur ex l. vltima. C. vnde ui.
- 27 Occupans possessionem uacantem rei propriæ, admittitur ad prebandam de iure sui domini, si offerat probationes incontinenti.
- 28 Constitutio. l. vltima. C. vnde ui. an instar interdicti unde ui, uel interdicti de adipsenda, sit introducenda.

- 30 Interdicti. de adipsenda, & recuperanda, duo continent pignoratia.
- 31 Occupans possessionem alterius, quam propriam credebat tenetur ex l. vltima. C. vnde ui.
- 32 Credulitas in ista excusat.
- 33 Mala fides in eo præsumitur, qui sine iis. possidet.
- 34 Error in iustis causat bonam fidem.
- 35 Bona fides etiam ex inuitis rationibus causatur.
- 36 Credens uero bono excusatione dignus est.
- 37 Occupans possessionem rei hereditariæ, an teneatur ex constitutione. l. vltima. C. vnde ui.
- 38 Hereditatis iacens possessionem occupans, an teneatur ex l. vlt. C. vnde ui.
- 39 l. 2. §. 1. ff. de rerum diuis. declaratur.
- 40 Hereditaria res, quomodo in nullius boni esse dicitur.
- 41 Possessio qualis qualis in hereditate iacens.
- 42 Statutu puniens ingredientem fundum alienum an habeat locum contra occupantem fundum iacens hereditatis.
- 43 l. vltima. C. de erui. expila. hereditas declaratur.
- 44 Hereditas iacens, defuncti personam representat, & quomodo.
- 45 Constitutiones nouæ status Mediolani, sub tit. de bonis ad eridas ponendis, an locum habeant, contra iura iacens hereditatis, & inibi de ratione.
- 46 l. Captam. ff. de usufructu. intelligitur & declaratur.
- 47 Præscriptio etiam aduersus hereditatem iacentem procedit.
- 48 Legatarius sua auctoritate occupans legatum hereditate iacente rem tenetur restituere, sed occupationis curat penam.
- 49 Hereditaria res cum occupatur hereditate adita, an locum sit constitutioni. l. vltima. C. vnde ui.
- 50 Etare, dominus dicitur adita hereditate, non tantum ad hoc possessor.
- 51 Interdictum quorum bonorum, bonorum possessori tantum conceditur, & adipsenda possessionis remedium est.
- 52 Remedium. l. vltima. C. de adito diui. & dri. tollen. quando habeat locum, & adipsenda possessionis est.
- 53 Priuatis habitum præsupponit.
- 54 Ratio auctoritatis noua, qua demonstratur. l. ult. C. vnde ui. locum non habere, cum possessio rei hereditariæ, adita hereditate occupatur.
- 55 Hereditas adita, defuncti esse hereditas.
- 56 Possessio cui restitui debeat, an primo, qui uacantem possessionem iam ingressus, uacantem reliquit, uel ei, qui ultimo loco uacantem amisit.
- 57 l. Cum à te. ff. de ui. & ui arma. declaratur.
- 58 Ripa rationes & consideraciones explose.
- 59 Possessor simul & dominus si cum solo possessore concurrat præferatur, ut ei restituatur possessio.
- 60 Possessio uacans si ex secundo occupatore in primam perueniat, primo loco prelatat conceditur ante alterum restitutum.
- 61 Occupatur possessionem uacantem si eam amisit, an teneatur ex l. vltima. C. vnde ui. & inibi declaratur.
- 62 Occupator an in dolo esse debeat, ut locum sit remedio. l. vltima. C. vnde ui.
- 63 Dolus præsumptus sufficit, ut sit locus constitutioni. l. vltima. C. vnde ui.
- 64 Bonafides regulariter præsumitur.
- 65 Bonafides etiam in causis lucratius præsumitur.
- 66 Bonafides in eo etiam præsumitur, qui solam istulam habet putatiuum.

- 67 Bonafides præsumitur etiam in eo, qui per errorem iniustum possidet.
- 68 Possessor antiquus contra nouum sine titulo malafides exceptionem obycere potest.
- 69 Bonafides in nouo possessore cum titulo præsumitur contra Malafides præsumpta, 30. annis purgatur.
- 70 Bonafides præsumitur etiam in nouo possessore sine titulo quoad tertium.
- 71 Bonafides non præsumitur in nouo possessore sine titulo quoad tertium, si iuris præsumptio repugnat.
- 72 Etenim ab occupatore rei uacantis, quantum tempore præscribitur.
- 73 Occupator prebenda uacantis an teneatur ex constitutione. l. vltima. C. vnde ui.
- 74 Spiritualia auctoritate propria apprehendi unquam possunt Occupans agrum desertum, an teneatur ex constitutione. l. vltima. C. vnde ui.
- 75 Occupans agrum desertum, biennio præscribitur.
- 76 l. qui agros. C. de omni agro de fer. lib. xi. quo tempore promulgata.
- 77 Lex posterior ab antiquioris sapie declarationem recipit.
- 78 l. qui agros. C. de fer. lib. xi. dispositio hodie in ista locum non habet.
- 79 Negligens, iure suo seipsum priuatur.
- 80 Captus ab hostibus & reversus an ex constitutione. l. vltima. C. vnde ui. suam possit recuperare possessionem, qua captiuitate pendente fuit occupata.
- 81 Captus ab hostibus statim amittit possessionem.
- 82 Captus ab hostibus etiam per momentum possessionem perdit momentum temporis est in consideratione, cum de actus extinctione agitur.
- 83 l. qui possessionem. ff. de ui. & ui arma. declaratur.
- 84 Momentum tamen acquisitio non est in consideratione.
- 85 Vxor à uiro non dicitur diuertisse si per temporis momentum absit.
- 86 Alienare prohibitus, non censetur prohibitus cum momentum alienatus est.
- 87 Emphyteota alienando per temporis momentum domino irrequisitus suum non perdit.
- 88 Doli si à uiro uxore spouitua lucratur iuxta statuti dispositio nem, eam adhuc lucrabitur, si per momentum temporis perdarit matrimonium.
- 89 Maritus si statuto prohibetur uxori aliquid relinquere non prohibetur, si quid per momentum aequum erit restitutum.
- 90 Momentum tamen in consideratione, eam possunt prodesse.
- 91 Commodatarius, & depositarius an concedatur remedium. l. vltima. C. vnde ui.
- 92 Scholastico an concedatur. l. vltima. C. vnde ui. remedium contra Scholasticum, qui suum in auditorio locum occupauit.
- 93 Scholasticus est per triduum excommunicatus, cum in prelectionibus docentium, ceteris est impedimento.
- 94 Accursus in interpretatione. l. vltima. C. de officio magistrati officii, notatus & reprehensus.
- 95 Militia schola olim fuit.
- 96 Tyrones in schola militie ultimam tenebant locum.
- 97 l. vltima. C. de officio magistrati officii sensus.
- 98 Petri Rebuffi lapsus.
- 99 Libelli forma in remedio. l. vltima. C. vnde ui.

**IMPERATOR**  
**IVSTINIANVS. A. IOANNI**  
 P. R. A. E. P. R. A. B.

Cum quærebantur inter Illyricam aduocationem, quid fieri oporteret propter eos, qui uacuum possessionem absentium sine iudiciali sententia detinuerunt, quia ueteres leges nec unde vi interdictum, nec quod uiat clam, uel aliam quandam actionem ad recipiendam talem possessionem definitam, uel uolentiam in ablatam possessionem minimè præcedentem nisi domino tantummodo in rem actionem exercere permittentes: nos non concedentes aliquam alienas res uel possessiones per suam auctoritatem usurpare, sancimus talem possessorem, ut prædonem intellegi, & generali iurisdictione ea teneri, quæ pro restituenda possessione contra huiusmodi personas ueteribus declarata sunt legibus. Ridiculū etenim est dicere uel audire, quod per ignorantiam, alienam rem aliquis quasi propriam occupauerit. Omnes autem scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere: cum talis dispositio in furti actione iam dudū ueteribus legibus definita est dicentibus, si quis alienam rem aduersus domini uoluntatem attigerit, furti actione teneatur: his uidelicet, quæ super recipienda possessione a nobis disposita sunt, locum habentibus, si non ex die, ex quo possessio detenta est, triginta annorum exceperint curriculum. Dat. 13. Cal. Nouemb. Constantinop. post consulatum Lampadii & Orestis. V. V. C. C. anno secundo.

**TERTIVMDECIMVM**  
**RECUPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIUM**  
 Ex. l. vltima. C. unde vi.

**C**um non omni ex parte eorum audacia esset repressa, qui tam auidè aliena occupare student, eo præsertim in casu, cum rei possessio uacans, ut potè quasi à possessore relicta, ab eo, qui se dominum non esse intelligit, occupatur: Iustinia. noster legislatorum prudentissimus hanc edidit constitutionem, quæ uiam ex quinqueaginta posterioribus credimus, ut iam in anteludij admodum uimus, prouidet itaq; constitutio hæc aduersus occupantem rem uacantem, quare remedium possessori recuperandæ est, ut uno ore affirmant omnes, & respondit Bal. conf. 32. ad euidenciam præmittendum est, quod aliquando l. 3. Afflict. in ca. 1. §. illud quoq; nu. 26. de prohib. feud. alien. per Frider. dixit hæc esse ex quinqueaginta decisionibus Iustinia. et non esse nec retinenda nec adipsendam possessionem, interdicti unde vi extentum, ut ante alios probauit Iac. Butrig. & Bar. hic ex uerbis tex. nostri, ibi generali iurisdictione, hoc est, generali interdicto unde vi, & ibi, ueteribus legibus, quæ non ad. l. si quis in tantam (ut male aliqui opinantur) sed ad interdictum unde vi relationem habent, si enim intellexisset Iustinia, hic referri. l. si quis in tantam, nõ ius antiquum, sed nouum appellasset, nõ eū ueteris iuris meminit Iustinia. intelligit quod iure Pandectarum est promulgatum, ut probat inscriptio tit. C. de ueteri iure. enucl. & ibidem in. l. 1. §. hoc etiam, & uerè secundum Saly. hic col. 2. in secunda oppo. uerba illa ueteri iure, non conueniunt dispositioni. l. si quis in tantam, cum nulla in casu nostræ constitutionis interueniat uolentia, ob quæ edita est. l. si quis in tantam: hanc sententiam probauit & Ang. hic.

**Q**uæro primo, quæ dicitur possessio, proprie uacans. glo. hic, quam ceteri sunt secuti dixit possessionem dici uacantem, quæ ab aliquo, nec animo, nec corpore possidetur, glo. in. l. idcirco. C. de fide instrum. in. l. improba. C. de adquiren. possess. in. §. quæ autè, in uerbo loci uacantis, Inst. de uisucap. Alex. & Iaf. in. l. in conuentionalibus. §. si quis uacuum de uerbo. ob. Oldra. conf. 31. allegationes col. 2. Rui. conf. 94. nu. 2. lib. 1. Dec. conf. 282. nu. 3. uerè.

uerf. & ista Goza. conf. 24. nu. 1. 2. Bald. in. l. Celsus num. 80. de uisucap. quare dicimus conueniatum tradentem possessionem uacuum, non liberari si ab alio etiam solius rei seruandæ causa occupetur. l. 2. §. uacua. ff. de actio. emp. egregiè docuit Aemilius Ferretus in. l. 3. nu. 39. ff. de uisucapio. sic nec t uacuum dicitur transferre, qui minus tutam transfert. Bart. l. ratio. §. 1. de actio. empti, probat tex. in cap. Pisanis, de restitu. spolia. sic è contra dicimus eum t plenam habere possessionem, qui naturalem simul habet & ciuilem Bal. in. l. mater C. ad Tertul. Iaf. in. l. huiusmodi. §. ades, de leg. 1. & ante eos glo. in. d. §. quod autem Inst. de actio. licet glo. l. raptors. C. de Epis. & Cler. aliter & malè sentire uideatur. quare eū t pleno iure possidere dicimus, qui ut dominus possidet. l. 1. C. de reuocand. dona. & in simili dicimus de plena proprietate, quæ in se usum fructum ius alienandi, & absolutum dominium habere dicitur, secundum Baldum in. l. femina. §. illud. C. de secundis nup. & Ruin. conf. vlt. nu. 6. lib. 3. t semiplenam autè possessionem (ut uno uerbo attinga omnia) illam dicimus, in qua, quis est causa rei seruandæ, sic glof. d. §. quod autem, quam singularem dixit Iaf. in. l. traditionibus. C. de pactis Alexan. in additio ad Barto. in. l. 2. §. 1. de actio. empti, & Iaf. in. §. rursus num. 142. Inst. de actionibus.

**Q**uæro secundo, quid si is primus possessor ciuilitè adhuc possidet, an uacans dicatur possessio & constitutioni nostræ locus sit: & esse locum credidit Bart. hic num. 3. & ante eum Hugo à glof. hic relatus, & eam secutus fuit Albe. & Saly. hic col. 2. uerè tunc quæro, & quam uerorem probò, nam cum (ut dicebat Bar.) possessio sit naturalis & ciuilis, naturalis hoc casu uacare dicitur, quare t illius causa constitutioni nostræ locus erit, quod ea ratione confirmatur, quia tex. noster in prin. de possessione absentium loquitur, & solam naturalis possessionis occupatione considerat, ob id absens dum ciuilitè possidet, reuerfus recuperat ex hac constitutione, quæ dum appellat absents possessionem, aliquam esse præsupponit, quæ dum naturalis esse non potest, ciuilis erit.

Contrariam tamen sententiam probauit Io. glofator, & eum secuti alij sunt, adeo ut communem hanc deinde dixerit Ripa. in ca. sepe nu. 56. de restitu. spolia. uerum iure non subsistunt fund. nam, quod dicitur dari interdictum unde vi ex. l. 1. §. siue autè & l. 3. §. si quid autem, ff. de ui & vi arma. illi ciuilitè possi-

derent, ob idq; frustra hoc cautum uideri nostram constitutione, uerum non est, cum enim hanc rationem sensisset Hugo, animaduertit hic Saly. col. 2. uerf. sed attende, respondet quæ nostræ constitutionem loquitur, quando is occupator credit rem ex toto uacare, & si arbitratus fuisset aliquem adfuisse possessorem, non occupasset, cum nec animum haberet repellere uenientem, quo in casu non prouidit interdictum unde vi, cum loquatur quando occupator primum possessorem uenientem non admittit, quare imputandum est potius hoc nostro casu primo possessori, qui ut meticulosus nimis ausus non est possessionem naturalem ingredi, sed eam pro derelicto potius habuisse dicitur, nõ quod que mouet, quod dicebat Ioannes, hanc possessionem nunquam uacantem dici potuisse, quia aut consideramus tempus aut suspicionem antiqui possessoris, & tunc illa uacans dici nõ potest, cum ciuilis esset apud ipsum antiquum possessorem: aut consideramus tempus postea quam suspicariis cepit posse repelli, & tunc nec uacans potest dici, eū sit occupatori quæ sita, quia respondeo cum Saly. hic col. 2. uerf. sed certè ad hoc & c. possessionem dici uacantem, quoad antiquum possessorem, eo ipso, quod est suspicatus posse repelli, licet, quod ad occupatorem non dicatur uacua, cum tã sit possessa & occupata, & sufficit esse uacua habita ratione antiqui possessoris, ut hic nouus iusta ratione se tueri possit. quare uerior est (ut admonui) Bart. & Saly. sententia, quæ tamen intelligo eo casu procedere, cum occupator tempore occupationis ignorauit possessionem ab antiquo possessore possideri, se cus si sciuit, quia tunc quàm facillimè credere potuit se committere uolentiam, & cessat credulitas, ob quam excusabatur a poenis commissæ uolentia. erit tamè cogitandum in re tã ardua.

**Q**uæro. 3. an hæc constitutio locum habeat pro occupatione rei mobilis, & non habere locum censuit hic glo. quam tueri conatur Saly. col. 3. uerf. quarto quæro, ea ratione, quia tex. hic noster uult pro re mobili antiquitus fuisse prouisum per furti actionem, ut in fine dicitur, & tamen in huius possessionis occupatione per actionem in rem erat constitutum, cum ergo iure antiquo differentia esset, sic & nunc esse debet, ut enim actio in rem olim ad rem mobilem non adaptabatur, sic nec hodie hæc constitutio: uerum parum satisficit Saly. ratio, nam licet olim quoad dominij recuperationem in re mobili & immobili prouisum esset, idq; diuersimodè, stat tamen

men, quod nunc in possessione recuperanda eadem hac nostra constitutione satisfactum & prouisum videtur, quare clarius Saly. sententia probari videtur ex tex. i. §. quod autē Inft. de vſucap. dum paucis refert hanc constitutionē, & ibi gl. animaduertit & vitur his verbis: quod autem ad eas res, quę solo continentur, loquitur ergo de rebus immobilibus; nisi dicamus tex. illum nullum verbum facere; quoad possessionem recuperandam, sed ratione vſucapionis, quem ibi gl. in verbo longa, inquit hodie hac nostra constitutione esse correctum.

Contrariam ergo sententiam recte probant aliqui, quos hic secutus est Bar. nu. 7. placuit & hac sententia Alcīa. in l. rem que nobis nu. 4. de acquiren. possess. qui comunem recentiorum esse testatur, & si non me lateat leuia aliqua adferri, vt illud, quo vitur Bar. possessionem rei mobilis ita vacantem dici posse, vt immobilis. l. si rem mobilem de acquire. possess. concedo, sed quid ad rem? nec enim infert argumentatio hæc, constitutionis verba huic casui conuenire, non pariter satisfaciunt Bar. argumentatio ex hoc tex. qui loquitur generaliter de possessione rerum, & tria appellacione venire, ita mobiles, vt immobilis. l. i. in fi. ff. si certum petat. rei appellacione, de verbo sig. nam responderi potest rei appellacionem ex subiecta materia restringi, vt declarant omnes in d. l. i. ff. si certum petat. & docuit Alcīa. in l. nominis & rei, de verb. sig. in casu ergo nostro dicere possumus subiecta materiam non ferre, vt de possessione mobiliū intelligatur. euitari quoque potest illa Bar. & ante eum Butriga. consideratio, ex tex. nostro in fine + dum furti similitudo adfertur, quod sanē furtum in sola re mobili committitur. l. i. ff. de furtis, euitari in qua potest præter obscuram Saly. responſionem, Iustinianū hic non vti furti similitudine, quoad huius constitutionis dispositionem, quasi quod & in re mobili locum habeat, sed vitur tantum Imperator rationis similitudine, ad reiiciendam eorum opinionem, qui opinabantur licere occupare rem vacantem, quam suam nõ esse sciebant, inquit enim Iustinianus dū isti sciunt rem non esse suam, scire debent esse alterius, & ideo non licere eam occupare, quare ratio & in furtis ab antiquis iureconsultis considerata fuit, hæc ergo sententia verius probatur in illis verbis nostri tex. violentia in ablatā possessionem, nam hæc verba, quæ de vi ablatua sunt, intelliguntur ratione rei mobilis in qua vis ablatua cadit, vt declarat glo. vbi

Bar. & ceteri in l. extat. ff. quod metus causa, & diximus supra in anteludij nu. 40. intelligitur ergo constitutio hæc nostra in possessione rei mobilis, hoc fundent & illa verba, per suam auctoritatem vſurpare, quæ vſurpatio, ita proprie cadit in rebus mobilibus, quā immobilibus, sic & illa verba, res & possessio nem, quorum vnum referri videtur ad rem ipsam immobilem, alterum ad rem mobilem: nec subiecta materia nostre constitutionis magis suadet (vt supra dicebam) vt intelligamus potius de re immobili, quam mobili.

Quaro. 4. an vacans possessio vitiosa efficiatur, ita vt furtiua, vel vi possessa esse dicatur: & non effici sentit hic glo. quam secuti sunt ceteri, vt comunem testatur hic Bar. nu. 8. ex l. sequitur. §. si vi me. de vſucap. vbi occupans vacantem possessionem vſucapit, & ex claro tex. §. quod autem, Inft. de vſucap. vbi possessio vacans & si apud occupantem dicitur vitiosa, nõ tamen apud illius successorem, quia non est effecta vitio reali, quare is successor vſucapit, quod minime posset vbi vitio re ali affecta esset. §. furtiua, illo tit. de vſucap. Non ignoro tamen glo. in l. sequitur. §. ite si occupaueris. ff. de vſucap. & in d. §. quod autem, Inft. eo. in verbo longa, contrariam sententiam probat; ex verbis nostre constitutionis quæ sic considerare visus est Bar. dum hic tex. æquiparat huius legis prouisionem, ad furti actionem, sed eo casu per furtum res dicitur vitio reali affecta. d. §. furtiua; ergo & idem nostro hoc casu, verum iam præcedenti quaestione dicebam, casus nõ æquiparari, sed Iustinianum à vi rationis argumentari, non repeto, Bar. ergo, glo. sententiam comprobans declaratione quadam, in hanc sententia citat. l. falsus. §. si iactum. ff. de furtis & l. qua ratione. §. vltimo. ff. de acquire. rerum do. vbi probari videtur furtum committi in re vacanti aliàs tamen à domino possessa, idem ergo dicendum est in casu nostro, quare Bar. intelligit tex. nostrum procedere in re nõquam possessa, sed semper vacanti, verum responderi potest non licere argumentari ex re furtiua ad hanc occupatam, hæc enim vſucap. potest d. l. sequitur. §. si vi me. d. §. quod autem, illa furtiua non. d. §. furtiua. nec ad rem confertur is tex. l. qua ratione. §. vltimo & d. l. falsus. §. si iactum, quia concedo, quo ad occupantem furtum committi eo casu, cū rem ab altero saltem animo possessam occupat, sed in casu nostro loquimur, in quem quoad occupatoris successorem, in quem non dicitur res vitiosa trāfire, tum quia res erat omnino vacans, cum ipse totum

totum primus possessor desiderat possidere, sed subtilis est inuestigatio, quare, quæ ratione factum sit, vt in re mobili res dicatur effici vitio reali, vt vſucapi non possit, non autem in re immobili occupata, vt nostro in casu, & ratio esse potest: quia in re mobili furtum committitur, & res contrahatur, quare vitium circa rem versatur; idem quando res occuparetur, diuersum quando res vacans occupatur, nam solum vitium in personam occupantis versatur, qui fide mala aliena occupauit, declarat doct. Aemil. Ferretus in l. i. nu. 40. de vſucap. erit tamen cogitandum.

Quaro quinto an + hæc constitutio locum habeat contra occupantem possessionem rei propriæ uacantem: & non habere locum affirmat hic glo. in verbo. per ignorantiam quam sunt secuti Bart. nume. 11. Ang. & Saly. colum. 1. idem censuit Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 14. 31. de acquirenda possessione Ruin. consil. 49. nume. 6. lib. 4. Ripa. in cap. sepe nume. 65. de restitutionse spoliatorum Didacus lib. 3. uariar. resolut. cap. 16. num. 7. versic. secundus casus, nouissimè Natta consil. 196. num. 2. lib. 2. quare una omnium hæc uidetur sententia, quæ uix est, quod iure probetur: nam tex. hic noscer in illis uerbis, vt possessionem absentium &c. quæ sic inducit Bart. ergo si res est propria, non concludit, quia licet occupans rem propriam, sciat esse propriam ratione dominij, non ignorat tamen esse alienam ratione possessionis, qua responſione dissolui ceteri Bartol. & aliorum considerationes possunt, dum uerba illa text. considerant, alienas res uel possessiones, secus si proprias, nam hæc argumentatio, ut relata dissoluitur & tres casus considerari possunt, aut intelligimus occupatorem occupare rem propriam in qua ipse habet dominium, & possessionem, & tunc res est in dubitabili posse: aut occupat rem, in qua habet possessionem & idem est, cum non aliena possessionem, sed propriam continuare dicatur, aut occupat rem, in qua ipse habet dominium, alter uero possessione, quæ possessio dicitur quo corporaliter non possidet, & hoc casu non potest occupare, quia & sciat rem esse suam ratione dominij, cum tamen etiam sciat se nõ esse in possessione, credere debuit alterum possidere, sibi que non licere alterius possessione occupare, & ita intelligi possunt illa uerba constitutionis, omnes autem scire debent, quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere, quæ pro comuni perpendi solent.

Quamobrem aduersus ceteros placuit tali quando contraria opinio, non licere domino rei occupare possessionem uacantem, ea ratione adducor, quod constitutio hæc est facta principaliter ad extensionem interdicti unde ui, ut hodie detur contra occupantem possessionem uacantem, quare constitutio hæc solum possessionem respicit, & solius occupatoris uitium considerat, qui non debet se posse ea ratione excusare, quod crederet possessione esse nullius, nam si sciebat non esse suam, credere debuit esse alienam. Præterea interdictum unde ui, solum prouidet ratione possessionis, ut eam ne dominus quidem dominij iure occupare possit, hæc ergo constitutio, quæ extendit interdictum procedere etiam cum occupatur uacua possessio, debet sic accipi, ut intelligamus, etiam hoc casu, cum dominus occupat, aliàs interdictum unde ui, non modo extenditur in uno, sed etiam restringitur. Verum in praxi difficile esset a communi recedere, quare intelligere possumus, hanc comunem, cum ipsa possessio omnino uacat & absens corpore & animo possidere desijt, tunc enim arbitror domino rei licere possessionem illam occupare, aliàs non.

Declaratur secundò communis relata sententia non procedere quando is + occupator est paratus incontinenti probare se esse dominum, sic glo. hic in uerbo per ignorantiam, quam hic probauit Bartol. nume. 11. & communis est declaratio, ut aliàs diximus supra in primo remedio recuperandæ possessionis ex interdicto unde ui. quaestione. 21. limitatione prima, ubi plures retuli, ibi relatis nunc addo solum: utrum ne declaratio hæc in nostro hoc text. probetur: & non probari uidetur, Cum hæc constitutio sit extensa interdicti unde ui, in quo non licet opponere dominij exceptionem et probanda incontinenti. l. momentanea C. unde ui, & dixit in d. q. 21. Bar. hic n. 11. fatetur esse inducendum similitudinem interdicti unde ui, contra eum, qui occupauit res alienas: tamen hinc ante omnia constare debet res esse alterius, nõ immeritò si dominus occupator esse propriam probare potest, ut ex hoc concludat non esse alienam, quare responſio non est uera, nec iure probatur. non enim hæc constitutio inducta est ad similitudinem interdicti unde ui, quia diuersa ab eo esset, nõ quod simile est, diuersum, nõ idem est. l. quod Nerua. ff. depositi. Est ergo illius interdicti unde ui, extensio, ut ergo in illo interdicto non habetur ratio, quæ res fuerit occupata, quoad dominum, an propria uel aliena, sic nec hoc

casu, quia consideratur sola occupatio possessio-  
 sionis alterius, quare is actor solum probare  
 habet possessionem suam tempore quo per  
 absentiam uacare deinde cepit, & si nostri in  
 terpres male opinentur necesse esse probare  
 rem fuisse propriam ratione dominij. res-  
 pondet itaque secundo loco Barto. & negat,  
 hanc constitutionem habere similitudinem  
 per omnia interdico unde ui, cum hoc con-  
 stitutionis nostrae remedium uideatur instar  
 possessionis adipiscendae, quam ipse sua culpa  
 perdidit: & hanc Bart. considerationem  
 probauit Natta. d. consil. 396. num. 2. lib. 2. que  
 sane responsio est deterior prima, cum iure  
 probari minimè credam, remedium recupera-  
 torum (vt est hoc ipsum) habere similitudi-  
 nem adipiscendae, seu esse illius instar, cum sint  
 duo pugnantia, & adipiscendae praesupponit nū  
 quā penes interdicto agētē possessionē fuisse  
 recuperandā verò fuisse, sed nūc amissam. &  
 dum inquit Bar. hunc sua culpa amisit, dico  
 nihil esse, quin si uerum illud esset, dicendum  
 est nullo pacto eo adiuuari, ex quo sua culpa  
 amisit, ut in magis utili & fauorabili reinte-  
 grandae remedio ex capitulo reintegranda. 3.  
 q. 1. dicemus Saly. ergo tertio loco hic colum.  
 3. uerfic. quero. 9. in fin. illud procedere asserit  
 in interdicto unde ui, in quo uolentia dicitur  
 interuenisse, secus hic, ubi solus adest  
 praesumptus dolus, aut si uerus est, sine uolentia  
 est. Verum hoc est penitus falsum, ut dixi  
 ex. l. meminerint. C. unde ui, erit tamen cogi-  
 tandum.

31 Quero. 6. an haec constitutio ꝑ locum habeat  
 contra occupatorem, qui credebat rem esse  
 suam: & non habere locum affirmat hic glof.  
 cum per dolum hic non occupauerit, & tamen  
 dolus requiritur, vt huic constitutioni locus sit,  
 Bar. hic distinguit quatuor casus, & tandem  
 concludere uidetur, quod si huius occupatoris  
 ꝑ credulitas erat iusta ratione fundata, eum  
 omninō excusari si uerō iniusta, non excusari,  
 cum in dolo saltem praesumpto esse dicatur,  
 quod sentit idem Bartol. hic numero decimo  
 quinto. quod fert, quod scribit Inno.

32 & Bald. in capit. per tuas de testibus ꝑ malam  
 fidem in eo praesumi, qui sine titulo possidet,  
 quam sententiam probarunt Imol. in capit. ultimo  
 de praescriptionibus & Fely. in capit. diligenti  
 eo. adducuntur omnes ex text. hoc nostro. verum  
 Bar. distinctioni aduersatur, quod in modo  
 credulitas causata ex iniusta ratione excuset  
 occupatorem, cum etiam ꝑ iniustitiam error  
 causet bonam fidem. Igitur. ꝑ. potest, de libera  
 causa. ubi clarè Bart. & idem in. l. Cel-

fus nume. 17. de usucap. & communem testatur  
 Alcia. TraGat. praesumptionum regula. 3. praesumptione  
 1. num. 1. & Didacus Couarr. Hisp. in relectione  
 capit. possessor in secunda parte. ꝑ. 8. num. 2. de regulis iuris in sexto, qui  
 bus in locis affirmat ꝑ bonam fidem causari ex  
 iniustis rationibus, etiam in eo, qui est sine  
 titulo, aduersus Inno. Baldum Imol. & Fely.  
 num. cōtra quos, praeter relatos, respondit So-  
 cin. Jun. consil. 76. num. 60. consil. 77. nume.  
 156. lib. 1. Nec difficultatem facit text. noster,  
 quo nititur Bart. quia respondetur ex Alcia.  
 Didaco & ceteris, loqui quando occupator  
 sciebat rem non esse propriam, quia tunc credere  
 debuit esse alienam, sed in eo, qui credit esse  
 suam, is profectō dicitur esse in bona fide,  
 & si titulo careat, sine dubio tamen excusatur,  
 cum iusta credulitas secundum Alciam &  
 Didacum causari potuerit in eo, qui credit  
 alicui referenti res illas suorum maiorum  
 fuisse: quod sentit & Alexand. d. l. natu-  
 raliter. ꝑ. nihil commune num. 14. de adquirenda  
 possessione, est enim is ꝑ excusatione dignus,  
 qui uero bono crediti, iuxta notab. glof. l. Titio  
 fundus de cond. & demo. quā citauit Didacus.  
 d. ꝑ. 8. nume. 1. in fine, & eam probant alij  
 plures olim relati supra quodōd intelligo quando  
 credulitas ueratur circa possessionem, non circa  
 rei dominium, ut supra praecedenti quaest. declarauit,  
 & ita sentit Alex. d. ꝑ. nihil commune. nu. 14.

37 Quero. 7. an haec constitutio ꝑ locum habeat  
 in possessione rei hereditariae occupatae: & non  
 habere locum glof. hic affirmat, & si glof. in. ꝑ.  
 quod autem Inl. de usucap. communiter recepta,  
 ut docuit hic Bart. num. 10. aliter senserit,  
 ut tamen clarius res ipsa reddat ex Bart. hic  
 duo distingo casus, & si tres distinguat Ripa  
 in cap. saepe. nu. 58. de restitutione spoliatorum.

38 Primus est casus, quando ꝑ tres hereditariae  
 iacente adhuc hereditate occupatur, & non  
 esse tunc locum constitutioni nostrae, affirmat  
 glof. hic, quam secuti sunt Bart. Saly. & ceteri  
 crebrius, vt testatur Ripa. d. cap. saepe. nu.  
 58. qui pariter eam probauit, & Alcia. lib. 2. de  
 verbo. sign. pagina 83. in paruis impressionibus.  
 Verum tamen, quae adferuntur rationes, & fundamenta  
 non multum urgent. nam prima illa ratio, quā  
 dicimus constitutionem non stram locum habere  
 contra occupantes bona uacantia, non habere  
 locum hoc casu, cum bona hereditaria adhuc  
 hereditate non adita non dicatur bona uacantia,  
 sed nullius ꝑ. l. 1. ꝑ. de rerum diuis. ad rem non  
 facit, quia res hereditaria

41 taria dicitur esse in nullius bonis ratione possessionis,  
 quia possessor non reperitur. l. 1. ꝑ. Scauola. ff. si quis  
 testa. li. esse iussu. ratione tamen iuris, quod in his  
 rebus habet haeres in eius bonis esse intelligitur. l. ult. ff. de  
 crim. expel. haered. & declarat Cora. in d. l. 1. ꝑ. i. nu.  
 9. ff. de rerum diuis. qui hac ratione docet alicui non  
 licere eam occupare, & si in nullius bonis esse dicatur,  
 quod fortius hic procedit, ubi non cōsideratur praecipua  
 ratio, quod res dicatur uacans & in nullius bonis, sed  
 consideratur ratio illa, non licere occupatori occupare,  
 quae sua non sunt, quia credere debuit aliena esse,  
 licet ergo ratione possessionis res hereditaria iacere  
 hereditate in nullius bonis esse uideatur, adest tamen  
 ius futuri heredis: quin ꝑ qualem qualem possessionem  
 inesse dicebat Cora. lib. 6. miscella. Iuris cap. 12. nu. 2.  
 nec dissentit Afflic. cap. 1. ꝑ. illud quoque nu. 16.  
 de prohib. feud. alien. per Frider. quare occupatori  
 licere non debet illam sic occupare. Quod autem  
 adducit Ripa ex doctrina Bart. in. l. si ex re. ꝑ. ult. ff. de  
 stipulat. seruo. dum inquit ꝑ statutum puniens  
 ingredientem fundum alienum non punire, ingredientem  
 fundum iacentis hereditatis, cum sic fundus  
 alienus dicitur, in quo statutum locum habere non  
 potest, hoc inquam, probabile est, non necessarium,  
 nec enim Barto. auctoritas legis est, quin uera forte  
 non est, cum eam rationem consideret statutum,  
 ut illius occupatoris audacia cōprimat, quando non  
 propria conseruare, sed aliena inuadere studeat,  
 quae sane ratio & nostro in casu procedit. Rursum.  
 3 loco citat Ripa textum ꝑ. l. vltima. C. de crim. expila.  
 haered. quo text. satis hoc in casu profuturum  
 dicitur, quare remedium hoc, ut subsidiarium  
 cessare debet, uerum respondetur eo text. esse  
 quoad poenam contra expilantem indicendam,  
 non quoad recuperationem possessionis prouisum,  
 quod animaduertens glof. in d. l. vltima. C. de  
 crim. expil. haered. & in. l. ultima. ff. eodem,  
 dixit tūc dari in factum actionem.

43 Contraria ergo sententia placet magis, & hoc casu  
 locum fore constitutioni nostrae, quamquidem  
 sententiam probauit Oldra. & Alber. hic, ut  
 retulit Ripa. d. capi. saepe. nu. 58. & eam  
 nouissimè secutus est Didacus Couarr. lib. 3.  
 uariar. resolut. cap. 16. num. 7. uerfic. his  
 praeterea suffragatur, ea adducuntur rationes,  
 quod ꝑ hereditas iacens defuncti personam  
 repraesentat, & pro domino reputatur. l. in  
 eo dem. ꝑ. vlt. & l. eq. & l. hereditas. ff. de  
 adquirendo rerum dominij. Ripa tamen d. capi:

saepe num. 58. respondendo dicebat, iacentem  
 hereditatem repraesentare quidem defuncti  
 personam, sed sic, vt clarè probat text. l. mor-  
 tuo. ff. de fideiuss. & confert elegans doctrina  
 Comen. in. l. 1. ꝑ. vltimo. ff. de adquirenda  
 possessione, quem est secutus Iaf. in. l. si quis  
 pro emptore, num. 29. de usucap. statutum  
 Paenise, & nunc clarior ꝑ Nouae status Mediolani  
 constitutiones, sub titulo de bonis ad cri-  
 das ponendis, quibus est cautum, non licere  
 amplius alicui agere contra bona uendita &  
 proclamati expolita, nisi intra certum tempus  
 fuerit contraditum, non habere locum contra  
 iura iacentis hereditatis, quae dum sic tam  
 habent personam, contradici non potest, quā  
 doctrinam citauit Alcia. in lib. 2. de verbo. fig.  
 pag. 83. in paruis impressionibus. quae tamen  
 respo. sio, non satis placet, ut iam admonui,  
 nec simile illud, quod ab Alcia. citatur satis  
 conuenit, cum alia sit ratio in casu. d. statuti,  
 in hereditate iacente, quae non est in ceteris  
 rerum dominis. nam in illa iacente hereditate  
 cessat contradicendi facultas, & opponendi  
 contra proclama, quare ne ob imponentiam  
 futurus haeres tantum sentiat incommodi,  
 sic restitit est constitutum, at diuersum in  
 casu nostro, in quo non persona rei occupatae  
 principaliter, sed occupatoris audacia & temeritas  
 consideratur, qui vt se excusare non potest,  
 dum crediti re occupatam esse alicuius uacantem,  
 sic, nec si opinatur esse iacentis hereditatis.  
 Idem ergo Ripa. d. cap. saepe. num. 58. aliam  
 adfert responsionem, inquit ꝑ praesupposito,  
 quod hereditas iacens uerè possideatur. l. ceptam  
 de usu. cap. argumentum retorquetur, si uerè  
 possideatur, non habet locum haec constitutio,  
 quae tunc locum habet cum uacua possessio  
 occupatur. Verum nec responsio ista satis  
 placet, cum uerè hoc casu possessio dicatur  
 uacans. l. nunquam ꝑ. uacuum, ubi glof. in  
 uerbo post aditam, de usucap. text. clarissimus  
 in. d. l. 1. ꝑ. Scauola. ff. si quis test. li. esse  
 iussu. fuerit, & qd dicitur in. l. ꝑ. ceptam,  
 procedit iure singulari. l. iusto. ꝑ. non  
 dum. de usu. cap. & ob completum scilicet  
 usucapionis, ut declarat egregie Corasius  
 lib. 6. miscella. Iuris cap. 12. nume. 2.

47 sic etenim e contra uidemus aduersus iacentem  
 hereditatem praescriptionem continuare ut  
 post Alexand. consil. 3. lib. 2. Soc. Sen. consilio  
 60. in fine libro 1. & alios, quos citauit,  
 tradit Balb. in TraGat. praescript. prima  
 particula. 6. partis principalis casu uicesimo  
 quinto, uerfic. secundo fallit. Quare postior  
 haec sententia magis placet, ea praecipua  
 ratio, quia negari non potest, quin aliena occu-

pauerit is occupator, qui omnino tenetur sita  
tim restituere, & si aliam penam non patia-  
tur. Accedit, quod scribantur omnes in l. non  
est dubium ubi laf. num. 1. C. de legat. dum af-  
48 firmant legatarium teneri quidem possessio-  
nem restituere rei a se occupatae, iacentis here-  
ditatis tempore, ius tamen legati non amitte-  
re, idem censuit Didacus qui supra. Hoc neces-  
sario intelligimus, cum hereditate adhuc iac-  
ente illius non mine uel a curatoribus datis,  
vel ab aliis illius nomine agitur ad recuperan-  
dam possessionem, secus si iam adiuu heres,  
ut nunc subijciam.

49 Secundus casus est, cum res hereditaria oc-  
cupatur hereditate adita, sed nondum posses-  
sione apprehensa: & hoc casu locum esse con-  
stitutioni nostrae crebriore calculo, nostri affir-  
mant, ut refert Ripa. d. cap. saepe. num. 58. ver-  
sic. 3. potest ita adducuntur ratione, quia tunc  
50 t heres dicitur dominus. l. cum heredes in pri-  
de adquirenda possessione, non ergo potuit  
occupari, uerum respondent Oldra. Alber. &  
alij, qui contrariam tuerent sententiam, quod  
licet heres sit effectus dominus, non tamen est  
effectus possessor, ut deinde sui ratione, pos-  
sessio uacat dici postmodum possit, ut latius  
subijciam.

Contrariam itaque sententiam probauit,  
Oldra. Alber. hic, & Saly. colum. 3. uersic. se-  
cundo quaro, quos uisus est sequi Ripa. d. ca.  
sape. num. 58. in fine. quibus subscribo, & si no-  
ignorem plura adferri, quae non urgent, ut il-  
lud, quo inquit Ripa satis hoc casu esse alij re-  
medij heredi succursum, primo per interdi-  
ctum quorum bonorum, secundo per reme-  
dium. l. vltima. C. de edicto Diui Adria. toll.  
3. per accusationem criminis expilatæ heredi-  
tatis. l. vltima. C. de crim. expil. hered. huic  
nim argumentationi responderi potest, non  
satis ex illis dispositionibus hoc in casu esse

51 heredi succursum, nam quoad interdictionem  
quorum bonorum, uidemus illud solum con-  
cedi bonorum possessori, qui in iudicio bo-  
norum possessionem agnouit. l. 1. ubi glof. &  
Bart. ff. quorum bonorum Ripa in rubrica. ff.  
eo. col. 2. uersic. 4. differentiatur Remedium uero  
52 l. ult. C. de edicto Diui Adria. tollen. illi solum  
conceditur, qui testamentum habet pro se,  
non uitiatum nec cancellatum. quare ueniens  
ab intestato non conceditur. omnes. d. l. vlti-  
ma, Ripa. d. rub. ff. quorum bono. in fi. rursum  
utrumque est adipsendam, cum tamen nos lo-  
quamur in casu recuperandae remedio. l. ult.  
C. de crim. expil. hered. supra satisfactum est.  
Secundo ergo loco argumentantur alij ea ra-

53 tione, quod possessio hic non possit dici va-  
care, quoad heredem hunc, cum eam numquam  
apprehenderit, & priuatio etenim habitum  
precessisse arguit. l. manumissiones de iust. &  
iure. l. decem. §. decem, de verbo. ob. ueris, qui  
communem uellet tueri, respondere sic pos-  
set, quod licet quoad heredem non dicatur  
vacare possessio, eo tamen modo uacare dici-  
tur, quo uacat nondum adita hereditate, ut  
ergo eo casu conceditur huius constitutionis  
remedium, sic & hoc nostro, quia quoad pos-  
sessionem, pares sunt casus iacentis heredita-  
te, & ea adita nondum possessione apprehen-  
sa, cum quoad possessionem nihil fuerit in-  
nouatum, & eadem repositione dissolui ca-  
tera possunt, quae a Saly. hic considerantur.

54 Verum ut dixi uerior est hec Oldra. & Alber.  
sententia, quae a confirmo ratione, quia 1. &  
si par ratio sit, quoad possessionem, ut dica-  
tur uacua ita adita hereditate, non appren-  
sa tamen per heredem possessione, ut ipsa ad-  
huc iacentis hereditate: in alijs tamen maxima  
exat differentia, quo scilicet ad ipsum haere-  
dem, qui occupatorem uult expellere, & ab  
eo possessionem recuperare, qui non dicitur  
posse recuperare siue suam personam, siue il-  
lam iam defuncti consideremus, nam si consi-  
deramus heredem agentem ex persona defun-  
cti, non potest, quia iam hereditate & confusa  
55 sunt omnia, nec amplius dicitur hereditas. l.

1. §. veteres ubi late laf. nu. 14. de acquir. pos-  
sessione, quod uerum praesertim est post a nisi  
spoliatiois, cum tunc nullo modo possint he-  
redes defuncti nomine agere secundum glof.  
in cap. cum ad, sedem in verbo interdictionem.  
de restit. spolia. et diximus late supra in pri-  
mo remedio recuperandae possessionis. q. 33.  
in fine: aut consideramus heredem agentem  
ex propria persona, & tunc non conceditur  
hoc remedium, ea ratione, quia haec constitu-  
tio ut extensua interdictioni unde ui, hoc casu  
non conceditur, ut nec illo, ut iam docuimus  
d. q. 33. non enim potest hoc casu recuperare  
cum nihil amiserit. quare hoc casu ad ipse-  
dem interdictionem concedi debet, non recupere-  
rande, est tamen cogitandum, quod si uera  
esset illa Bar. sententia hic nu. n. quam supra  
q. 5. in fine reuicimus, hoc scilicet remedium  
esse in ista adipsendam, cessarent praedictae ra-  
tiones: & hoc casu locum haberet hoc reme-  
dium.

56 Quaro. 8. quid sit possessio ab eo, qui pri-  
mo uacua possessionem ingressus est postea  
de nouo vacare coepit, & alius ingressus est,  
cui debeat restitui possessio, an primo vel se-  
cundo

undo a quibus uacuit: & secundo restitui  
debere concludit hic glo. qua probauit Bar.  
nu. 12. Saly. col. vltima uersic. quaro. 10. & cui  
accedo, solet citari tex. l. 1. §. qui autem vi me  
& l. cum a te. ff. de vi & arma. ubi interdictum  
vnde vi, contra spoliatorem, non contra illius  
successorem datur: & ideo primus spoliatus  
agit contra spoliatorem suum, & secundus  
contra secundum, non autem agit primus co-  
tra tertium: ergo idem hoc nostro casu, cum  
sit illius interdicti extensua constitutio. Ri-  
pa. d. cap. saepe nu. 63. de restit. spolia. & forte  
fuit Petrus Perticensis hic, qui aliter a com-  
muni se eximens, sentit hanc constitutionem  
nostram non esse extensiuam, nec illius natu-  
ram interdicti vnde vi habere cum sit in rem  
scripta, uerum hoc nec uerbis constitutionis  
nostrae, nec alio iure (ut recte animaduertit  
Ripa) probatur. quam obrem respondet ipse

57 Ripa. d. l. cum a te loqui cum is vltimus spoli-  
ator causam habuit iustam, vel iniustam ab  
immediato suo praedecessore, & possessore in  
casu uero nostro, hic vltimus possessor occu-  
pauit uacantem, quam primus dominus sua  
authoritate potuisset apprehendere, & ideo di-  
citur occupasse uacantem ab ipso domino,  
& per consequens ei quoque dabitur huius co-  
stitutionis remedium, hanc repositionem non  
probo, tum quia uerum non est licere domi-  
no rei suae uacantem possessionem ingredi,  
(ut iam diximus) tum quia si esset uera, ad ca-  
sum illum tantum glof. & Bar. conclusio, quae  
generalis est, restringeretur. quare subsistit fu-  
damentum: nec relatae opinioni aduersantur  
quae retulit Rip. d. c. saepe. n. 63. qui contraria  
58 sententiam aduersus relatae probauit, affir-  
mando esse receptiorem, & si ex authorum di-  
numeratione iam relata sit crebrior, nam Bart.  
aliter sentit quam intellexerit Ripa, nec alte-  
rum reperio praeter Petrum Perticensem, quod  
retulit Saly. hic, qui hanc posteriorem senten-  
tiam probauerit, & in hanc opinionem ea ra-  
tione is addecebat, quod haec constitutio  
est inuenta ad fauorem domini, qui secundum  
aequitatem etiam praesertim debet l. bonafides  
ff. de positi, quia respondeo, hanc constitutio-  
nem esse editam pro possessore absente, & ad  
reprimendam audaciam occupatoris, ad l. bonafides,  
ex infra dicendis erit responsum. praeter  
tamen quod Ripa dicebat rationem nostrae co-  
stitutionis hoc casu militare, & forte uoluit  
sic argumentari, rationem constitutionis esse:  
quia, quod quis scit non esse suum, scire debet  
ad alium pertinere, sed in secundo possessore  
sic est, ut restituit primo, ut in vltimo occupa-

tore, ut restituit primo, quem dominum in-  
telligit, & secundus alium querere non debet,  
cum sciat rem ad se non pertinere, haec in qua  
argumentatio non procedit, tunc enim illi  
locus foret, quando dominus primus cum spoli-  
atore ad agendum contra nouum possessore  
rem concurrat, ut nunc subijciam. est ergo ue-  
ra glof. & sequacium opinio.

Declarari illa potest, primo non procede-  
re, & quando primus possessor & dominus co-  
currunt cum secundo possessore, quia is pri-  
mus praesertur: argumentum. l. bonafides. ff. de  
positi, sic Bar. hic nu. 13. & Saly. ac alij relati a  
Ripa. d. cap. saepe nu. 64. alia retulimus plura  
ad. d. l. bonafides declarationem, supra in pri-  
mo remedio recuperandae possessionis. q. 11.  
saeptis dicta non repetam.

60 Declaratur. 2. quom ex secundo ingredientis  
t uacua possessio in primum peruenit, nam  
primo spoliato conceditur facultas recupera-  
di adhuc contra vltimo possidentem, ut in ca-  
su feudali tradit Afflic. cap. 1. nu. 21. in fin. de  
milite uasalo, qui contumax est, post Iheri.  
quem citat.

61 Quaro. 9. an haec constitutio locum habeat  
contra eum, qui post a se factam occupatio-  
nem possessionem amiserit: & habere locum,  
ea contra eum agi potest, affirmant hic glo.  
quod placuit & Bar. nu. 14. Ripa. d. cap. saepe  
nu. 64. uersic. tertio dubitatur ex l. 1. §. rectissi-  
me, de vi & vi arma. nec me mouet, quod con-  
trariam sententiam probauerit Cy. & Saly.  
hic col. vltima uersic. 11. quaro, quia eorum ra-  
tio, qua adducuntur, non uiget, inquit enim,  
spoliatum ex interdicto vnde vi agere ob vio-  
lentiam in se commissam, sed hic cessat uiole-  
tia, ergo agere non potest, quia responderetur,  
quod licet is uolentiam non commiserit, ef-  
se tamen in dolo praesumpto, cum aliena oc-  
cupauerit, & hic casus est extensus, & a Iustina-  
niano diffinitus, ut idem sit, quod in interdi-  
cto vnde vi, cum ergo hoc in casu illud pro-  
cedat, sic & nostra constitutio.

Declaratur hanc communem Saly. hic col.  
vlt. uersic. 12. quaro, quid si & c. non procederet  
quando sine culpa possidere desistit, sic inquit  
probari. d. §. rectissime, qui tamen contrarium  
probare uidetur, in uersic. idem Iulianus: dum  
uult spoliatorem teneri, & si res sine sua cul-  
pa perierit, uult inquam eum ad estimationem  
teneri, & reddit rationem generalem, ubi eni-  
quis vi deiecit, per eum stetit uidetur quo-  
minus restitueret, quare absolute uerior est  
glof. & Bar. sententia.

62 Quaro. 10. an ad hoc vi haec constitutio lo-  
cum



cum habeat is occupator in dolo esse debeat, & in dolo esse debere affirmavit glo. hic, & intelligit Bar. nu. 15. de dolo vero vel presumpto, idem placuit Saly. col. vlt. vers. tertio decimo quero, si ergo sufficit occupatorem hunc in dolo presumpto esse, sine dubio constitutio hæc locum habeat, cum is occupator erit in dolo vero, quod tamen sufficit esse in dolo presumpto probat secundum omnes textus, in illa ratione, omnes autem scire debent & c. quæ verba præsupponunt, seu ostendunt solum dolum presumptum, nec enim verum possumus dicere, cum aliquam habeat excusationem, seu habere videatur, ex quo enim excusatio non est legitima, dolum presumptum, verum aduersari videtur tex. l. pen. C. de cuius vbi bonafides presumitur nisi mala probetur, sic in l. si fundum. C. de rei vend. & alia citavit Alcía. tract. præsump. reg. 3. præsump. 5. num. 1. 2. Didacus in cap. possessor. 3. parte. §. 8. nu. 2. de reg. iur. in. 6. dissoluit nodum Bar. inquit; in possessore cum titulo bonafidem præsumi, nisi malafides probetur, & ita intelligit d. l. pen. in possessore vero sine titulo malafidem præsumi, si a veteri possessore obijciatur, non si a tertio. Quo tamen res clarior fit, plures constituemus conclusiones, eas suo ordine declarando. prima est conclusio bonafidem in possessore præsumi. d. l. pen. C. de cuius vbi Alcía. & Didacus præcitat in locis, addo Alex. conf. 200. nu. 4. lib. 2. conf. 75. col. pen. lib. 4. Balbum in l. Celsus, nu. 104. de præscrip. qui communem esse affirmant, nec obstat, quod Inno. & Bal. in cap. tuas de testibus & Imola in cap. fin. de præscrip. ac Fely. in cap. si diligenti nu. 4. de præscrip. contrarium verius esse affirmaverint, quia à communi non esse recedendum & iudicatio & de iure respōdēdo, cū Balb. suadeo.

65 Extenditur primo etiam si possessor lucrativam causam habeat, & de sola longi temporis præscriptione agatur. l. super lōgi vbi glo. & docto. C. de long. tempo. præscri.

66 Extenditur. 2. tamen si titulum habeat tantum putativum glo. & Bar. l. Celsus nu. 17. de usufrucap. omnes in cap. si diligenti, de præscrip.

67 Extenditur. 3. etiam si errore iniusto possideat Bartol. d. l. Celsus egregie tradit Molinæ. conf. 20. num. 1. 2. 3. & qua ratione bonafides præsumatur, & contra non malafides, docuit eleganter Aemilius Ferret. in l. 3. num. 62. ff. de usufrucap. secunda est conclusio tamen occupatorem contra novum sine titulo, obijcere malafidem posse, sic Bartol. hic, & clarè Balbus in d. l. Celsus, num. 105. & hæc cō-

clusio non habet dubium, nam ut eam quod que præter a Balbo relato; affirmavit Alex. conf. 75. nu. 48. lib. 4. potest enim antiquus hic possessor dicere, scire debuit, quod tuus non est, ad alios modis omnibus spectare.

69 Declaratur primo hæc conclusio non procederet quando constaret de titulo, quia etiā tunc bonafides noui possessoris præsumitur contra illum antiquum possessorem, sic post Butrium & Fely. quos citat declaravit Balbus. d. l. Celsus num. 107. versic. secundo limita.

70 Declaratur secundo non procedere tamen elapsis triginta annis, cum tanti temporis cursu præsumpta malafides extinguitur, sic Bartol. hic nu. 17. & cum eo communis est sententia, vt testatur Balb. d. l. Celsus nu. 106. 107. dum multos citavit, & alios plures retulit Didacus. d. cap. possessor. 2. parte. §. 8. nu. 3. de reg. iur. in. 6. addo eiusdem sententiæ Craue. tract. de antiquit. tempo. quarta particula quartæ partis princip. nu. 20. ubi declarat respōsum sum. 146. vbi in his terminis consuluit, idē respondit Ruin. conf. 156. nu. 10. lib. 1. conf. 34. nu. 10. lib. 2. conf. 27. nu. 27. lib. 3. conf. 13. nu. 4. consil. 44. nu. 17. consil. 118. nu. 4. lib. 4. Soc. lun. conf. 115. nu. 30. lib. 2. Rolan. a Valle. conf. 3. nu. 93. Ripa. d. cap. sape nu. 66. 67. de restit. spolia. Molinæ. d. conf. 20. nu. 4. est verum quod Ruin. in hoc sibi parum constans fuit, & contrarium respondit consil. 4. nu. 29. conf. 204. num. 14. lib. 1. & idem conf. 150. nu. 17. lib. 4. affirmavit Bar. sententiam posse iusta ratione negari, ante eum contra Bart. & ceteros, tenuit Imola in l. Celsus col. pen. ut ibi refert Balb. nu. 106. sed durum nimis esset a receptissima Barto. sententia recedere, cui nunc accedo.

71 Tertia est conclusio tamen novum possessorem sine titulo quoad tertium præsumi bonafide possidere, sic omnes relati a Balbo d. l. Celsus num. 105. nec enim aliqua in tertio est ratio, qua obijcere in possessorem possit malafidem, cum illi possit respondere possessor, quoad te liberæ ædes habeo, iuxta textum. l. loci corpus. §. competit de seruit. vba. prædictio. Non me latet tamen contrariam sententiam probasse Imolam. d. l. Celsus col. ultima Fely. d. cap. si diligenti nu. 4. 5. de præscrip. & refert Balb. d. l. Celsus, & ibidem Claud. Seyfelliis num. 29. sed à communi non recederem.

72 Declaratur hæc conclusio eo tamen casu non procedere cum ipsi possessori sine titulo, iuris etiā præsumptio aduersatur, sic post Bar. id. l.

d. l. Celsus. nu. 17. declarat ibidem Balb. nu. 108. qui postmodum subdeclarat, idem respōdit Alex. conf. 75. nu. 48. lib. 4.

73 Quæro. 11. si occupator alteri uendat, quanto tempore is emptor præscribat. glof. inquit, decem uel uiginti annis, eam probauit hic Bar. in fine, qui tamen subijcit hodie aliter esse ex dispositione auth. malefidei. C. de præscrip. longi temp. & glofæ sententiam uno probauit verbo Saly. hic col. vlt. versic. 15. quæro, uerum cum hic locus non posset ut illius authenticæ materiam excutiam, uidentur quandoque; erunt ad illius interpretationem, Soc. tract. fallen. regula 3. & regula 431. Ruin. conf. 105. in fi. lib. 1. Balb. tract. præscrip. secunda particula 3. partis princip. q. 12. col. 2. 3. Gomes. §. sed iste nu. 40. Inft. de actio. Soc. lun. conf. 69. num. 54. lib. 1. Boe. q. 182. num. 44. Rolan. a Valle conf. 79. num. 9. 10. lib. 1.

74 Quæro. 12. an tamen constitutio nostra locum habeat contra occupantem possessionē præbende uacantis, & non habere locum, affirmavit hic Ang. in fi. post Inno. quem citat, ea ratione, quia numquam hoc casu possessio uacare dicitur, cū ecclesia semper possideat. rursum, quia tamen spiritualia propria autoritate non possunt occupari. cap. causam in fi. de proba. & hanc sententiam probauit Ripa. d. ca. sape nu. 57. versic. tertio dubitatur, de restit. spoliato. post Specul. & Butrium, quos citat: eiusdem fuit sententia Bellamera conf. tertio, sexto dubio, licet Albe. & ante eum Petrus hic aliter senserint, & malè: quin damnosa potius esset ecclesiæ hæc constitutio quam utilis, si ea experiri contra occupatorem uellet, cum alio fortiori uti possit.

76 Quæro. 13. an constitutio tamen ista locum habeat contra occupantem agrum desertum & incultum: & non habere locum, censuit hic Albe. col. 1. & clarior Corsetus sing. in verbo occupatio, incipit, tu habes, & in hanc sententiam citat textum. l. qui agros. C. de omni agro deserto lib. xi. quem pro sententia hac ibi notat Bartol. nec dissentire uidetur Ripa. d. cap. sape nu. 66. de restit. spolia. qui citando. d. l. qui agros, inquit tamen occupatorem præscribere biennio, ne amplius postmodum molestia afficiatur, idem censuit in tract. Pestis in tit. de remedijs persone contra Pestem num. 2. 3. 1. qui hoc aduersus Bar. & ceteros in l. rem que nobis. & in l. de eo. §. si fortè. de acquir. poss. intelligit procedere tam in agris tributarijs, quam non tributarijs, & Balb. tract. præscrip. prima particula quartæ partis princip.

78 cipi. col. 2. versic. prædicta conclusio, eam adferunt omnes rationem, esse hoc constitutum ob culturæ utilitatem, quinimo cessat hoc casu præsumptus doli occupatoris, nec mirum uideri debet, quod nostra hæc constitutio distinctionem recipiat ab illa l. qui agros per multos annos ante nostram condita, ut potè à Valentiniano Theodosio & Arcadio, sicq; anno tricesimo nonagesimo primo salus humanæ, ut aliàs diximus in anteludis nam & lex posterior ab antiquiori sæpè declaratur glof. in l. sciendum. ff. qui fatid. cog. & licet dixerim statim Ripam intelligere tam in agris tributarijs quàm non, aliter sentit Riminal. conf. 100. nu. 48. 49. lib. 1. qui in solis tributarijs uult procedere, & idem sentit post citatum Corsetum, & Didacus, in cap. possessor secundum parte. §. 11. in fi. de reg. iur. in. 6. quare dicebat Riminal. hodie in tamen cessare illius. l. qui agros dispositionem, cum agri tributarij non reperiantur.

79 Extenditur tamen relatus casus. l. qui agros, ut non tantum iure ciuili procedat, sed & iure Pontificio, sic Ripa. d. tract. pestis. d. tit. de remedijs persone contra pestem nu. 253. addo Baldum conf. 12. Quidam D. Mathæus col. pen. in fi. lib. 1. dum affirmat non esse inconueniens, nec nouum, quod quis ob negligentiam iure suo priuetur, ut latè olim diximus.

82 Quæro. 14. an tamen remedium huius constitutionis concedatur reuerso ab hostibus pro recuperanda possessione occupata tempore captiuitatis: & non concedi affirmavit Ang. & Saly. hic, quos secutus est Ripa. d. ca. sape nu. 62. de restit. spolia. ea adducuntur prima ratione, quia tamen captus ab hostibus dicitur dominium & possessionem amississe. l. cū heredes. §. 1. ff. de acquir. poss. l. sic enueniet. ff. de adul. sicq; tempore occupationis res nō erat in bonis. d. capti, ergo ei nō dabitur hoc remedium, secundo, quia reuerso succurrit remedio ordinario, remedio inquam ex fictione legis Corneliæ: cessare ergo debet remedium subsidiarium, nec Alberici authoritas aliter hic sentientis me mouet, cum nulla solida adducatur ratio.

84 Extenditur ut eo tamen casu procedat, si is captus ab hostibus per momentum temporis in captiuitate durasset, nam cum tunc amiserit statim possessionem. d. l. cum heredes §. 1. de acquir. poss. & possessio semel extincta amplius non possit reintegrari. l. Pōponius §. quæstum. ff. de acquir. poss. est ergo & in hoc casu necessaria noua possessio §. q. d. l. cum heredes. §. 1. cum ergo tamen extinctione

tionē actus agatur, etiam temporis momen-  
 tum est in consideratione. l. uxoris abortu. C.  
 de posthu. hered. in lit. & hac ratione adduc-  
 tus sic docuit Ioannes Crotus. in l. si is, qui  
 pro emptore nu. 7. de vtu capio. in recuperan-  
 da possessione amissa, ob momentaneam ca-  
 ptiuitatem postliminij fictionem nihil ope-  
 rari, ut apud cum, qui alia ratione etiam uti-  
 tur, eoq; loco respondet ad. §. l. qui possessionem  
 de ui & ui arma. quae intelligitur cum  
 possessio amissa in ipso cōsuctu recuperatur,  
 quod conceditur, quia is animo non dicitur  
 possessionem amisisse, non mirum si sua au-  
 thoritate recuperat, qua de re suo loco dixi-  
 mus. in casu autem nostro idem dicendum est  
 in possessione hac per momentum amissa,  
 quod in ceteris, cū ratione amissionis par sit  
 ratio. nō ignoro tamen multis in casibus mo-  
 mentanea in consideratione non esse, ut uide-  
 mus in l. vlt. §. vlt. C. de bonis quae libe. vbi  
 momentanea acquisitio non habetur in cō-  
 sideratione, & ad uiro non dicitur diuertisse,  
 qui per momentum ab eo absuit. l. periq;  
 ff. de ritu nuptia. l. diuortium non est. ff. de  
 diuor. sic foluens ut statim repetat, non dicitur  
 soluisse. l. qui sic. ff. de solutio. sic prohibet  
 tust alienare extra familiam, non dicitur pro-  
 hibitioni contrariū enisse, quando per momen-  
 tum tantum res fuit extra familiam. Ang. in l.  
 voluntas. C. de fideicommiss. quem securus  
 est Crotus. d. l. si is qui pro emptore. nu.  
 7. de vtu cap. & Opizonus Papiensis in l. filius  
 fam. §. Diu. nu. 100. de lega. i. & simile addit  
 Crotus, ex Ang. & Roma. in l. sequitur. §. itē  
 Labeo. de vtu cap. §. Emphyteotam alienantē  
 emphyteosim domino in requisito, non amit-  
 tere eam si per momentum tantum durauit  
 alienatio. sic maritus, §. qui ex statuti disposi-  
 tione dotis partem, ut in Ciuitate Montis Re-  
 galis, uel integrā, ut Papię, lucrabitur, si per  
 momentum durauit matrimonium. ut affir-  
 marunt Baldus & Ang. in l. non tantum. C.  
 de lega. Aret. in l. 2. in prin. & in l. si ante nu-  
 ptias. col. ult. ff. fol. matrimo. Soc. Sen. conf.  
 223. col. 2. li. 2. l. si. l. si donaturus in §. ult. ff. de  
 cond. ob causam. Dec. conf. 177. col. vlt. &  
 consil. 623. Ripa. l. 1. nu. 66. fol. matrimo. & in  
 l. vlt. q. 38. C. de reuoca. dona. latē, & doctē  
 Rolan. à Valle in tracta. de iure dotis. q. 59.  
 vbi alia adfert familia: sic plura apud Tiraq.  
 in l. si unq; in verbo susceperit. num. 171. 172.  
 C. de reuoca. dona. & in tracta. quod cessante  
 causa cesset effectus Limita. 23. addo Barba.  
 conf. 12. col. 14. in fi. lib. 1. dum affirmat statu-  
 tum prohibens maritum in ultima voluntate

re aliquid uxori relinquere, non procedere  
 quando per momentum tantum perduraret  
 relictum. alia apud eundem Barba. conf. 22.  
 col. 6. lib. 3. & apud Plotum Nouare. inter  
 consilia criminalia diuerforum, consil. 108.  
 nu. 65. 66. addo pariter Ripam in l. cum filio-  
 fam. num. 43. de lega. 1. qui relata declarat, in-  
 quit; etiam §. momentanea esse in considera-  
 tione, si prodesse possunt, commodumq; ad-  
 ferunt. Petrar. sing. 26. tu habes &c. cetera ex  
 industria silentio praetercam, ne extra rem va-  
 gare uelle videar.  
 Quaro. 15. an §. constitutionis huius nostrę  
 remedium concedatur commodatario, de-  
 positario & similibus: & non concedi docuit  
 Ripa in ca. sape nu. 60. in fine. de re litu. spo.  
 pendet hac disputatio ab illa, an & quando  
 possidere dicitur commodatarius & de positi-  
 tarius, ut postmodum spoliatus recuperet.  
 qua de re late diximus supra in nono reme-  
 dio. q. 22. & alia adferemus infra in 15. reme-  
 dio ex cap. reintegranda. §. q. 1. in quaestione.  
 7. quare ex traditis illis in locis finiri hac po-  
 terit quaestio.  
 Quaro. 16. an §. constitutio hac locum ha-  
 beat eo in casu, cum scholasticus in Auditorio  
 scholasticū locum occupauit: & ex consu-  
 etudine locum non habere affirmat Petrus  
 Rebuffus in tracta. de Priuilegijs schola-  
 rium. q. 101. ex iuris tamen communis dispo-  
 sitione locum habere uidetur: quandoquidē  
 unus alterius locum occupare non potest, ut  
 sensit glo. ex illo tex. in l. vltima. C. de officio  
 magistrī officio. quod utinam tam ex consue-  
 tudine diligenter, quam ex iure cōmuni ob-  
 seruaretur. nec enim esset, quod corrupti hu-  
 ius gratias mores graui arguerētur supercilio,  
 quandoquidē illae malus inoleuit usus, ut  
 non modo asidui aliqui sint in pralectioni-  
 bus, sed & dum docentes adeunt, eo adeunt  
 animo ut docentes plus sapere uideantur, uel  
 ceteris diligentioribus suis sibilationibus &  
 obstrepationibus impedimento sint. quos  
 §. per triduum excommunicatos censuit Ro-  
 man. sing. 673. Quando vniuersitas &c. in  
 hos grauisimē inuehitur Ioannes Neuz. lib.  
 5. Syluae nuptia nu. 51. §. 2. qui scholasticorum  
 detegit uitia quāmplura. quod si tanta uitio-  
 rum hodie est copia, mirum uideri non de-  
 bet si exoluit ius hoc recuperandi occupatū  
 in Auditorijs locum. uerū nec ullo unquam  
 iure comprobātū fuit. quandoquidē §. glo.  
 in d. l. vltima. C. de officio magistrī officio.  
 male fumat argumenta a constitutione illa,  
 ad casum hunc nostrum: illa enim cōstitutio  
 in anti

in antiqua illa §. schola militia loquitur in  
 qua gradus constituiebantur omniumq; po-  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 20  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100  
 101  
 102

beat, tam pro possessione rei mobilis, quam immobili.  
 Et si rem mobilem ff. de adquiren. possess. declaratur.  
 Exceptio dolo facti petere, quod statim restituitur o, an agē  
 ti remedio. l. vltima. C. de adquir. possess. obijci possit.  
 Constitutio. l. vltima. C. de adquiren. possess. an locum ha-  
 beat. cum agitur de recuperanda possessione non mo-  
 bile, sed tradita a seruo, uel colono.  
 Ratio ubi eadem est, conceditur in correptorijs extensio.  
 Ratio eadem ubi est, non fit extensio, sed interpretatio.  
 Ratio ubi est eadem, non dicitur lex exiēdi, sed enucleari.  
 Contrabens cum alio, non ita de facili cum rei dominum  
 credere debet.  
 Verbi Prodere, significatio.  
 Credens iusta ratione seruans uel colonum rei ad se aliena-  
 ta dominum esse, a vero domino remedio. l. vltima  
 C. de adquiren. possess. conueniri non poterit.  
 Creditor ubi an possit remedio. l. vltima. C. de adquiren.  
 possess. contra tertium, in quem debitor uenit utitur & in hanc  
 sententiam textum illum annotauit consulti-  
 sissimus uir Petrinus Bellus in tracta. de Re  
 milita. parte prima tit. 6. num. 12. 13. fatuam  
 ergo Accurij interpretationem nem-oest qui  
 non uideat, & inspidam magis illam t Petri  
 Rebuffi uiri alioqui eruditi.  
 Quaro vltimo, qualis esse debeat §. libelli  
 forma, dum in foro huius constitutionis reme-  
 dium deducitur: docuit hic Saly. in fine.  
 ad quem beneuolum lectorem allego, ne quae  
 difficultatem non patiuntur sepius repetam.  
 Haec ad tertiumdecimum recuperandae pos-  
 sessionis remedium.

S V M M A R I V M  
 DECIMI QUARTI REMEDII  
 RECUPERANDAE  
 POSSESSIONIS.

1 Constitutio. l. vltima. C. de adquiren. possess. vna est ex-  
 quinqueaginta constitutionibus instituta.  
 2 Seruus uel colonus factum in amittenda possessione domino  
 prauidicare hodie non potest.  
 3 Constitutio. l. vltima. C. de adquiren. possess. an retinenda  
 uel recuperanda potius remedium contineat.  
 4 Negatiua uis fortior est affirmatiua.  
 5 Dicitur penitus, pressē naturam habet.  
 6 Dicitur nullo modo, negatiua omnia potentia.  
 7 Dicitur nullo modo, idem quod dicitur penitus, operatur.  
 8 Dicitur aliquid, in re minima verificatur.  
 9 L. vltima. C. de adquiren. possess. multu modis perperditur.  
 10 Constitutio. l. vltima. C. de adquiren. poss. an iuris anti-  
 qui correptoria, sit.  
 11 Correctio in dubio euitanda est.  
 12 Constitutio. l. vltima. C. de adquiren. possess. exorbitans est  
 ex Ripa & Tiraquelli sententia.  
 13 Exorbitans dispositio, & correptoria, quae, & quomodo in-  
 ter se differant.  
 14 Constitutio. l. vltima. C. de adquiren. possess. an locum ha-

beat, tam pro possessione rei mobilis, quam immobili.  
 Et si rem mobilem ff. de adquiren. possess. declaratur.  
 Exceptio dolo facti petere, quod statim restituitur o, an agē  
 ti remedio. l. vltima. C. de adquir. possess. obijci possit.  
 Constitutio. l. vltima. C. de adquiren. possess. an locum ha-  
 beat. cum agitur de recuperanda possessione non mo-  
 bile, sed tradita a seruo, uel colono.  
 Ratio ubi eadem est, conceditur in correptorijs extensio.  
 Ratio eadem ubi est, non fit extensio, sed interpretatio.  
 Ratio ubi est eadem, non dicitur lex exiēdi, sed enucleari.  
 Contrabens cum alio, non ita de facili cum rei dominum  
 credere debet.  
 Verbi Prodere, significatio.  
 Credens iusta ratione seruans uel colonum rei ad se aliena-  
 ta dominum esse, a vero domino remedio. l. vltima  
 C. de adquiren. possess. conueniri non poterit.  
 Creditor ubi an possit remedio. l. vltima. C. de adquiren.  
 possess. contra tertium, in quem debitor uenit utitur & in hanc  
 sententiam textum illum annotauit consulti-  
 sissimus uir Petrinus Bellus in tracta. de Re  
 milita. parte prima tit. 6. num. 12. 13. fatuam  
 ergo Accurij interpretationem nem-oest qui  
 non uideat, & inspidam magis illam t Petri  
 Rebuffi uiri alioqui eruditi.  
 Quaro vltimo, qualis esse debeat §. libelli  
 forma, dum in foro huius constitutionis reme-  
 dium deducitur: docuit hic Saly. in fine.  
 ad quem beneuolum lectorem allego, ne quae  
 difficultatem non patiuntur sepius repetam.  
 Haec ad tertiumdecimum recuperandae pos-  
 sessionis remedium.  
 Locatori non licet sua auctoritate rem in tertium per con-  
 ductorem alienatam recuperare.  
 l. 2. ff. de salua. in terd. declaratur.  
 Dolus debitoris, creditor non debet posse nocere.  
 Creditor constitutarius, non ad ius, sed debitoris cōmodum  
 possidet, & imbi declaratur.  
 Constitucio mortuus, constitutus uirtu extinguitur.  
 Exceptio necessaria est illa casu debitoris principali, si ca-  
 ueatur generali statuto in omnibus casibus faciendams  
 esse extensonem ante quam ad tertius deueniat.  
 Constitutio. l. vltima. C. de adquiren. possess. an locum ha-  
 beat contra eum, qui nomine unius deinde nomine al-  
 terius se possidere constituit.  
 Constitutio. l. vltima. C. de adquiren. possess. quomodo pos-  
 sit prodesse primo possessori constitutario, & secundo  
 cui re ipsa tradita est possessio.  
 Constitutio. l. vltima. C. de adquiren. possess. an prodesse  
 possit possessori in quem possessio per solam clausulam  
 Precary translatā est.  
 Possessio naturalis translata, transfertur & ciuili &  
 imbi declaratur.  
 Precary natura est, ut finiat ex concedentis uoluntate.  
 Possessio naturalis an sit penes creditorem ob clausulam  
 Precary.

- 46 *Præiudicium an concedatur remedium. l. vltima. c. de adquiren. possessio.*
- 47 *Præiudicium naturaliter possidet.*
- 48 *Colonus ad longum tempus an concedatur remedium. l. vltima. c. de adquiren. possessio.*
- 49 *Possessori, vel domino an concedatur remedium. l. vltima. c. de adquiren. possess. si quis occupauit possessionem, quam deseruit colonus animo non reuertendi.*
- 50 *Possessor antiquus si negligat apprehendere naturalem possessionem, a colono desertam. & ab alio occupatam, an eam perdat, nec remedium. l. vltima. c. de adquiren. possess. recuperare possit.*
- 51 *Constitutio. l. vltima. c. de adquiren. possess. an & contra clericos locum habere possit.*
- 52 *Laici contra clericos statueri non possunt.*
- 53 *Lex iniqua non est, cum se habet ad commodum & vniuersi.*
- 54 *Constitutio. l. vltima. c. de iure deliber. & auct. hoc amplius. c. de fideico. locum habet contra clericos.*
- 55 *Lex civilis si peccatum non continet, & canonis non aduersus etiam clericos ligat.*
- 56 *Lex Generalis ligat etiam clericos.*
- 57 *Andreas Barbata, quam multipliciter a doctoribus nota suo & de audaci insolitaque illius doctrina.*
- 58 *Constitutio. l. vltima. c. de adquiren. possess. an locum habeat in vna facti specie Beneficiaria.*
- 59 *Resignans Beneficium, resignatione admissa, statim ius suum & possessionem perdit.*
- 60 *Ius offerendi, an concedatur tertio possessori, contra quem agitur remedium. l. vltima. c. de adquiren. possess.*
- 61 *Ius offerendi cuiusvisque possessori conceditur.*
- 62 *Ius offerendi non conceditur contra agentem rei vindicatione.*
- 63 *Ius offerendi conceditur contra agentem ex remedio. d. l. vltima. c. de adquiren. possess. si aliter possessori non est succursum.*
- 64 *Constitutio & remedium. l. vltima. c. de adquiren. possess. an extinguatur per mortem illius, qui se creditur, vel alterius nomine se possidere constituit.*
- 65 *Constitutum extinguatur per mortem constituentis.*
- 66 *Voluntas morte finitur.*
- 67 *Constituto finito, ius tamen constituti & possessionem non perdit constitutus.*
- 68 *Remedio. l. vltima. c. de adquiren. possess. quanto tempore praescribatur.*
- 69 *Actio personalis. 30. annis tollitur.*
- 70 *Actio hypobscaria contra tertium possessorem quanto tempore tollatur.*
- 71 *Remedium. l. vltima. c. de adquiren. possess. est proprie contra tertium, possessorem introductum.*
- 72 *Possessor debet esse bonafidei, vt praescribat, in casu tituli. c. si aduersus creditorem.*

## IMPERATOR IVSTINIANVS.

A. IOANNI P. P.

Ex libris Sabrianis quaestionem in diuinas nostras numinis aures relatas tollentes definimus, vt siue seruus siue procurator, vel colonus vel inquilinus, vel quispiam alius, per quem licentia est nobis possidere, corporaliter nactam possessionem cuiuscumque rei, eam dereliquerit vel alii prodiderit, desidia forte, vel dolo, vt locus aperiat alii eandem possessionem detinere: nihil penitus domino praedicti generetur, ne ex aliena malignitate alienam danum emergat, sed & ipse, si libera conditionis est, competentibus actionibus subigetur: omni iactura ab eo restituenda domino rei, vel ei, circa quem neglexerit vel dolo se versauerit. Sin autem, nec dum sub manibus procuratoris, vel coloni, vel inquilini, vel serui possessio facta est, sed ipse eam accipere desidia vel dolo superfedat: tunc & ipse, qui eam transmisit, ex mala sua electione praedictum circa eam possessionem patiat, ex memoratarum personarum vel machinatione, vel negligentia accedens, Hoc etenim tantum sancimus, vt dominus nullo modo aliquod discrimen sustineat ab his, quos transmisserit, non vt eam lucrum sibi per eos aliquid acquirat, cum & antiqua regula iuris, quae definiuit deteriores conditionem per seruum domino nullo modo fieri, tunc locum habeat, cum dominus de damno periclitetur: non cum sibi lucrum per seruum adquisiderit. Salua videlicet in hoc casu domino rei, vel ei, qui ad eam detinendam praefatas transmisserit perfonas aduersus eas omni actione (si qua ex legibus ei competit) seruati.

DECI

## DECIMUM QVARTVM RECUPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIUM. DIVM. EX. L. VLTIMA. C. DE ADQUIREN. POSSESSIONE.

**N**ouissima vna haec est ex quinquaginta Iustiniani constitutionibus, ut olim admonui, qua domino amittenti possessionem factam & culpa serui, coloni, vel alterius cuiusvis, prouisum est, cum illorum factum domino nocere minimè debeat, olim tamen in amittenda possessione illorum factum domino nocebat. l. 3. §. quod seruus. l. peregre. §. vlt. de acquirenda possessione, Ripa in rubr. ff. de interd. num. 6. in fine, & suo loco dicemus.

**Q**uero primo, an huius constitutionis nostrae remedium, sit retinenda possessionis, vel recuperanda potus, & esse retinenda multa suadere videntur, in primis illa tituli inscriptio, sub quo collocata est haec constitutio quae, de acquirenda, & retinenda possessione est, quae quidem inscriptio non conueniret si haec ipsa constitutio de recuperanda possessione tractaret. Suadetur secundo ex uerbis text. dum tam amplo & uniuersali sermone utitur, nihil penitus domino praedicti generetur, maxima enim est vis negatiuae uniuersalis, quae totum excludit. l. naturaliter. §. nihil commune de acquirenda possessione. l. nihil ff. de capt. & postlim. reuerf. quas hic citat Saly. col. 3. uerf. ego etiam reprobo & c. Soc. Se. conf. 2. col. 3. uerf. verum praedictis. l. i. & ibi in fin. d. col. 3. augetur, quia maior est negatiuae, quam affirmatiuae vis & potestas. l. hoc genus ubi glos. de cond. & demo. latissimè Tirag. in l. boues. §. hoc sermone. 7. limit. de uerborum significatione: addo Rubeum confil. 51. num. 4. Crauet. confil. 146. num. 4. & conf. 294. num. 6. Confirmat hanc sententiam tertio hic text. in illis uerbis, penitus & c. quae praegisa est, & omne praedictum excludit. §. est & aliud Inst. de donat. Saly. qui supra & tradit Soc. Sen. d. confil. 21. col. 3. uerf. item ponderandum lib. 1. Ruin. confil. 180. num. 8. lib. 1. Dec. confil. 401. num. 9. Boe. q. 23. num. 23. Comprobatur quarto ex illis uerbis, ut dominus nullo modo aliquod discrimen sustineat: nam praedictio nullo modo est negatiua omnis potentiae. l. vlti. c. de testam. mil. Dec. confil. 3. nu. 7. uerf. 60. & vlti. Goza. confil. 71.

nu. 4. confil. 92. in fi. Tirag. in. l. si vnquam in uerbo reuertatur. nu. 93. C. de reuo. donat. & 7. dictio haec nullo modo, idè operatur, quod dictio penitus Goz. conf. 25. n. 9. si ergo nullo modo, si penitus, si nihil adferri pot praedictum, ergo non amittit dominus possessionem, quae confirmatur quinto loco ex illa dictione, aliquid quod discrimen, nam praedictio aliquid uerificatur, in quavis re minima. l. seruum. §. praetor ait, ubi Bar. de acquirenda hereditate, late Dec. in l. cum quid secunda lectura. nume. 2. ff. si certum petatur in. l. si quis id quod nume. 19. de iurisdictione omnium iudicum, latissimè Crauet. confil. 294. num. 4. & praeter eum plura Tiraguel. in. l. si vnquam in uerbo omnia num. 65. C. de reuo. dona. Cur. lun. confil. 177. in fin. Bello. confil. 13. num. 10. si ergo nec minimum in seruis praedictum, ergo non amittit, suadetur ultimo ex ea differentia, quam adfert text. inter lucrum & damnum, quod in quaerendis, non in quaesitis seruis domino praedictum adferre potest, vt ergo differentia sit bona, debemus dicere, dominum nihil amittere, quia aliàs ita seruis damnum adferret in quaesitis, ut & in quaerendis.

Verum tamen, vt omnes affirmant, recuperanda possessionis remedium, haec constitutio continet. quam sententiam communem testatur Ripa. in Rubr. ff. de interd. nume. 6. Grat. confil. 40. numero. 5. confil. 75. nume. 1. lib. 2. Cuius rei clarum praestat argumentum text. ipse in fine, dum nulli huic domino saluam esse omnem actionem contra eum, cui res data, & concessa est, si enim datur actio contra eos, qui detinent, necesse est dicere amissam esse possessionem, & si per actionem possit recuperari, nec me mouet, si quis diceret, ultimam huius text partem, illud respicere, quod paulo ante in textu dicitur, quo ad possessionem quaerendam, quam si dolo seruis non adquirat, saluam domino actionem esse: quia verum hoc non est, cum nulla hoc casu super sit domino actio, quando in quaerendis praedictum possit, haec quoque communem confirmat hic text. dum in uerf. sed & ipse si liberè & c. aduersus colonum, vel procuratorem, domino actionem, si damnum aliquod sensit, concedit: si itaque possessionem dominus retineret, frustra illi actio aliqua daretur, cum nullam sensisset damnum. Nec aduersatur, quae in oppositum adducta sunt, nam quod dicitur non conueniri inscriptione, est falsum, quia & si naturalem dominus amittat, retinet tamen civilem, ob quam facile naturalem, uel manu propria, uel iudicis authorita-

te recuperat, & quod dicitur nullum penitus inferri præiudicium, intelligitur secundum Bulga. hic a glo. relatum & Ripa. d. rubr. ff. de interd. num. 6. in effectu, cum ad recuperandum illa adhuc superfit actio, & si Cy. & Saly. Bulga. aduersentur. quinimò, ex quo dominus adhuc retinet ciuilem, non dicitur generatum aliquid detrimentum, cum sponte naturalem possit (ut statim dixi) recuperare. I. clam possidere. §. si. ff. de acquirenda possessione, & si olim omnem ciuilem & naturalem perderet. l. 3. §. quod seruus. ff. de acquirenda possessione, in qua difficultate extricanda, mirum in modum se torquent omnes, cum tamen ex sententia, & uera Bulga. ac Ripa. declaratione cessent omnia, quæ dubitationem adferre poterant.

10 Quæro. 2. an hæc constitutio sit iuris antiqui correctoria, uel non: & esse correctoriâ censuit Alexand. in l. peregr. §. quibus. num. 4. de acquirenda possessione sensit uno uerbo. Corne. consil. 190. num. 5. lib. 1. Barba. consil. 28. colum. 2. in princ. li. 1. nec dissentit. Io. Crottus in l. si is, qui pro emptore num. 205. de usucap. quorum sententia uidetur. l. 3. §. quod seruus & l. peregr. §. quibus. ff. de acquirenda possessione, & huius sententiæ fuit Martinus glossator.

Contraria tamen sententia est uerior, non esse iuris antiqui correctoriâ, quam opinio nem affirmant omnes Cyn. hic & Saly. colum. 2. uerfic. ego etiam, ratione: quia euitanda est in dubio legum correctio. l. præcipimus. C. de appellat. nec uerè dici potest correctoria, quia illa dispositio aliam corrigere dicitur, quando iam in specie disposita, in specie illi aduersatur, uel si in genere, in genere corrigit, ut in primo casu, si sit dispositum iure antiquo feminas non posse succedere masculis existentibus, si deinde nouo iure disponatur posse succedere, noua dispositio, antiq. correctoria est, in secundo casu non posse testari, si deinde lege noua caueatur, quod omni casu filiusfam. possit testari, noua hæc dispositio est antiq. in genere correctoria, quod non contingit in casu nostro, quia Pandectarum est cautum iure, dominum ex facto serui & coloni amittere possessionem, quo tamen ad recuperationem nihil statuit an possit dominus hoc casu recuperare, quod ergo hac nostra constitutione est dispositum, ut possit dominus recuperare, non pugnat cum iure antiquo, nec in genere, nec in specie, quare Ripa in d. Rubr. de interd. num. 7. dicebat

12 † nostræ constitutionis dispositionem esse ex

orbitantem, quam sententiam probasse uidetur Tiraquell. Tractat. de iure constituti primæ parte nume. 62. ea adducuntur ratione, quod dispositio tunc dicitur exorbitans, cū lex noua disponit aliquid in specie contra disposita iure antiquo in genere, ut si lex antiq. disponat dotē constante matrimonio nõ posse repeti, & lex noua disponat posse repeti, si uir uerget ad inopiam sic Bart. in l. si constante. q. 10. soluto matrimonio, sic differentia dispositionis correctoriæ & exorbitantis declarat Io. Crottus in l. omnes populi, nume. 193. de iust. & iure, quem est fecutus Crauet. Tractat. de antiquitate temporum quarta parte princip. in princip. num. 65. idem sentit Ripa in l. si constante num. 78. soluto matrimonio: dum distinguit casus dispositionis correctoriæ à casibus dispositionis exorbitantis, inquitque exorbitare, esse a communibus iuris regulis deuiare, ex glof. cap. ea quæ, de reg. iuris in 6. cum ergo in casu nostro constitutio hæc, non deroget iuri antiquo in totum, sed in certis casibus prouideat non correctoria, sed exorbitans potius dici debet, ex quibus non mediocri oritur utilitas, quia si correctoria esset, difficultius concederetur extensio, de casu ad casum, ut relati interpretes scribunt.

14 Quæro 3. an hoc remedium locum habeat tam pro possessione rei mobilis, quam rei immobilis: & habere locum censuit hic glo. Bald. & Ang. ex text. in illis uerbis, cuiuscunque rei, dum exponit, id est mobilis, quæ sanè sententia confirmatur ex doctrina Soc. in l. rem quæ nobis, nume. 13. uerfic. secundo concludo. ff. de acquirenda possessione, quæ est fecutus Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune, nume. 74. eodem titulo, & alij plures, quos suo loco referam, dum affirmant remedium recuperandæ possessionis ex cap. reinte granda. 3. q. 1. concedi etiam pro possessione rei mobilis, adducti eo textu in illis uerbis generalibus, seu uniuersalibus, reinte granda esse omnia. & ex text. nostro inferunt Bald. &

15 Angel. ad declarationem. t. l. si rem mobilem de acquirenda possessione, qua cautum dicitur, possessionem rei mobilis animatæ perdi statim, quo nostram effugit presentiam, & si ab alio occupata minimè fuerit, hoc intelligitur, quando nos ipsi possidemus, uel alter nostro nomine, & si fraude rem amisit, secus si is, qui nostro nomine possidet, cum fraude amisit, quia tunc nobis facultas, ex hac constitutione recuperandi superet, qui quidem text. l. si rem mobilem, & eo casu declaratur secundum.

dum Baldum & Angelum hic, post Inno. in cap. de seruorum, de feruis non ordina. non procedere quando rem animatam, sicque feruum fugientem, non definit dominus profequi: nam tunc non amittit possessionem, quod uerum an sit, latè disputat Alexand. in l. 1. §. per seruum, qui, num. 7. in fin. ff. de acquirenda possessione, non excuto, cum presentis instituti non sit.

16 Quæro. 4. an t. aduersus hoc remedium agentem possit opponi exceptio illa dolo facis petere, quod statim reslitutus es: & esse locum respondit Calca. consil. 29. numero. 10. quæ sententia numquam placuit, cum iam ostenderit esse hoc recuperandæ possessionis remedium, quod hanc exceptionem non admittit, ut olim diximus supra in primo remedio ex interdicto unde uis non repeto.

17 Quæro. 5. an huius constitutionis remedium concedatur ad recuperandam possessionem à colono, seruo uel simili traditam, uel solum concedatur, cum ab eis neglecta possessio occupatur: & concedi etiam cū est tradita, affirmarunt, Butr. Cy. & Petrus hic, ut eos est fecutus Ripa in Rubr. ff. de interd. nu. 7. idem censuit Corne. consil. 228. excogitabaz, lib. 2. Rui. consil. 172. nu. 5. lib. 4. & hanc esse ueram credidit Ang. hic col. uiltima uers. in ea, ibi, omni modo &c. & latius Saly. hic col. uiltima uers. addit ergo &c. & Albe. col. 1. Corne. consil. 85. nu. 4. lib. 2. Io. Crottus in l. si is, qui pro emptore, nu. 204. ff. de usucap. probauit hanc Claud. Seyfell. in l. exitus, col. 1. de acquire. poss. & certè uidetur hæc magis communis, quam uero uerbo probauit Craue. col. 235. in prin. & hanc probando esse communem testatur Rebuffus in commenta. Regiarum constitutio. tomo tertio tit. de causis possessionis beneficio. art. ult. glo. vna, num. 16. ea generali adducitur omnes ratione, quia domino per factum procuratoris, coloni, & serui, nullum inferri præiudicium potest, quæ sanè generalis ratio, tam militat in eo casu, cum tradita est possessio, quam cum permittitur ex negligentia occupatio, & ubi adest eadem ratio, est & idem ius. l. illud, ad l. Aquil. l. Titio. de uerbo oblig. uerum Alex. in l. peregr. §. quibus nu. 4. de acquir. poss. inquit hanc argumētationem non concludere, quia licet in utroque casu eadem adest ratio, non esse tamen in his correctorijs concedendam extensionem ex notab. glo. Clem. auditor, in uerbo Romana, curia, de rescrip. inno. t. ex. Clem. 1. in uerbo prelatum de electio. fco fallitur Alex. quia in 18 mo ubi eadem adest ratio in lege scripta, illa

ut generalis, omnes casus, nõ per extensionem, sed per intensionem complectitur. l. cum muz lier. ff. Sol. matr. l. his solis. C. de reuo. dona. & in his terminis sic respondet, & declarat Crottus. d. l. si is, qui pro emptore, num. 205.

19 quare ubi eadem ratio in duobus casibus est nõ extensio, sed intellectiua interpretatio fieri dicitur Bal. in l. quam uis circa pri. C. de fideicom. hinc respondit Oldra. consil. 85. Thema tale est, Titius canonicus, in fi. quod ubi eadem est ratio, non dicitur lex extendi, sed enucleari, alia plura adfert Crauet. Tract. de antiq. tempo. quarta parte principali nu. 91. cui addo latè Paris. consil. 32. nu. 20. lib. 2. & Io. Jac. de Leonardis inter conf. Brunii. consil. 17. nu. 264. quinimò Craue. præcitato statim loco num. 86. post. las. in l. si ita stip. §. Grifogomus nu. 37. in fi. de uerbo. ob. testatur contra Alex. d. §. quibus nu. 4. commune esse doctorum sententiam citantque Alex. in hoc sibi parum constantem, Crottus autem. d. l. si is, qui pro emptore, num. 205. dicebat melius responderi posse, eandem non rationem in colono tradente, & in negligente, quia tradente, accipiens potest credere illum esse dominum, nec nomine alterius detinere, quare culpa carere uideatur, quod non contingit in ipso occupatore rei uacantis: uerò subdij. is Crottus maiorem uideri rationem in tradente, cuius malignitas (quæ sola hic consideratur,) maior est, quam negligentis. l. si ex causa. §. nunc uidentum de mino. glof. notab. in l. 1. ff. ad Sylla: quam rationem exactè, & diligenter perpendit hic Albe. colu. 2. addo non esse satis iustam excusationem illius, qui a tradente accipit, quia nõ ita simpliciter debuit

21 credere illum dominum, sed percurtari debuit, cum quo contraheret. l. qui cum alio de reg. iur. & in specie sic considerat Grat. consil. 42. n. 19. li. 2. communis ergo sententiæ fundamentum defenditur. Confirmatur uera horum opinio, ex claris uerbis text. ibi, prodiderit, & cuius uerbi illa est significatio, ut idem sit, quod tradere, & dare. l. proditores. l. omne delictum. §. exploratores de re mil. capi. nolite xj. q. 3. quæ in hanc sententiam citauit Ripa d. rub. ff. de interd. nu. 7. in fi. & ante eum Saly. hic col. uiltima uers. alio modo si tractans, & citat textum. l. 2. C. que res expor. non debet. & l. 1. C. de his qui se defer. l. si quis aliquid. §. si miles, de pœnis, addo. l. priuatorum C. de iurisd. om. iud. & cap. sacerdos de pœnitent. distin. 6. Bartol. in l. repiciendum. §. delinquent, de pœnis, & apud Sallustium, Antequam arcem proderent hostibus: id est darēt.

accedit, aliàs ab Imperatoribus diffinitum colonum & seruum ex sua concessione domino non posse in sua possessione adferre præjudicium. l. i. seruus. C. quod cum eo & c. & l. vlt. eo. & in l. vlt. C. si aliena res pign. data sit; & in l. si colonum. C. de agricol. & cens. libr. xj. quæ sanè constitutiones huic rei magnam deferunt lucem. Non ignoro tamen contrariam sententiam aliquibus placuisse ut Aretino in l. exitus colum. 2. circa medium de acquirenda possessione. & Alexand. d. l. peregrè §. quibus nume. 3. in fine eodem, & hanc esse communem testatur Crotus d. l. si is, qui pro emptore nume. 205. qui hanc affirmare uidetur magis æquam & naturali rationi consonam ab hac non uidetur recedere Gratus confil. 69. num. 2. & confil. 36. in fin. lib. 1. & confil. 75. num. 19. ubi hanc communem esse testatur idem. confil. 110. num. 2. 4. lib. 2. idem fensisse uisus est Conc. confil. 190. nume. 5. lib. 1. confil. 51. num. 4. lib. 3. Tiraquel. de iure constituti in prima parte. num. 59. uerum horum rationes satis clarè etiam relatis diluuntur.

32 Declarari tamen potest non procedere, quando is a tradente acquirens uerisimiliter & iusta aliqua ratione credebat tradentem nõ esse detentatorem, sed dominum sic Aret. d. l. exitus & Crotus. d. l. si is, qui pro emptore. num. 205. & clarè refert is Tiraquel. d. prima parte. de iure constituti num. 57. quia tunc is accipiens iustam habet excusationem, uerum erit cogitandum, quia excusatio hæc, quoad pœnam euitandam, ubi aliàs esset indicia, prodesset, sed quoad impediendam restitutionem ambigo non parum, cum omni casu spoliatus restituendus sit. quare cogitandum erit, quia Grat. confil. 42. nu. 16. lib. 2. post clamd. d. l. exitus aliter fensit, ea ratione quod omni casu, hæc constitutio uult domino consulerè.

24 Quæro. 6. an t hæc constitutio locum habeat in alijs præter colonos & seruos, ut in eo casu frequenti, si debitor nomine creditoris constituat se possidere propria bona, ratione debiti persoluendi, si contingat illum debito rem alienare, an ab eo acquirete auocari alie nata hæc possint, ut idè sit contra eum, ut est contra occupatorè ex coloni negligentia, uel traditione; & habere locum, idèq; esse, cõfuit hic Bal. & Ang. col. 1. qui sub eisdè uerbis sunt cõmentati hanc constitutionem & Ang. Baldi fortè commentaria expilauit, eandem sententiam probauit hic Alber. Ripa in rub. ff. de in terd. num. 13. Robèr. Maranta de ordine Iudiciorum septima distinctione nume. 51. qui in

regno esse in praxi quotidianum diciturque Petitio de assistentia, adducuntur ex uerbis textus ibi, uel quispian alius & c. & ibi, domino rei, uel ei circa quem, cui tamèn argumentationi respondere uidetur Barba. in confil. 28. col. 1. lib. 1. ubi contrariam sententiam tuetur, illa uerba, uel quispian alius, intelligenda de similibus personis expressis, quod non potest in debitore uerificari, qui non dicitur similis colono & seruo: sed fallitur Barbat. quia is debitor sic cõstituendo mutat sibi possessionem, & efficitur detentor, ut est colonus, t nam constitutum & naturalem & civilem transfert. l. quod meo. ubi omnes. ff. de acquirenda possessione, latè Tiraquel. de iure constituti prima parte numero. 3. 4. ut ergo colono non licet eam possessionem inter uertere ad detrimentum domini, sic nec ipse debitor.

25 Contrariam ergo sententiam malè defendunt Barba. d. confil. 28. col. 1. lib. 1. Aret. in l. exitus de acquir. poss. & Gratus. confil. 36. in fin. confil. 69. nu. 2. lib. 1. confil. 42. nu. 15. lib. 2. quos refert Tiraq. de iure constituti prima parte. nu. 56. & nu. 61. affirmant enim in debitore sic constituente non habere locum. adducuntur t

26 Primo. quia hic tex. nostræ constitutionis in colono & seruo loquitur, qui sua negligentia dimittunt possessionem, ut alius eam occupet, quo casu non civilis sed naturalis tãtum perditur, pro qua ex remedio huius constitutionis, agitur cum leges veteres, vt. l. 3. §. quod seruus. & l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. posse. disponant, nostro nomine detinentes posse nobis auferre possessionem alij tradendo, & leges illæ non aliquod remedium contra possessorem, sed tantum contra tradentem, inducunt. l. Pompeius. ff. quibus mod. usus fructu. amitta, non ergo uidetur hoc in casu locum esse constitutioni nostræ, nec est (inquit Aret. facienda extensio, de casu ad casum cum simus in correctorij, in quibus cessat extensio etiam si eadem nihil tet ratio, glott. Clem. auditor in uerbo Romana de rescript. sed facilis est dissolutio, quia & si iure ueteri hac de re cautum nihil sit, sufficit esse hodie ex hac nostra constitutione; quæ uiris antiqui correctoria non est, ut aliàs supra q. 2. docuimus, sed exorbitat, quin ubi correctoria esset conceditur extensio ob rationis identitatem, ut in præcedenti questione diximus, tamen si necessaria minime sit extensio quando hic casus expressè cõtineatur sub uerbis huius constitutionis, secundo tamè loco adhuc sic contra Bald. & ceteros argumentatur

tur Barba. d. confil. 28. refert Tiraq. qui supra nu. 62. hæc constitutio loqui in domino, qui factio serui, uel coloni sua possessione priuatur; ibi, vt domino nihil præiudicij generetur & duobus aliis in locis, sed ab solutum est, creditorem nõ esse rei dominum. cum ergo uerba tex. non conueniant, non conuenit etiam iuris dispositio. l. 4. §. toties de damno infecto, cum alijs adductis a Tiraq. in l. si vnquã, in uerbo libertis nu. 2. C. de reuo. dona. Sed responderi potest, hanc constitutionem non loqui de domino, vt intelligamus eum, qui uult agere, probare debeat rei dominum, sed appellat dominum illi rei possessorem antiquum, quando sola sit de possessione contro uersa; quod ostendit constitutio ipsa, quæ non solum loquitur de domino, sed & de eo circa quem alius negligenter & dolose uersus est, sic; non tantum in domino, sed & in alio procedit, nec difficultatem facit replicatio Barba. quam etiam refert Tiraq. qui supra de iure constituti nu. 64. quia satis illi ex supra relatis est responsum. quoniam creditor rõe crediti, & iuxta illius quãtitatè dicitur dominus illarum rerum, quas illius nomine constituit tenere debitor, cõ is rem habere uideatur, cum ad eam actionem habet. l. qui actionem de reg. iur. ubi Dec. nu. 1. post. gl. l. si tibi pecuniam, & l. si me & Titium. ff. si certum peta. affirmat, meū dici, quod mihi debetur.

Extenditur hæc conclusio. habere locum etiam in t solo generali omnium honoru constituto, sic communem testatur Tiraq. de iure constituti. 2. parte ampliatione. 31. & si aliter, & malè responderit Calca. confil. 29. nu. 7. 8.

28 Quæro. 7. an t cum alienata per debitorè, a tertio acquirente reuocantur, necessaria sit ipsius debitoris excusatio, & non esse necessariam affirmarunt Bal. & Ang. hic, idem Bal. in l. 1. col. pen. uerf. quæro quid. C. de his que in fraud. Cred. idem in cap. cum uenissent in si. de restitu. spolia. Ang. & Alex. in l. exitus in si. de acquir. poss. latè Rui. confil. 130. nu. 8. lib. 1. confil. 172. nu. 3. 4. lib. 4. Francus in disputatione Petitorij primo dubio nu. 40. uerf. deci mo septimo, Decius in l. ulti. §. ultimo. nu. 28. ff. si certum peta. ubi eiusdem sententia citat Ang. Alex. & Roma. multis in locis, idem censuit Marfil. in rub. ff. de fideiussio. n. 21. & sing. 198. hodie & c. Boe. q. 12. nu. 12. q. 200. nu. 8. Afflic. de decisione. 139. n. 7. Capicij us decisione. 54. n. 4. Grãma. de decisione. 103. nu. 106. Goza. confil. 42. nu. 12. Cagnol. in promeio. ff. ff. num. 211. Ripa. in rub. ff. de in terd. n. 14. Parif. confil. 103. n. 8. lib. 3. Bello. cõf.

34. num. 7. confil. 44. in fin. Rola. a Valle confil. 79. num. 33. lib. 1. & alios citat Tiraquel. Traç. de iure constituti prima parte. num. 54. inter alios citat Aret. confil. 27. numero 3. qui in hoc sibi parũ constans est, ut infra subijciam, idem censuit Grat. confil. 42. nume. 15. lib. 2. Corne. confil. 85. num. 3. libr. 4. Robert. Maranta de ordine Iudiciorum septima distinctione Iudiciorum num. 51. quibus constat, quàm recepta sit hæc sententia, quæ eo præcipuo fulcitur fundamento, satis solido. ex uerbis t nostræ cõstitutionis, uel quisquã alius & c. nam si agitur contra eum, qui occupauit nulla sibi facta traditione a colono uel seruo, nõ est necessãria aliqua excusatio, ergo nec in casu nostro, cum pares sint casus, & tam in vno quàm in altero locum habet hæc constitutio, ut supra ostendimus. Adfertur secundo text. in §. ab hoc autem litigio si in auth. de litigio. ubi creditor aduersus tertios possessores dicitur agere potest, & uenturè rem sibi hypothecatam, nullaque ibi habetur excusationis ratio, ergo non uidetur necessaria, tamen si glof. plures ibi referat declarationes & intellectus, hic tamen est receptor & uerior. Tertio, præter ceteros adducor in hanc sententiam, t quod ubi vnque seruus domino possessionem in trouertit, licet domino propria autoritate eam ingredi, sic probat notab. text. l. si seruus. C. quod cum eo, quo adductus cõfuit Bald. in l. 1. C. de seruo pigno. dicitur optimam esse cautelam, t in pacto de dote restituenda apponatur precarium, quo mediãte si eueniat casus restitutionis, propria autoritate poterit mulier ingredi possessionem illius rei, quod probauit idem Bald. in l. 1. pen. C. de pigno. actio. in eo qui Ciuilem habet possessionem Boe. d. q. 200. col. ulti. circa medium, si ergo propria autoritate potuisset ingredi, ergo necessaria non est excusatio, cum uia iudicialia agitur.

32 Contrariam tamen sententiam probauit Barba. confil. 28. col. 1. lib. 1. Aret. in l. exitus. ff. de acquir. poss. & si parum sibi constans aliter de iure responderit, vt iam retuli, hi multis in hanc sententiam adducebantur, Primo tregulæ esse standum donec fallentur casus ostendatur, vt dicebat Bar. in l. 2. §. 1. ff. si quis in ius uoca. non ierit Dec. in l. 1. nu. 7. de reg. iur. Goza. confil. 50. nu. 10. latissimè Tiraq. tracta. de retractu confang. §. 1. glofa. 9. nu. 209. Alcia. tract. præfump. reg. 1. præfump. 28. nu. 6. sed regula est, contra tertios possessores agi non posse nisi excusati principali. §. sed neq; in auth. de fideiuss. authen. hoc si debitor,

C. de pigno. ergo idē in casu nostro sed vno verbo respondetur, regulam illam non procedere in casu nostro, ex his que iam supra relata sunt, argumētatur secundo quod iure antiquo quando creditor vult reuocare alienatā ad sui fraudem, excusationem ipsius debitoris esse ante omnia faciendam. l. 1. l. ignoti. C. de reuo. his que in fraud. cred. l. ait. §. ita demum. ff. eo. ergo idem nostro hoc casu: verū responderi potest, veteri iure, sic cautum, nō fuisse, nam agens hypothecaria necesse quidem habebat ac habet excusationem principalis facere, sed illud contingit quia remedium illud petitorum dicitur glo. l. 1. ff. de Saluia. interd. sic respondetur & secundo ad l. ignoti vbi agitur ea a cōtione in factū Pauliana vel Caluissiana, quod non contingit in casu nostro, rursus responderi potest non procedere hęc in expressā hypotheca, ex text. d. §. ad hoc autem in authen. de litigio, licet secus in tacita, iuxta glo. §. sed neq; in authen. de fideiuss. tertio ergo loco Aret. & Barba. argumentantur ex eo, quod videmus locatori non licere propria autoritate consequi alienata in tertium per conductorem, sed via agere debet ordinaria. l. 2. ff. de Saluia. interd. l. 2. §. 1. l. que situm. §. vltimo de precario, si ergo via ordinaria agere debet, ergo necessaria est excusio, non concludit argumentatio, quia re lata iura & loquuntur in tacita hypotheca pro illatis & inuectis. l. differentia. ff. in quibus caus. pig. vel hypo. tacite contrah. §. item. Seruiana. Inst. de actio. rursus casus sunt diuersi, ob etiam constitutionum diuersitatem: præterea, non sequitur, agendum est via ordinaria, ergo necessaria est excusio. Quarto sic argumentantur, & dolus debitoris non debet posse nocere tertio successori. l. apud Celsum §. si ex causa legati. ff. de excep. doli, sed si liceat contra eum agere nō facta excusio principalis, sibi noceret. l. vltima in prin. ff. de eo per quem factum erit, ergo excusio locus esse debet, sed respōdetur, tertio satis esse sicut cursum per actionem euictionis secuta, rursus ipse tertius successor, debuit perferuari, cum quo contraheret. l. qui cum alio de reg. iur. & supra diximus, præterea, vt dolus debitoris tertio sic nec creditori debet posse nocere vltimo tandem loco Barba. d. conf. 28. adducebatur, ex text. huius constitutionis, quid loquitur in tertio colono, & procurator ea ratione in debitor locum habere non potest, quia coloni & serui detinent, non ad sui comodum, sed ad comodū domini, quare si introuertant possessionem, & alienant, eā

iuste dominus potest à successore illo recuperare, hoc non contingit in casu nostro, quia licet debitor possessionem in creditorem trāserat, attamen creditor non sibi sed ad debitoris vtilitatem possidet. l. serui nomine de vscap. l. sciendum. §. creditor. ff. qui satis d. cog. Bar. in l. ab emptione nu. 8. ff. de pactis. Tiraq. de iure constituti in. 3. parte limit. 29. nu. 8. quam argumentationem retulit Tiraq. qui supra prima parte nu. 61. & indissolutam reliquit arbitror responderi, sic posse, & minus verum esse creditorem absolute ad debitoris commodum possidere, solū enim quoad duos casus ad illius vtilitatem possidet, quoad euitandam satisfactionem, & quoad vscapionem & prescriptionem, non quoad cetera, sic glo. d. §. creditor, & d. l. serui nomine, qui textus probat, eum qui rem pignoratam vendicare vult, non contra debitore sed contra creditorem agere debere, ex quo apparet, eum dominum & possessorem esse, si præsertim constitutum interueniat, quod dominum in eum transfatum est adeo vt si non sit in actuali possessione, contra detinentem agere possit declarat Bar. d. l. ab emptione nu. 7. Tiraq. d. tract. de iure cōstit. prima parte nu. 7. addo Capicium de cione. l. 2. nu. 11. 12. Bello. conf. 31. nu. 11. 12. Rola. a Valle. conf. 53. nu. 4. lib. 1. vera ergo est cōmunis relata sententia. Declaratur primo non procedere in mortuo constituyente, sic Roma. conf. 189. primo dubio, quia de re infra latē dicemus. q. 17. interrim, videndus est Tiraq. de iure constituti prima parte nu. 65. & in. 3. parte limit. 21. n. 9. 10. Declaratur secundo non procedere, si generalis statuto, sit cautum excusationem debitoris prius esse faciendam, antequam scilicet ad tertios possessores deueniatur, sic respondit Alex. conf. 83. in fi. lib. 6. & refert Tiraq. de iure constituti prima parte nu. 67. vbi aliqua addit. Quæro. 8. an constitutio hęc nostra locū habeat quando possessor nomine vnus deinde de nomine alterius se possidere constituit, Saly. hic in fi. Ripa in rub. ff. de inter. nu. 9. rem hanc explicare videntur, sed non declarant, cui concedatur, vel negetur hoc remedium, vel primo constitutario, vel secundo, ipse autem rem sic explico, illi primo constitutario, absolute concedi, nam si aliqua possessionis introuersio ad sui detrimentum sit, sicut cursum illi est, vt iam docui, nec res (mea sententia) habet difficultatem, si primus ipse constitutarius contra secundū via iudiciaria vult agere, alius enim extra iudicium possit sua au-

thoritate ingredi, dummodo secundus is constitutarius in corporali nō reperitur, secundus autem constitutarius non habet huius constitutionis remedium, quo cōtra tertium deinde detentore agat illa est ratio, quia suum constitutum nullus est momenti, nec aliquā in eum transfuit possessionem, cum iam primus possidet ciuilitate & naturaliter, nec is constituens villam habet facultatem transferre di in secundum, vt multis probat ipse Ripa. d. rub. de interd. nu. 10. 11. & latissime Tiraq. de iure cōstituti. 3. parte limit. prima, nec difficultatem facit, quod is colonus, vel procura tor detineat, & sit in corporali possessione, quia illa naturalis possessio nullum tribuit commodum, & idem est ac si non teneret, vt in specie docuit Bar. in l. quod meo vbi Alex. nu. 16. de acquir. poss. Tiraq. d. limitatione 1. nu. 11. non ergo vti, aliquo remedio is potest cum nihil amiserit, cū nihil possederit. Quæro. 9. non multum à precedenti questione recedendo, quid si illi primo constitutario, solum factum est constitutum, & secūdo facta est traditio, an ad commodum. d. secundū, sit locus huic remedio, quemadmodū ad commodum primi, & ad commodum primi non est dubium, quia (vt iam diximus,) in eum translata est naturalis & ciuilis possessio & hanc communem testatur post Corne. conf. 55. col. 2. lib. 3. Ripa. d. rub. ff. de interd. nu. 12. & alias supra pluries diximus. quo verō ad commodum secundū non arbitror illi concedi hoc remedium, cum illa traditio nullam in eo translulerit possessionem, sed solā detentationem, nec quid operatur traditio illa ad primi constitutarij detrimentum, qui omnino præfertur, sic Bar. in l. ab emptione. in fi. ff. de pactis latē Ias. in l. quoties nu. 14. C. de rei vend. latissime Tiraq. de iure constituti prima parte nu. 21. illi addo Ias. conf. 92. nu. 2. lib. 1. Parisium conf. 128. nu. 15. lib. 1. conf. 69. nu. 35. lib. 3. & Boe. q. 112. nu. 5. 6. Quæro. 10. an huius constitutionis remedium illi cōcedatur, cuius nomine is, qui ante naturaliter & ciuilitate possidebat se precario tantum possidere constituit, ut si debitor precario tantū nomine creditoris hypothecata bona possidere constituit, & is deinde debitor in tertium alienet, an contra tertium illum hoc remedio experiri possit creditor, & huic creditori concedi, probauit Corne. confil. 28. lib. 2. & si idem Corne. confil. 55. lib. 3. dubitauerit, idem probauit Iac. & Ang. vt refert Ripa. d. rub. de interd. nu. 15. qui & ipse eiusdem sententiæ fuisse videtur. da-

thoritate ingredi, dummodo secundus is constitutarius in corporali nō reperitur, secundus autem constitutarius non habet huius constitutionis remedium, quo cōtra tertium deinde detentore agat illa est ratio, quia suum constitutum nullus est momenti, nec aliquā in eum transfuit possessionem, cum iam primus possidet ciuilitate & naturaliter, nec is constituens villam habet facultatem transferre di in secundum, vt multis probat ipse Ripa. d. rub. de interd. nu. 10. 11. & latissime Tiraq. de iure cōstituti. 3. parte limit. prima, nec difficultatem facit, quod is colonus, vel procura tor detineat, & sit in corporali possessione, quia illa naturalis possessio nullum tribuit commodum, & idem est ac si non teneret, vt in specie docuit Bar. in l. quod meo vbi Alex. nu. 16. de acquir. poss. Tiraq. d. limitatione 1. nu. 11. non ergo vti, aliquo remedio is potest cum nihil amiserit, cū nihil possederit. Quæro. 9. non multum à precedenti questione recedendo, quid si illi primo constitutario, solum factum est constitutum, & secūdo facta est traditio, an ad commodum. d. secundū, sit locus huic remedio, quemadmodū ad commodum primi, & ad commodum primi non est dubium, quia (vt iam diximus,) in eum translata est naturalis & ciuilis possessio & hanc communem testatur post Corne. conf. 55. col. 2. lib. 3. Ripa. d. rub. ff. de interd. nu. 12. & alias supra pluries diximus. quo verō ad commodum secundū non arbitror illi concedi hoc remedium, cum illa traditio nullam in eo translulerit possessionem, sed solā detentationem, nec quid operatur traditio illa ad primi constitutarij detrimentum, qui omnino præfertur, sic Bar. in l. ab emptione. in fi. ff. de pactis latē Ias. in l. quoties nu. 14. C. de rei vend. latissime Tiraq. de iure constituti prima parte nu. 21. illi addo Ias. conf. 92. nu. 2. lib. 1. Parisium conf. 128. nu. 15. lib. 1. conf. 69. nu. 35. lib. 3. & Boe. q. 112. nu. 5. 6. Quæro. 10. an huius constitutionis remedium illi cōcedatur, cuius nomine is, qui ante naturaliter & ciuilitate possidebat se precario tantum possidere constituit, ut si debitor precario tantū nomine creditoris hypothecata bona possidere constituit, & is deinde debitor in tertium alienet, an contra tertium illum hoc remedio experiri possit creditor, & huic creditori concedi, probauit Corne. confil. 28. lib. 2. & si idem Corne. confil. 55. lib. 3. dubitauerit, idem probauit Iac. & Ang. vt refert Ripa. d. rub. de interd. nu. 15. qui & ipse eiusdem sententiæ fuisse videtur. da-

plici ratione in hanc sententiā adduci videntur. Prima, dum inquit Ripa, quod si conceditur debitori ad euocandam possessionem rei alienatæ per creditorem, qui possidebat ciuilitate & naturaliter, ergo multo magis cōpetere debet huic creditori, pro possessione rei alienatæ per rogantem illum, qui naturaliter tantum possidet nescio quo iure Ripæ argumentatio probetur, nec enim debitori sed creditori hoc remedium conceditur, vt diximus supra. q. 6. qui quidem creditor, vt possessor ciuilitate & naturaliter, sine dubio potest a debitore, qui nec ciuilitate nec naturaliter possidet alienata reuocare. sed in modo idem sit, cum ciuilitate tantum creditor possidet, ut hic, non probatur à Ripa, nec à fortiori, sic potuit argumentari. Secunda quod Ripæ argumentatio, dum inquit ciuilem possessionem rogati quiescere super naturali rogantis, qua naturaliter translata transfertur & ciuilis, perditur; l. interdum. §. vltimo de acquir. poss. Bar. l. Celsus nu. 15. & ibi Franc. Balb. num. 85. de vscap. Soc. l. 3. §. in amittenda. vlt. notab. ff. de acquir. possess. Crotus. l. si is qui pro emptore nu. 201. de vscap. Soc. Iun. confil. 35. nu. 2. lib. 3. vbi cōmunem testatur, huic ergo creditori, & domino conceditur hoc remedium, hæc argumentatio non concludit, cum ex ea non probetur, huic ciuilitate possidenti hoc remedii concedi. Rursus non videtur satis uera illa cōclusio, quod ciuilis possessio creditoris ad hæreat naturali debitoris, & amissa naturali, amittatur, & ciuilis, immò non amittitur, ut reclusus Bart. sensisse videtur in l. creditores. nu. 25. in fi. C. de pigno. & declarat Goza. conf. 42. num. 16. idem sensisse Saly. d. l. creditores ut refert Tiraque. de iure constituti. 3. parte limitatione. 14. nu. 8. Quare alia ratione, & veriori communem hanc probō sententiam, considero enim ciuilem possessionem esse penes hunc creditorem, qui naturalem precario ipsi debitori concessit. cum ergo in natura precarij illa sit, ut volente concedente finiatur. l. i. de precario, sequitur, quod si is debitor alienet eam naturalem & concedens declarat animū recuperandi illam naturalem, extinguitur precarium: sic declarat. d. l. & habet. §. cum quis. ff. de precario. Rotta in decisio. antiquis tit. de rest. spol. Decif. 1. nu. 2. & ideo ipse creditor uerè eā via iudiciaria cū cōsequi potest alias sponte eā ingredi possit. l. clā possidere. §. qui ad nundinas, ibi Ias. num. 23. de acquir. poss. & alias diximus, & hic creditor recuperat naturalem quam in actu precarij debitori d d roganti

roganti videtur concessisse, ut statim subijciam. Nec communi huic sententiæ aduersatur illa ratio, quæ Corneum hæsitantem reddidit, vt refert Ripa. d. rub. de interd. nu. 15. hunc creditorem non posse recuperare naturalem illam possessionem, † cum apud eum numq̄ fuerit, nam respondetur ex declaratione, quam facit Bart. m. l. interdū in prin. nu. 1. verū dico ergo & ibi Alex. nu. 3. cōmunem testatur, & post eū Aret. ff. de acquiren. poss. immō penes concedentem precario, tempore concessionis fuisse ciuilem, & naturalem possessionem, & in rogantem transferri naturalem, quam aliqui nō naturalem proprie esse dicunt, sed possidendi qualitatem, quæ omni casu, ut diximus, sola domini cōcedentis uoluntate ad eum reuertitur. Rursus ea ratione adhuc huic creditori competere dicitur hoc remedium, concessio enim quod per naturalem alienatā transferatur & ciuili ei cohærens: attamen ex quo infertur creditori præiudicium, sequitur ei cōcedi hoc remediū, quo est cautum, possessori nihil præiudicij in ferri posse, quod fortius probat declaratio Odofredi & Albe. hic. col. 2. dum affirmat cōmodantū concedi hoc remedium contra tertium, cui commodatarius rem tradidit, ne ei scilicet commodanti minimum adferatur præiudicium, assecuta ergo ciuili, cōsequitur & sine dubio naturalem: uera ob id erit communis sententia.

46 Quæro. 11. an hoc † remedium usufructuarij concedatur, ad cuius incommodum proprietarius rem, ex qua ipse usufructu percipiebat, alienauit: & concedi sensit glōf. in l. Pomp. in verbo amittit. ff. quemad. usufr. amitt. quā uno verbo probauit Ripa in rub. ff. de interd. nu. 13. in fi. & sensit hic Odofre. in fi. quod ea ratione probari potest, quia ex quo rem ratione sui usufructus possidet, & proprietarius in trouertēdo eum priuat, iuxta textum. d. l. Pomp. non immerito si recuperare potest, quod autem † usufructuarius naturaliter possideat, probat clarus tex. l. naturaliter in prin. ff. de acquir. poss. quo loci glō. inquit ipsi usufructuario deiecto concedi interdicitur vnde ui. l. 3. §. vnde ui. & §. pertinēt. ff. de ui. & ui. arma. & diximus supra in primo remedio ex interdico vnde ui. q. 5. idem ergo dicendum est in hoc casu, quod est maxime uile contra tertium possessorem.

47 Quæro. 12. an † colonus ad longum tempus concedatur hoc remedium, si in alium dominus directi rem transferat: & concedi affirmat Ripa. d. rub. de interd. num. 13. in

sine dixitq̄. probari ex tex. nostro, sed non uideo, qua in parte hic tex. hanc probet sententiam, immō contrarium probare uidetur, cū domino rei concedi solum uideatur, vt tribus in locis inquit, per seruum, procuratorem, colonum, vel inquilinū domino rei nō fieri præiudicium. quare sepe sime Barba. in consi. 28. col. 2. lib. 1. ponderando relata uerba, dicebat eum, qui hoc remedio uult agere, se dominum probare debere, uerum vt aliās dicebam, non hæc constitutio de domino relata ratione loquitur: sed intelligit dominū pro possessore, cum de sola possessione sit cōtentio, ideoq̄, satis huic colonus ad longum tempus conceditur, cum is possidere dicatur. l. naturaliter in prin. ff. de acquir. poss. sicut in emphyteota diximus concedi interdicitur vnde ui. vt supra in primo remedio. q. 6. & emphyteoteque similis est hic colonus.

49 Quæro. 13. † quid si colonus solum animo non reuertendi possessionē deserat, & alter occupet, an eam dominus perdat vt deinceps hoc remedio recuperare non possit: Ang. hic col. ult. versic. aut animo deserendi, affirmat naturalem perdi, non ratione doli procuratoris, sed ratione occupationis, cum is occupator naturalem vacantem inuenit. l. clam possidere, in prin. & §. qui ad nundinas. ff. de acquirend. poss. ciuilem uerò apud se retinet, cuius uirtute propria auctoritate natura lē poterit ingredi antequam suspicetur posse repelli, uel iā fuerit expulsus. d. §. qui ad nundinas, tanto ergo fortius, hoc uti poterit remedio, quod etiam intelligitur uerum, quando colonus ueniens sui expulsus, uel nō admittus, quia interim quo non uenit, naturalis amissa non dicitur, sic declarat Rui. cons. 127. nu. 18. versic. & nedum. lib. 5.

50 Quæro. 14. † quid si ab altero possessio à colonis deferta fuit occupata, & negligat dominus naturalē apprehendere, an eam perdat dominus vt recuperare non possit, & iure Pandectarum finita est controuersia, amitti possessionem ex l. si de eo. §. 1. ff. de acquir. poss. hodie tamen diuersimodum uidetur ex constitutione nostra, qua iura antiqua corrigi dixit Martinus glōfator, quem probasse uidetur Ang. hic col. ult. versic. si uerò possessio & quia nullo in casu animus procuratoris domino nocere potest, quod intelligit Ang. uerum, ut ciuilem non amittat, quam iam facto illius procuratoris amissa uidetur, & ideo licet suo facto dominus amiserit naturalem, adhuc tamen habet ciuilem. nam et si naturalis sit amissa, ciuili tamen potest retineri, cū solo

solo animo retineatur. l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. an autem hæc dispositio sit antiqui iuris correctoria uel non, diximus supra. q. 2.

51 Quæro. 15. an hoc remedium constitutionis nostræ locum habeat contra clericos, & non habere locum respondit Barb. cons. 28. col. pen. lib. 1. ea adducitur ratione, quia nulla esse potuit iurisdictionis statuendi contra clericos cap. ecclesie sanctæ Mariæ de constitutione. cap. bone quidem. 96. distinct. ergo iurisdictionis defectu non ligat. l. vltima. ff. de iurisd. om. iud. quod fecandum eum confirmatur fortius procedere quando lex ciuili est clericis præiudicialis, ut tradunt lo. Andre. & Inno. in cap. vltimo de solu. at constitutio nostra est præiudicialis, & cum detrimento illius terij à quo possessio auocatur, cum factio alterius puniatur, quod esse non debet. l. sancimus. C. de pœnis, ergo &c. uerū contrariam sententiam probauit Ancha. & recte in ca. i. cons. 1. & 2. de consi. 6. ut refert Barba. præcitato loco, illa præcipua ratione adductus, † legem non censerit iniquam cū se habeat ad commodum & onus, iuxta. l. si pater puellæ. ubi latè Ias. C. de inoff. testa. cum ergo constitutio nostra sit ad commodum etiam clericorum, iniquum non est, si quandoq̄ sit ad detrimentum, sic uidemus † dispositionem. l. vltima. C. de iure delib. & auth. hoc amplius. C. de fideico. locum habere etiā contra clericos. Nec à Barba. citata obstant, & illud præsertim dum inquit respondendo. Ancha. funda uerum esse quatenus sunt fauorabiles, non odiosæ & ad detrimentum, quæ responsio uera non est, quia si clericus ipse, is esset, qui spoliatus foret, hoc uti remedio posset. ergo laico debet posse contra eum concedi, & quod ait Barba. d. l. vltima. C. de iure delib. & d. auth. hoc amplius ea ratione clericos ligare, quia ante omnia ad præmium inuitantur, est falsum, cum hoc contingat, quia est ad cōmodum & incommodum, nec principaliter ad detrimentum ecclesiasticæ libertatis. Ancharani sententiam probarunt Abbas in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. num. 17. 18. in repet. & ibi Fely. nu. 67. de constitutione. qui

52 absolutè adfirmarunt. † legem ciuilem ligare clericos, quando non continet peccatum, nec canonici aduersatur & potest esse ad commodum & incommodum. Nec obstat, quod defecere uideatur iurisdictionis, † quia hoc procederet, quando non generaliter, sed in specie esset contra clericos, ut post alios declarat Dec. d. ca. ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 24. Ex qui

53 solo animo retineatur. l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. an autem hæc dispositio sit antiqui iuris correctoria uel non, diximus supra. q. 2.

54 Quæro. 16. an hoc constitutio locum sibi vendicat, in hac hypothesis Beneficiaria, quæ non semel in foro controuertitur. Beneficij possessor clericus Beneficiū illud resignauit, hic resignatarius, resignanti Beneficij possessionem locauit, ac ei in mandatis dedit, ut resignationem publicari curaret iuxta regulam cancellariæ Inno. 8. de Publica. resignationibus, qui quidem conductor & resignans, eam resignationem publicari non curauit, sed per semestre in possessionem Beneficij mansit, alterique, sicque tertio iterum resignauit, qui possessionem adeptus est. Dubitatur nunc, an illi primo resignatario cuius resignatio à resignante mandatario non fuit publica concedatur huius constitutionis Remedio ad auocandam possessionem e manibus ipsius resignatarij secundi ac nunc possessoris, & dicendum est non posse, illa ratione, quia tunc demum locum habet hæc constitutio, quādo nouus possessor causam habuit ab eo, qui ut colonus nomine domini possidebat, ut supra in anteludij huius constitutionis admonui citando Rotam in titulo de restitutione spoliatorum Decis. 9. in nouis, sed in casu nostro secundus hic resignatarius & possessor, non possidet tamquam causam

55 solo animo retineatur. l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. an autem hæc dispositio sit antiqui iuris correctoria uel non, diximus supra. q. 2.

56 solo animo retineatur. l. 3. §. in amittenda. ff. de acquir. poss. an autem hæc dispositio sit antiqui iuris correctoria uel non, diximus supra. q. 2.

- 592 Fructus naturales quomodo suos faciat si possessor, qui ab initio fuit bonafidei, & ex post malefidei, & e contra.
- 593 Fructus industriales, qui conferantur.
- 594 Fructus industriales suos facit possessor bonafidei, sine titulo.
- 595 Fructus naturales consumptos non tenetur, nec etiam quoad estimationem restituere possessor bonafidei sine titulo.
- 596 Fructus naturales extantes tempore litae contestatae restituit possessor bonafidei sine titulo.
- 597 Fructus naturales consumpti post litam contestatam restituit possessor bonafidei sine titulo.
- 598 Fructus naturales consumpti ante litam contestatam restituit bonafidei possessor si ex eis sit factus locupletior, tam in iudicij vniuersalibus, quam singularibus.
- 599 Fructuum valor & estimatio consideratur habita relatione ad tempus perceptionis.
- 600 Fructus industriales restituendi cum melioramentis componantur.
- 601 Fructus industriales sui non facit malefidei possessor.
- 602 Fructus industriales etiam consumptos suos non facit malefidei possessor.
- 603 Fructus industriales suos non facit malefidei possessor, qui possessori bonafidei successit.
- 604 Fructus industriales etiam turpiter perceptos suos non facit malefidei possessor.

- 605 Fructus industriales suos non facit malefidei possessor, etiam si ex post titulum consequatur.
- 606 Fructus industriales culpa non perceptos debet restituere malefidei possessor.
- 607 l. si fundum, c. de rei vend. sensus & intellectus.
- 608 Fructus industriales suos facit possessor malefidei, qui rem per annos 30 possidet.
- 609 Fructus industriales perceptos ex melioramentis a se factis suos facit malefidei possessor.
- 610 Caterum de rei vendica. sensus & intellectus.
- 611 Fructus industriales, quos in bonafidei potuit percipere malefidei possessor, & non percipit, non restituit.
- 612 Fructus industriales quomodo restituat, vel suos faciat possessor ab initio malefidei & ex post malefidei.
- 613 l. Qui scit, §. vltimo, ff. de usuris intellectus.
- 614 l. bonafidei, §. in contrarium, ff. de acquire. rerum dom. intellectus, & sensus, & inibi quomodo pugnet cum l. qui scit, §. vlt. de usuris.
- 615 Fructus industriales suos non facit malefidei possessor, qui possessori bonafidei successit.
- 616 Fructus industriales, quomodo suos faciat possessor ab initio malefidei & ex post bona.
- 617 Fructus industriales suos non facit malefidei possessor, qui possessori malefidei successit.
- 618 Hares succedendo possessori malefidei quomodo a suo persona possit praescriptionem inchoare.
- 619 Fructus industriales restituit possessor malefidei, qui effectus est bonafidei nulla superueniente causa.
- 620 Fructus industriales non restituit successor singularis, qui malefidei possessori successit.
- 621 Malefidei an in singularem successorem transeat.
- 622 Fructus civiles, qui.
- 623 Pignus domus iuxta quos fructus consummeretur.
- 624 Fructus civiles suos facit possessor bonafidei.
- 625 Fructus civiles suos non facit malefidei possessor.
- 626 Fructus civiles qui percepti potuerunt, & percepti non sunt, restituit malefidei possessor.
- 627 Fructus civiles cum melioramentis quomodo componentur seu illa prim. detrahantur.
- 628 Fructus civiles quomodo faciat suos, qui non est nec in bona nec in mala fide.
- 629 Errans in iure dicitur in bonafide, quoad fructuum acquisitionem.
- 630 Errans in iure fructus suos facit.
- 631 Errans in iure, ut fructus suos faciat, errorem illum probare debet.
- 632 Fructus naturales errans in iure suos non facit.
- 633 Fructus industriales errans in iure tenetur restituere quatenus factus est locupletior.
- 634 Fructus suos non facit qui errat in iure restitenti.
- 635 Fructus suos non facit, errans in iure, cum scit se ob suam de meritum proprietate esse primandam.
- 636 Prelatus, qui ob institutionem fructus suos facit, restituere tenetur, si ita propter demerita Beneficio esse primandam.
- 637 Fructus suos non facit post litam contestatam, qui in iure errat.
- 638 Fructus suos non facit errans in iure, quando per sententiam fuit declaratum titulum esse nullum.
- 639 Remedio reintegranda, cum agitur, ferri an sententia possit super amissione proprietatis.
- 640 Appellare an liceat a lata sententia, in remedio reintegranda.
- 641 Appellationem in causis possessorij sui Pontificum admittit.
- 642 Appellare potest laicus a lata contra eum sententia in remedio reintegranda.
- 643 Remedio, vel iure viro, qui vult vii, debet cum omnibus suis qualitatibus.
- 644 Remedio reintegranda condemnatus, possessionem restituere, fideiussores dare non potest de restituendo.
- 645 Condemnatus solvere non potest dare fideiussores de soluendo.
- 646 Restitutio ad possessionem, quando ei debeat incumbere, antequam agatur petitorio.
- 647 Spoliatus vna re tantum si restituatur, non habet manere in possessione tam diu quam diu fuit spoliatus antequam agatur petitorio.
- 648 Spoliatus & restitutus de iure civilis non debet permanere in possessione quam diu fuit spoliatus antequam petitorio agatur.

IOANNES VRBIS  
ROMAE EPISCO-  
PVS, ZACHARIAS  
ARCHIEPI-  
SCOPO.

Reintegranda sunt omnia exspoliatis uel eiectis Episcopis praesentia-  
liter ordinatione Pontificum: Et in  
eo loco ubi abfesserant funditus re-  
uocanda: quacunq; conditione tem-  
poris, aut captiuitate, aut dolo, aut  
uolentia maiorum, & per quacun-  
que iniustas causas res ecclesiae, uel  
propriar, id est suas substantias perdi-  
disse noscantur.

EVSEBIVS APO-  
STOLICAE SEDIS  
EPISCOPVS OM-  
NIBVS EPISCOPIS.

Reintegranda sunt omnia exspoliatis uel eiectis Episcopis &c. usque  
funditus reuocanda, eodem modo  
ut supra.

DECIMUMQVINTVM  
RECVPERANDAB POS-  
SESSIONIS REME-  
DIVM. E. X. C.  
REINTEGRAN-  
da. 3. q. 1.

**P**ontificum constitutiones plures sunt, quibus, ad exemplū interdicti unde ui, & aliarum Casariarum constitutionū, deiecto & sua possessione spoliato succursū est: uerū una hæc citari semper solet omnīs, nos sub unius commentarijs, (ut res postulat) rationem habebimus, satis in præiudiciis ostendimus relatas & constitutiones in ea causa. 3. q. 1. ut Caij. Fabiani. 1. Ioannis primi, Eusebij primi, ante constitutionem cap. sepe. de restit. spolia. promulgatas fuisse, hoc ergo Canone reintegranda pinguius esse prouisum & consilium spoliato ad suam recuperandā possessionem affirmant omnes in ca. sepe de restit. spolia. & in. l. rem quæ nobis de adq. poss. & statim subiiciam.

Quaro primo, an uerè huius & canonis remedium sit possessorium, uel petitorium & esse uerè possessoriū probauit glo. & ibi omnes in cap. cum ad sedem, de restit. spolia. & latè defendit Soc. in. l. rem quæ nobis nu. 1. 2. ff. de adq. poss. & probant plures capones. d. casus. 3. q. 1. ubi semper de eiectis & spoliatis restituentis agit, nec aduersantur illa, quibus respondet etiam Soc. d. n. 2. illud præsertim quod solet considerari ex illis uerbis, res ecclesiæ, quas sit genitius eo loci dominiū significet, quia præter Soc. dico significare etiam possessionem iuxta subiectam materiā, sic probat. l. i. in prin. uincto. §. ait prætor, & §. seq. ff. nauæ cap. stab. in. l. 2. in prin. & §. in hac. ff. ui bonorū raptō tradit Bar. in rub. ff. de operis no. nuntia. num. 5. uerū, sed circa vnum, & ibi latè Niconitius nu. 146. post Roma. Alex. & Soc. ac Barba. quos citat, & ante eos clarè Comens. d. rub. de operis no. nū. ut ibi refert Crocius nu. 30. non pariter urgent illa uerba & possessiones, uel res proprias, i. uas, quia illa uerba sunt posita ad differentiam possessionis bonorum ecclesiæ, cum prælatas duas bonorum species possidere possit, quæ ecclesiæ, & quæ priuati sui sunt patrimonij, ut res est clara, quod magis placet, quam illud Soc. d. l. rem quæ nobis n. 2. in fi. hoc esse hoc remedium habet admixtam causam domini quod non est uerum, alioqui deterius esset ceteris, & suo loco dicemus.

Quaro secundo an remedium hoc sit nouum, & ceteris pinguius, & esse nouum affirmant crebriore calculo interpretes, ut testatur Ripa. in cap. sepe nu. 20. de restit. spolia. & ante eum Abbas. in cap. cum ad sedem nu. 26. eo. sic & Barba. conf. 24. col. 2. in prin. lib. 4. clarè affirmat communem Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 3. de adq. poss. plura egregie retulit eiusdem sententia Paul. Castren. conf. 105. in questione quæ speratur. col. 2. uer. quatum uerò & c. lib. 1. in antiquis Corne. conf. 62. nu. 10. uer. & licet quidam & conf. 329. n. 29. lib. 1. & conf. 247. nu. 13. lib. 2. ubi hæc communem esse testatur, & in fœco seruari, hoc ex illo ostendere conatur, quod præter cetera remedia prouideat pinguius, nam prouidet pinguius quam faciat interdictum, unde vi, quo contra singularem successorem facturum non est. l. cum te de ui & ui arma. ut alias diximus, & tum hoc reintegranda datur, hæc argumentatio (ut sigillatim procedā) non est uera, cum hoc tantum fuerit constitutum ex cap. sepe de restit. spolia. quod est promulgatum per annos quinquaginta post. d. cap. reintegranda, ut in anteludis diximus ex quibus cessat, quod secundo loco dicebat, 7. Castre. & Soc. hoc & remedium pinguius prouideri, quam faciat. d. ca. sepe cuius promulgatio post eā facta penitus inutilis & frustratoria fuisse, ut alibi animaduertit ipse met Soc. & suo loco dicemus: rursus non sequitur pinguius prouidet, ergo est nouum rem editum nam & alia post interdictum unde ui, superuenerunt remedia multo uberiora & pinguiora, ut hæcenus retulimus, non tamen uerè, noua dici possunt remedia, sed potius ampliata & declarata uia antiqui, quale hoc est, cetera, quæ afferri solent, eiusdem met refelli possunt responsionibus.

Contrariam itaq; sententiam probauit In no. in cap. cum ad sedem, de rest. spoliat, nec ab ea usus est recedere Bar. in. d. l. rem quæ nobis, & ibi clarus eam tuentur Ripa. nu. 20. Alcia. nu. 10. Rubeus. §. naturaliter. §. nihil cōmune nu. 67. de adq. poss. & conf. 4. nu. 6. adducuntur ex tex. in cap. cum ad sedem, de restit. spolia. quo loci simpliciter positū fuerat remedium possessionis recuperatoriū quod comprehendere poterat tam remediū, ex interdicto unde ui, quam ex hoc cap. reintegranda, & tamen ibi contra agentes fuit lata sententia, quia spoliationem ab ipso episcopo factam uel suo nomine ratam habuisse uel mandasse, minime probatum fuit, quod tamen necesse erat ut illi interdicto locus esset,

set, si ergo hoc remedium ut nouum, esse proditum contra quicumq; possessorem, lata fuisse pro ipsius agentibus sententia, in quorum libello, & hoc remedium deductum cesseretur, cum editum iam fuerit & autoritate Pontificis, post factam compilationem confirmatū, per annos quinquaginta ante cap. cum ad sedem, quod fuit Inno. 3. Pontificis sub anno. 1196. & tamen compilatio decretorum, est ab Eugenio. 3. confirmata, qui quidē Eugenijs (ut alias admonui) sedit sub anno. 1145. Hanc argumentationem diluere sunt conati Abbas. d. cap. cum ad sedem, & Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 3. in eo cap. cum ad sedem, in specie, motum huius interdictum unde ui, non autem remedium huius cap. reintegranda, quod secūdm eos ex eo detegitur, quod Pontifex ibi absoluit reos cōuentos, ac clarè, dixit in eo casu locum non fuisse interdicto unde ui: ex quo intelligitur intentatum illud fuisse, cum sententia libello cōformis esse solet & debeat. l. ut fundus. ff. cōmuni diuid. cap. licet heli. de simo. sed hanc responsonem elidit subtilis Aret. consideratio ex libello deprehendi hoc non potuisse, cum non sit necesse in eo actionis nomen exprimere, cap. dilecti. de iud. Nec aduersari Soc. replicatio hoc potuisse colligi ex medio conclusēdi, ac extirpatis, quia si rectè mediū concludendi in interdicto, unde ui, consideremus illud huic remedio nostro conueniet, cū his uerbis in utroq; cōcludatur. quare peto, ut spoliatus ad pristinam meam possessionē restitui, nec in uerbis constituenda est differentia, quod dicatur possessionem sibi restitui, uel ad eam reintegrari, ut rectè animaduertit Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 14. prop. medi. cum ergo unū sit mediū concludendi, & motum sit interdictum unde ui, datur intelligi hoc nostrum, non esse ab illo distinctum, nec illo pinguius hanc sententiam fortius probat tex. in f. cap. sepe de restit. spolia. quod fuit cautum, agi posse recuperanda contra tertium successorem succedentem scienter in uitiosa possessione, quæ constitutio frustra fuisset promulgata, ubi nostra hæc noua & ceteris pinguior fuisset, erat enim ante hanc in omnibus prouisum, uno hoc excepto casu, nec ad rem facit Abbatis responso, quom refert Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 3. in fi. dum inquit cap. sepe extendere in interdictum unde ui, concedo esse extensionem non tamen sit quā si hoc remedium ex cap. reintegranda fuisset pinguius, superfluo edita illa constitutio cap. sepe fuisset confirmat hanc sententiam tex. in cap. cum

ecclesiam. 3. q. 2. quem perpendit Ripa, dum affirmat is canon, spoliatum esse ante omnia reintegrandum secūdm leges. i. ex remedijs à lege ciuili inductis, & præter alios, addo tex. in f. cap. secundo. 3. q. 1. & in cap. prius & in cap. si episcopus suis. 3. q. 2. confirmat hanc sententiam illa Alciati ratio, & si leuis hoc cap. reintegranda, ab Eusebio, non in constitutio nis modum, sed admonitionis, dum is literas suis Monachis dedit, esse conscriptam: quare posterior hæc sententiam uerior est. non uide tur quoq; hoc remedium pinguius prouide re, quam interdictum unde ui, in quo restituntur etiam fructus, qui percipi potuerunt, quod nō cōtingit in hoc remedio, sic decidit Rota. in antiquo rub. de rest. spol. decisione. 12. nisi & conciliando interpretū, cōtrouersiam dicamus, quod, aut confideramus nostrum, hoc remedium, ut nouū, hoc est à ceteris omnibus, præsertim ab interdicto unde ui, distinctum, ut tunc falsa sit communis sententia, & uera posterior, aut intelligimus esse nouum remediū tanquam extensum interdicto, unde ui, & aliarum constitutionum iuris ciuilis, certis in casibus & tunc uera est crebrior doctorum opinio, erit tamen cogitandum.

Quero. 3. an hoc remedium ita Laycis pro rebus prophanis recuperandis, quam clericis pro rebus ecclesiæ concedatur: crebrior est nostrorum sententia concedi, ut testatur Ripa. d. cap. sepe nu. 21. de restit. spolia. & Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 4. de adq. poss. & ibi Iaf. nu. 20. quo loci Alex. nu. 10. inquit sic in præxi seruari, quod & ipse iam æpissimè seruari uidi, sic respondit idem Alex. conf. 51. u. 1. lib. 1. conf. 117. nu. 3. cjr. ff. lib. 2. conf. 6. nu. 4. ubi latè Molina. in apostolis. lib. 3. Alex. in apostolis ad Bar. in. l. si coloni in fi. C. de agri col. & cenf. lib. 11. Barb. conf. 24. col. 1. in prin. lib. 4. Guid. pp. singul. 730. remedium & c. Riminal. conf. 67. nu. 6. conf. 98. nu. 73. 74. lib. 1. Ang. Aret. in §. quadrupli nu. 32. in fi. Inst. de actio. Auferrius in additionibus Capellæ Tolosane. q. 487. Dec. conf. 252. nu. 1. Grat. conf. 70. nu. 14. lib. 2. Rober. Maranta de ordine iudiciorum. 7. distinctione iud. nu. 50. Rubeus conf. 4. nu. 1. 2. & in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 67. & ibi Cora. in. 2. parte, nu. 139. de adq. poss. Rebuffus in commentarijs Regiarum constit. tomo. 1. tit. de rebus executijs art. 1. glo. 1. nu. 3. & nouissimè Rolandus à Valle conf. 50. nu. 3. li. 2. qui commune testatur, eo adducuntur, fund. hanc constitutionem esse prouulgatam, causa corrigendi

peccatum; quæ sane causa & ratio militat, & in rebus laycorum, ergo idem ius. l. illud in prim. ad l. Aquil. l. a Titio. de uerbo. oblig. confirmatur: quia etiam in correctorijs fauore attinge extensio conceditur Bar. in authen. sacramenta puberum nu. 19. ubi Cur. nu. 47. C. si aduer. uend. latè Craue. de antiq. tempo. 4. parte princ. prima part. nu. 10. huic tamen fundamento respondent multi affirmantes non esse editam hanc constitutionem causa corrigendi peccata, posteaquam etiam conceditur contra possidentem, cum titulo & bona fide, qui à peccato alienus est, sed nihil est; quia saluum est, quod spoliato ipso concedatur contra illum titulo & bona fide possidentem, ut suo loco dicemus, quare uerius respódeo satis iure ciuili omnibus in casibus spoliatio esse consultum: non ergo Pontifices in laycos iudicare poterunt ut statim latius aperiam, ipse autem aliquando perpédebam pro communi hac sententia textum t. cap. 1. q. 1. & ibi causæ propositionem, ubi generalibus uerbis utitur, quibuslibet spoliatis esse concedendam restitutionem, ergo etiam laycis, uerum sic intelligi potest, quibuslibet scilicet; ex clericis & Pontifici suppositis, in quos statui ab ea potuit: sic enim & uerba uniuersalis sermonis ex habilitate restrictionem recipiunt l. ut gradatim. §. 1. de munc. & hono. & uulgatissimum est.

Contrariam sententiam probauit glo. in cap. cum ad sedem. de restit. spoliati. quam secuti sunt Abbas & alij nonnulli, quos retulit et secutus est Ripa, in cap. sæpe n. 21. de rest. spolia. nec dissentit Francus in disputatione, de petitorio primo dubio num. 17. latè idem respondit Corne. conf. 18. nu. 9. & conf. 35. nu. 31. & conf. 329. nu. 30. lib. 1. 36. nu. 20. lib. 2. qui in hanc sententiam alios citat idem conf. 247. nu. 13. eo lib. 2. & latè conf. 282. nu. 7. lib. 3. & Alcia. in l. rem quæ nobis nu. 6. ff. de acquir. poss. quorum sententiam disputando non semel probaui, & si me non lateat, aliqua adferri, quæ non multum urgent, ut illud quo dicitur, dispositionem hanc exorbitantem esse ob idque nullam recipere extensionem cap. ea que de reg. iur. in. 6. & docuit Iaf. in l. si cõstante nu. 72. solu. matr. esse exorbitantem: cõcedunt omnes ferè, uerum aliter Soc. & Dec. præcatis in locis sentiunt, ipse autem argumentationi respondeo, quod & si exorbitans sit dispositio, tamen extensionem concedi, uti in re fauorabili potius quam odiosa, ut de clarat Iaf. d. l. si cõstante nu. 78. uer. secundum limita. ff. Sol. ma. Craue. de antiq. tẽpo. quar-

ta parte princip. nu. 78. 79. tex. autem, qui secundo loco solet perpendi in d. t. cap. reintegranda in illis uerbis, spoliatis & deicis opiscopis, ut in personis ecclesiasticis & fauorabilibus prolatis non extenduntur ad laycos, tunc quia à sermonis proprietate non recedimus, l. non aliter de leg. 3. tum quia eo modo esset argumentari de maiori ad minus affirmatiuè quod non conceditur cap. cum in cunctis de electio. ad rem non confert ex relatis responsionibus a Ripa. d. cap. sæpe nu. 21. quos probó, illud præsertim, quod si à sermonis proprietate & expressis uerbis non recederemus nec in minoribus, clericis locum haberet, cù de solis episcopis loquatur, Francus autè præcitato loco argumentabatur, quod si aliter diceremus fore superfluum cap. sæpe de restit. spoliati. constitutionem que prouidet cõtra tertios scienter in uitio succedentes, sed nihil est quia intelligi potest in clericis & laycis, successoribus, uerius itaque hanc ex eo probó opinionem, quod Pontificis sit hæc constitutio quæ laycos tunc solum ligat, cum alias peccare esset illis iure cõsæto permillum, ut in præscriptionibus uidemus cap. ultimo de præscript. cap. possessor. de reg. iur. in. 6. sic in euangelica denuntiatione cap. nouit. de iud. & in similibus tradit declarando Abbas ex illo tex. in cap. ad nostram nu. 2. uer. ex his insertur in fra. de proba. Dec. in c. ecclesie sanctæ Mariæ nu. 24. de cõstitut. & declarat. Didacus in cap. peccatum tertio articulo. §. 9. nu. 7. 8. de reg. iur. in. 6. tunc demum Pontificem iudicare inter laycos, cum utilis est & necessaria constitutio, at in casu nostro nõ uideo, quod lex ciuilis concedat delinquere & alium spoliare, immo omnibus in casibus, uel uno, uel altero remedio spoliatis succurrit, nec spoliato ris in uilem delicti relinquit, ut patet ex tot proditijs à iure ciuili remedijs: non inficias tamen ibo, uix esse, quod in praxi à relata receptione recedatur sententia, quæ in foro quotidiana est, si tamen posteriorem probauerimus, extendi illa poterit procedere non modo, quoad bona ecclesie, uerum etiam quo ad bona ipsorum clericorum patrimonialia, ratione enim quod t accessoria personæ sunt bona, eodem finuntur priuilegio Dec. d. cap. ecclesie sanctæ Mariæ nu. 18. de cõstitut.

Quero. 4. an hoc t remedium competat, pro rebus xenodochorum, quæ hospitalia uocamus hæc quæstio non habet probabilem dubitationem, si concludimus cum communi, hoc remedium pro prophanis cõcedi, sed maior est dubitatio si quam probauimus sententiam

tiam sequamur, pro rebus ecclesie solum dari, uerum affirmat Soc. d. l. rem que nobis nu. 5. de acquir. poss. & pro rebus hospitalis concedi. sic consuluit & Butrius cõf. 62. & in administratore hospitalis spoliato, sic decidit, Rota in Decisio. antiquis, tit. de restit. spolia. decisio. 6. & in antiquioribus, eo tit. decisio. 3. Cassad. decisio. 4. pag. 2. uer. nec refragatur, ut lite pend. ea adducuntur ratione Butr. & Soc. quod t xenodochia & similia locis sacris & religiosis æquiparantur, illorum que fruuntur priuilegijs, authen. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccle. cap. hoc ius porrectum. 10. q. 2. & latissime tradit per casus decè & nouem Fely. in cap. de quarta nu. 3. de præscrip. latè Iaf. conf. 214. col. 1. lib. 2. Rui. conf. 3. nu. 7. lib. 2. Bolog. conf. 33. col. 1. 2. Roma. conf. 477. Cur. lun. conf. 120. col. 1. Paris. cõf. 50. nu. 36. lib. 2. conf. 36. nu. 15. lib. 4. Rebuffus tracta. Nominatio. q. 15. nu. 12. Didacus. lib. 2. varia. resolutio. cap. ultimo nu. 4. Tiraq. de priuilegijs piæ causæ. in præfatione pagina. 3. Quero. 5. in casu non longe à præcedenti, dissimili, quid in possessione t rerum confraternitatum, seu confrariarum horum disciplinatorum, quos Battutos uulgo appellamus: noua est in hoc tractatu quæstio, quæ ab eo, depédet, an hæc loca sint religiosa & pia, uel merè prophana, si enim loca religiosa dici possunt, omnis cessat dubitatio ex iam supra declaratis, si uero loca prophana sunt, maius est dubiũ, ex his, que supra diximus. q. 3. est ad modum perplexa, & controuersa hæc apud nostros disputatio, cum infiniti propè interpretes sibi ipsis non cæteris modo aduersentur, & uix est ut intelligamus, que opinio sequenda sit, & probanda. constitutissimũ illud est has t congregationes esse licitas & permittas, cum ad finem bonum tendant, ut docuit Bar. in l. ultima nu. 6. ff. de colleg. illicitis, latè Paris. conf. 34. nu. 39. lib. 4. nec est qui dissetiat, confrarias seu Phratias appellat Budæus in annota. Pandectæ. & Rebuffus in commenta. Regiarum constitut. Tomo secundo tract. de confrarijs nu. 10. cum sit Phratia hominũ quidam conuentus, ut placuit Aristoreli à Budæo & Rebuffo citato, esse etiam loca pia & religiosa, ex multis (uaderi uidentur, ex eo præsertim, quod t legatum piæ causæ factum huic confraternitati concedi potest, ut consuluit respondit Caltren. conf. 179. dicendum est, quod dicta fraternitas, lib. 2. quem secutus est Alex. conf. 102. nu. 3. lib. 7. nec dissentit Dec. cõf. 72. col. 3. uer. tertio principaliter & c. idem placuit Petro Rebuffo in d. commeta.

regiarum constitutio. tomo secundo, tractatu. de confratrijs. nu. 3. 4. alios etiam eiusdem sententia retulit Tiraq. tract. de priuilegijs piæ causæ pag. 4. quid tamen ipse sentiat, in medium non adfert, idem accessit Paris. conf. 34. nu. 6. & nu. 42. lib. 4. concedit quia ibi t opera multa pietatis, & misericordie exercentur, ut post Specula. Abbatem & Fely. tradit Paris. d. conf. 34. nu. 4. lib. 4. quiniom. Episcopum tneri loca hæc ut pia & religiosa uisitare, respõdit Federicus de Senis conf. 111. quæstio talis est & c. qua ratione etiam factum est, ut affirmauerint quamplurimũ, ex relictis istis confraternitatibus, tanquam de relictis pijs locis t quartam Episcopo deberi, sic latissime consuluit Barba. cõf. 1. li. 4. & huius fuisse sententię Petrũ Vbaldũ retulit Alex. cõf. 102. n. 5. li. 7.

Contra autem has confraternitates non esse loca religiosa, & pia multis suadetur, ga singuli t illi ex confraternitate laici uiunt, uox res ducere possunt, & de se domi uiuunt, mercaturas ceteraq; huiusmodi negotia exercent ualent. quare non sub t iudice ecclesiastico ut religiosi conueniuntur, sed sub laico. sic Bart. in l. vltima. nu. 15. ff. de collegijs illicitis quem est secutus Iaf. conf. 218. col. 2. uer. ad prædicta etiam lib. 2. Parisius conf. 34. num. 28. lib. 4. addo Zabarellam conf. 13. in ciuitate & c. ideoq; Rebuffus, qui supra nu. 8. affirmat Episcopum in eos ordinari non habere iurisdictionem: accedit præterea crebriorem esse sententiam, relictum loco pio & religioso factum, non deberi, sicq; solui nõ posse huic confraternitati. hanc probauit Bal. cõf. 161. Quid Franciscus Crillonis, col. 1. uer. quarto queritur lib. 5. idem in l. Iubemus & c. in auth. hoc ius porrectum col. 2. uer. secundum quero. C. de sacros. eccle. & alios plures citat Tiraq. d. tract. de Priuilegijs piæ causæ. in præfatione. pag. 4. illi addo Calca. conf. 21. col. 2. uer. sic. modo reuertendo, Iaf. conf. 218. num. 1. lib. 2. quiniom aduersus ea, quæ paulò ante retulimus, sentiunt quamplures, ex relictis istis confraternitatibus, quartam Episcopo non deberi. sic Abbas, & Inno. in cap. officij, de testa. quos secutus est Rebuffus d. tracta. de confrarijs nu. 8. eiusdem sententię addo ipse Baldum. conf. 133. factum super quo consil. 2. Federicum de Senis conf. 150. cum aliqui boni uiri, quos secutus est Iaf. d. consil. 218. col. 2. uer. fact idem etiam adduco. lib. 2. & idem interrogatus respondit Calca. d. conf. 21. col. 2. uer. sic. modo reuertendo. & aliquos citat, (& si ut mox retuli, contrariam ipse tunc sententiam) Barba. d. conf. 1. col. ff. ij 2. lib.

2 lib. 4. hinc respondit, quem nunc retuli sacrosancti 8. lib. 2. quod quemadmodum priuatus quilibet, qui vel studioso, vel Doctore publicè presertim profitemi impedimento est, ob artem quam exercet, ne studijs operam, commodè dare possit, expelli potest, ut in fabro ferrario, & similibus, cum eos presertim studiosos, uel doctor praenent, sic hos disciplinatos posse expellere: ne alta ac incoccinna eorum uoce impediatur. affirmat pariter Parisius, d. consil. 34. lib. 4. aduersus ea, quae statum supra retulimus. Episcopum non posse horum disciplinatorum confrarias & ecclesiarum uisitare. accedit, quod ex legatis factis istius confraternitatis detrahitur falcidia, & Trebellianica, sic post Corneum conf. 307. in fin. lib. 4. affirmat Paris. consil. 50. num. 28. lib. 2.

Difficilis ergo est huiusmodi dissolutio, cum tam variae sint interpretum opiniones. Pluribus tamen consideratis casibus finiri scires potest. Primus casus, cum sola personae ipsius confraternitatis consideramus, tunc isti non dicuntur religioni addicti, ut ab ea non possint ad libitum recedere, ideo & uxores ducunt, & negotia exercent: quae à religiosis exerceri non possunt. quare merè & propriè seculares & laici sunt, habentque, ob id, nulla est in eos Episcopi iurisdicção: sic intelligit Bar. d. l. vlt. nu. 13. ff. de colleg. illicit. & alios, qui eum sunt secuti. Secundus est casus quoad bona, quae illius vniuersitatis & confrariae sunt, & tunc si ea mente, & animo illa sunt vna simul congesta, ut confrariae deseruiant & possit ipsa confraternitas ad libitum de illis disponere & tractare, illa non habentur ut bona loci religiosi, sed prophani, quare is locus, illud oratorium, in quo omnes una conueniunt (quam uulgo in istis regionibus Casatiam appellant) si eo animo ab eis fuit exstructum, dicitur locus secularis & prophanus, ad libitumque; distracti & redditus alienari possunt, sic intelligo Bald. in d. auth. hoc ius porrectum col. 2. vers. 2. quæro. C. de sacrosanct. eccle. & in l. id quod pauperibus. q. 21. C. de Episcopo, & cler. quem est secutus Balbus tracta. prescriptio. prima particula quintae partis principa. in prin. vers. amplia quinto: sic intelligo Parisium. d. consil. 74. nu. 19. lib. 4. Nec hac ratione dici potest locus religiosus, quod ibi addit altare & campanile, quia hæc non constituunt sine Episcopi speciali consecratione, & confirmatione locum religiosum & sacrum, ut respondit Zabarella. d. consil. 13. & alij plures, quos est secutus Paris. d. consil.

34. nu. 15. lib. 4. si verò locus ille, seu illud oratorium est exstructum ut sacrum sit, & Deo optimo maximo dicatum & bona una simul congesta, eo sunt animo congesta, ut ad opera oratorij necessaria, & ad pauperes subleuandos. perpetuo sint: tunc bona illa & is locus iudicandus est religiosus etiam si Episcopi consensus non accesserit. ideoque ad libitum illa bona distrahi non poterunt, nisi accedente totius confraternitatis consensu ac autoritate Episcopi, illis tamen in casibus in quibus aliorum locorum religiosorum bona distrahi, conceditur, sic intelligo, quae scribit Petrus. Rebuffus in d. tract. de confrarijs. nu. 9. dum eiusdem sententiae citat Iaco. Rebuffum in l. quisquis & l. pen. C. de spect. lib. xj. illa est ratio, quia locus religiosus etiam non sacrum, unus quisque, facere potest, & semel Deo dicatum, ad usus humanos conuerti non potest. §. sacra. §. religiosum. Init. de rerum diuisio. & ratione uis effectus, bona illa religiosi loci, iudicantur, cum ad eum solum commodum tendunt, ut uno uerbo sentit Zabarella consil. 13. in prin. & ita clarè sentiunt Abbas consil. 31. col. 1. versic. sed his non obstantibus lib. 1. & Soc. Sen. consil. 82. col. pen. vers. in contrarium. facit. lib. 4. quam autem in his potestatem habeat Episcopus, nunc non excutio.

38 Quæro. 6. an hoc remedium concedatur commendatario e commenda deiecto: & nõ concedi clarè sentit Fely. in cap. si constitit. num. 4. post glo. ibi in uerbo commenda in fi. de accusa. & clarè idè affirmat Capicij Decif. 3. nu. 4. ea præcipua adducuntur ratione, quod commendatarius sit depositarius & commodatario similis, cum ecclesia causa custodia tantum ei concedatur cap. nemo, de electio. in. 6. Rebuffus in praxi beneficio. in tit. de commenda. nu. 1. Franc. de Marchis. q. 1247. quem est secutus Cephalus consil. 97. nu. 15. 16. cum ergo depositarius non possideat. licet. §. rei. ff. de pos. ut nec commodatarius, licet commodatarius. ff. de commod. sequitur spoliatum non dici, & per consequens ad possessionem. minimè reintegrandum, quæ sanè sententia non habet difficultatem, cum commendatarius e possessione seu custodia Pontifice commendante deijctur, ut in commendatario diximus supra remedio. q. ex. l. si quis in tant. q. 22. sed maius est dubij cum deijctur à tertio, & relata ratione idem dicendum uidetur, & ex. d. cap. si constitit. uerò tamen cotrarium existimo uerius contra tertium spoliatorem commendatario hoc remedium concedi, ut de interdico. unde uis & remedio

medio. d. l. si quis in tantam diximus. d. quæstio. 12. & c. ea ratione quia t is ius aliquod in commenda dicitur habere cum spoliatur, ut egregiè declarat Gomes. Hisp. in regula Cancellarie. de non tollendo iure quæstio. q. 4. in fin. quoniam titulum quendam habere dicitur, ut nec in totum depositario similis esse dicitur, potest enim t expensas facere, debita persolvere, & alimenta sumere, ut is qui titulum habet cap. 1. de solut. & post Archid. in cap. quia plures. 21. q. 1. tradit Rebuffus. d. tit. de commenda. nu. 3. & habere titulum respondit Corne. consil. 66. nu. 2. in fin. lib. 3. quod egregiè declarat Casad. super regulis Cancellariae. Decif. 32. nu. 6. 7. & alijs sequentibus, cum ergo de iure Pontificio quodlibet minimum præiudicium sit considerabile casu proponente, de rescrip. & Gomef. d. q. 4. circa fi. sequitur concedendam esse reintegritatem. quæ sanè conclusio fortius procedit in t commendis nostri temporis, quæ ex usu loco titularum habentur & perpetua sunt & beneficiati de fructibus illarum disponunt, ut post Præpos. in cap. cum autem 44. dist. Gomef. in regula. Cancellariae, de infirmis resigna. q. 13. vers. quibus non obstantibus, & clarè idem affirmat Gomef. in regula Cancellariae. de Annali possessore. q. 26. item latissimè de Triennali possess. q. 7. Capicij. d. Decif. 3. nu. 8. licet olim aliter esset, ut iam retuli, & ita intelligitur Decisio Rotæ in antiquioribus tit. de præbendis. Decif. 1. nu. 2. hodie enim salent sic concedi commende, ut ad libitum de fructibus disponat, quare ad maiorem cautelam solet hodie in concessionibus clausula apponi, quod possit de fructibus disponere, sic docet Rebuffus. d. tit. de commenda. nu. 26. Quod tamen supra diximus t Pontificem maximum ad libitum posse reuocare commendam, & commendatariu spoliare, intelligo cum commenda est ad incertum tempus, nõ si ad certum, & ad vitam, nec enim tunc sine causa ab eo aufertur, ut declarat Rebuffus. d. tit. de commenda. num. 98. ex. cap. satis peruersum. 56. dist. 1. & tradit las. in l. vltima, col. 2. vers. facit bene. C. si contra ius uel vtil. pub. & consil. 145. col. 1. 2. lib. 2. Ripa lib. 1. responso. ca. 14. col. pe. qui affirmant, Pontificem t nõ posse sine causa iâ concessum beneficium auferre, quod intelligo de ordinaria potestate, nõ de absoluta, ut declarat egregiè Craue. de antiq. tempo. secunda particula primae partis prin. nu. 37. & ita concludo.

45 Quæro. 7. aut hoc remedium reintegrandi

de concedatur patrono ecclesiae, qui sedem, uel arcem sui honoris causa in ecclesia habuit, & ab ea fuit deiectus: & habere locum dicitur olim consilium Delphinatus, ut testatur Franc. de Marchis. q. 275. ea ratione, quia is Patronus, quemadmodum t ex gratia habet in ecclesia ius patronatus, cap. quoniam, de iure patro. sic eis ex gratia conceditur habere sedem in ecclesia honoris causa, ut tradunt Hostiæ, & Abbas in ca. abolende de sepultu. vt quoque; 47 videmus honoris causa patronus t esse concessum, vt habere possint in illis depicta familia; 48 insignia, quæ ab alio t abradi non sine domini iniuria possunt, ut docuit Bart. in l. 1. §. ne eius nomine. ff. de operis publicis. Cepola tracta. seruitutum. de seruitutibus vrbano. t prædiorum cap. 71. de pictura. 49 Quæro. 8. quid in t commodatario, & depositario, an illis concedatur hoc remedium: & concedi plures affirmant, ut Io. Andrea; & Specul. quos est secutus Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 6. de acquir. poss. & consil. 37. col. vlt. vers. secundum remedium. lib. 3. communem testatur Ripa. d. l. rem quæ nobis nu. 2. 1. & si idem in cap. sape nu. 24. de restitu spol. non audeat affirmare. hanc probauit Plotus in l. si quando nu. 63. C. unde uis, & Henric. Boe. in suis singularibus, tit. de petitorio & possessorio iudicio nu. 11. depositarius & teuia tamen sunt huius opinionis fundamenta, adducitur enim tex. idest t cap. reintegranda. 3. q. 1. in illis uerbis, spoliatis & eiectis, quia si uelint dicere sub illo uerbo eiectis contineri & detentatores solum, sed nihil est: tū quia hoc modo est ponere differentiam inter uerbum eiectis & spoliatis, tū quia (ut dicebat Ripa) loquitur de Episcopo eiecto, si ergo Episcopus, ergo titulum uerum cum possessione habet quod non contingit in commodatario, & depositario, adferre secundo loco solet tex. in t cap. cum ecclesia, 3. q. 2. in uerbo possessiones uel res: nam uerbum res generale in solo detentatore verificari posse uidetur, sed preter responsiones à Ripa relatas, est considerandum, loqui semper de eiectis e proprijs rebus, ut ibi dicitur d. ca. reintegranda. ibi, res proprias. j. suas, quod non contingit in commodatario, qui nec res habet suas, nec possessionem, ut statim subiiciam argumentatur tandem Soc. ex eo, quod de iure ciuili de æquitate conceditur t commodatario iudicis officium, ut affirmant multi, quos infra referam in vlti. remedio recuperanda possessionis. sic ergo hoc in casu idem est dicendum. sed respondet multis modis Ripa. ipsa autem



autem arbitror, nec illam sententiam esse sic absolutè veram, vt opinantur interpretes, & suo loco dicemus, quod si eo remedio est succursum commodatario, non tñ hoc nostro.

Contrariam itaque sententiam probauit Ripa. d. l. rem quæ nobis num. 2. 1. & in d. cap. sæpe. num. 2. 4. quem uisus est sequi Cephalus consil. 100. numero. 17. libr. 1. ea adductus ratione quod cum t̄ commodatarius & depotarius non possiderint. l. rei commodatæ. ff. commodati. l. licet. §. rei. ff. depositi, non possunt dici spoliati, vt inde restituantur, quare tunc conceditur commodanti domino restitutio, si a tertio is commodatarius sit spoliatus, ut aliàs declarauimus, in nono remedio supra ex. l. si quis in tantam. q. 22. in fine.

Declaratur præter aliàs dicta, non habere locum eo casu, cum commodatarius rebus commodatis unà cum proprijs simul spoliatur, vt si domi aliqua commodata habeo & e possessione domus deicior, non modo sum ad possessionem domus restituendus, sed & ad bona illa commodata, sic intelligo notab.

54 t̄ textum. l. 1. §. quod autem aut prætor. ff. de vi & vi armata, quod ratione cuiusdam accessorij contingit, alioquin nec eo casu daretur interdictum, cum commodata mobilia esse possint, in quibus cessat illud interdictum, vt olim diximus, quod si hoc in eo interdictum contingit, fortius in nostro, quod est illo pin guius, & ad illius extensionem factum, ut factentur omnes.

55 Quæro. 9. an hoc t̄ remedium concedatur illi, cui res precario concessa est: & dicendum uidebatur non concedi, ea ratione: quia si negatur commodatario, sic præcario roganti, cum æquiparari uideantur, vt scribit Euerardus in ceteria legali, in loco, de commoda. ad precarium, num. 1. sed uera est sententia concedi, quam rectè probauit Rota in decisionibus antiquis, titulo de restitutione spoliatorum, Decisione. 1. num. 2. ea optima ratione,

56 quia iste, qui t̄ precario possidet, dicitur habere naturalem possessionem, ut est notab. tex. in l. & habet. §. pen. ff. de precario, non mirum si ea spoliatus restitui potest. Nec ad rem facit illa æquiparatio, quia in hoc differunt ut is Euerardus animaduertit præcitate loco, qui statim subijcit, huic possidenti precario concedi interdictum uti possidetis, si turhari contingat, quare t̄ æquiparationis cessat argumentum, cum in puncto, de quo agitur non est facta æquiparatio: cap. translati ubi Decius de constitutioni, & Alexand. in l. si quis maior, num. 10. C. de trans. & in l.

57

Gallus. §. forsitan, num. 5. de lib. & posthu. Inf. l. 2. num. 19. de iureiur. Paris. consil. 49. nu. 85. lib. 3.

58 Declaratur tamen hæc sententia, t̄ vt procedat, quando a tertio deijcitur, non quando a domino cõcedete, sic Rota in d. Decif. 1. & in eo interdictum uti possidetis, sic declarat Euerardus, qui supra, quam sanè declarationem ipse intelligo, dummodo is, qui precario possidet, iam non introuertit possessionem cõtra dominum, si enim introuertisset, & iure proprio possidere cõspicisset, si a domino ipso deijceretur, contra eum restitui posset, sic probò ex his, quæ dixi supra in nono remedio ex. l. si quis in tantam, questione. 22. versic. Declaratur tantum casus & c. non repeto.

59 Quæro. 10. an hoc t̄ remedium competat cessionario: & competere, affirmant uo ore interpretes, ut apud Ripam. d. cap. sæpe. nu. 25. de restitutione spoliatorum, Socinum. l. rem quæ nobis num. 10. de adquirenda possessione, quos est secutus Tiraquel. De retractu consanguin. in §. 26. glos. 3. num. 18. in fine, quo loci quamplures refert affirmantes t̄ concedi cessionario interdictum vnde vi,

60 ex text. ubi glos. & ceteri. l. si in diem. §. Iulian. scribit. ff. de petitio. hered. ergo fortius remedium huius Canonis reintegranda, addo hanc sententiam a Ruino probati in consil. 45. colum. 5. versic. & est breuiter dicendum. lib. 4. Gomef. super regula cancellariæ, de triennali possessore. q. 11. versic. secundus casus est, & c. qui Baldum consil. 308. super quo puncto lib. 3. citat, & intelligit, quando in specie cessionario est cessum ius spoliij, & omne aliud ius competens, idem respondit Rola. a Valle consil. 28. nu. 22. lib. 2.

61 Quæro. 11. t̄ an malafidei possessori sua possessione deiecto concedatur hoc remedium: & concedi affirmant Butr. Aretin. Roma. & Alexand. quos retulit & probauit Ripa in d. cap. sæpe. num. 23. Rube. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 81. ff. de adquirenda possessione Rober. Maranta de ordine Iudiciorum septima distinctione Iudiciorum, num. 50. istis accedo, & præter aliorum fundamenta perpendo textum illum t̄ cap. in literis, in fine, de restitutione spoliatorum, qui prædonem esse restituendum affirmat, nec magis est text. ad iuris ciuiliis dispositione se refert, quam iuris Pontificij, dum illis uerbis utitur, quia etiam prædo, secundum iuris rigorem restituendus esse, cum & in iure Pontificio considerari soleat rigor. cõsidero præ

62

terea clarissimum text. cap. ult. §. sed obijcitur. q. 1. quem perpendit & Ripa qui supra in enim text. posteaquam affirmat minus canonice institutum & spoliatum esse restitutum, diluens nonnulla, quæ obijciebantur, hanc reddit rationem. Cum uiolenta possessio nisi per Iudicis sententiam uiolento detentori detrahi non possit.

Contrariam tamen sententiam crebrius affirmant interpretes, ut testatur Ripa. d. cap. sæpe. num. 23. & Brun. consil. 19. num. 24. consil. 21. num. 2. Rubeus. d. §. nihil commune. num. 78. & si ipse (vt retuli) aliter senserit, hanc pariter probasse uidetur Molina. ad Alexand. consil. 6. num. 5. lib. 3. Bertrand. consil. 74. libr. 1. nouissime Natta consil. 288. nu. 2. & consil. 373. num. 36. lib. 2. horum tamen fundamenta facili negotio dilui possunt & quibus multis respondent Ripa & Rube. præcitate in locis, non refero illud tantum dico, nihili esse rationem, quæ pro sententia crebriori consideratur, ne scilicet ius Pontifici in iustus foueat occupatores, & delinquendi concedat anam, nec enim his in casibus consideratur spoliati persona, t̄ sed spoliatoris, ut illius comprimetur audacia utque intelligat sibi nõ licere, sua manu iudicare, vt aliàs admonui, quare dicimus ultimo loco spoliatum esse ante omnia restituendum antequam ratio habeatur primi spoliij cap. ultimo de ordi. cog. ubi omnes, quod si malafidei possessores non tueretur ius Pontificium dubio proculis spoliator ultimo loco spoliatus nõ restitueretur, sed de illius malafide disputaretur.

Declaratur tamen hæc conclusio non procedere in illis casibus relatis supra in primo remedio. q. 11. in ea questione. An predo sit ante omnia restituendus, ubi tres attuli declarationes quas non repeto.

64 Quæro. 12. an hoc t̄ remedium transeat in singularem successorem, in quem res sine iuri cessione fuit alienata, & tranfire affirmant Soc. Sen. d. l. rem quæ nobis num. 10. de adquirenda possessione, Soc. Iun. in consil. 34. num. 10. libr. 3. Gratus consil. 42. num. 7. 8. lib. 2. illa ratione adducuntur, quod hoc remedium sit in rem scriptum, non mirum si transit in singularem successorem iuxta doctrinam Bart. in l. si tertius. §. si quis prius numero. 5. ff. de aqua, pluuia arcenda, & esse in rem scriptum patet ex cap. episcopi. 3. q. 1. & cap. cum ecclesia. 3. q. 2. dum concedit reintegrationem contra quoscumque detentatores ergo etiam cõtra singulares successores sed re

spõderi põt intelligi cõtra quoscuq; detetato res, id est, qui immediatè occupauerunt. Quare uerior est Ripæ sententia non tranfire hoc remedium in singularem successorem non tamen adducor Ripæ fundamẽto dum inquit, non concedi hoc remedium pro damno præterito, quia etiam ea, quæ in rem sunt t̄ scripta non transeunt in singularem successorem pro damno præterito, ut probat l. si tertius. §. si quis prius. ff. de aqua pluuia arcenda, nam hoc nihil est, ut animaduertit Soci. Iun. in d. consil. 34. num. 12. Cum hoc non sit damnum præteritum, sed præsens, ex quo de possessione adhuc spoliatorum existentium recuperanda agitur, illa ergo ratio potius in hanc adducor sententiam, quod in rem scriptum non sit hoc remedium, cum ad similitudinem interdicti vnde ui inducitur, quod interdictum vnde vi, non esse scriptum in re aliàs diximus supra, in quinto remedio questione. 18. ut ergo illud non datur contra singularem successorem. l. cum te de ui & ui armata, sic nec hoc nostrum, non pariter transit in ipsum: nostram hæc opinione clarè probat capitulum saepe de restitutione spoliatorum, cuius recentior constitutio hac nostra ostendit iam ante sui promulgationem spoliato contra singularem successorem non esse succursum, quod suo loco latius expendam.

65

67 Quæro. 13. è conuerso a præcedenti questione, t̄ an hoc remedium reintegranda datur contra singularem successorem, in qua questione, non sibi constant interpretes, nec altera uel difficilior, uel in foro quotidiana magis est, quam obrè aliqua utar, in ea explicanda diligentia, & quo res sit clarior, vna cū Soc. d. l. rem quæ nobis num. 12. plures distinctiones casus.

68 Primus itaque est, cum nouus t̄ hic & singularis possessor est cum bonafide, sed sine titulo, & hoc casu contra eum hoc remedium concedi affirmant vno ore interpretes, ut testatur Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 12. in prim. ubi refert Bartolum eo loci, & l. vltima. §. sed cum in secunda. C. de furtis, Alexand. consil. 51. num. 1. versic. & præsertim quando libr. 1. consil. 117. num. 3. uerfi. sed in proposito lib. 2. & consil. 6. num. 9. lib. 3. eiusdem fuit opinionis Soc. Iun. consil. 128. num. 21. lib. 2. illo uno adducuntur omnes fundamenta, quod probata t̄ antiquiori possessione illa, quæ est iunior & sine titulo clandestina præsumitur cap. licet causam de proba. ubi Dec. num. 9. declarat, ut è contra t̄ cum apparet de titulo uitium

70

uitiū clandestinitatis ē possessione tollitur. l. siue autem. §. si duobus. ff. de Publicia. Bart. in l. si duo in princip. num. 4. ff. vii possidetis Affli. & Decisione. 363. num. 3. laf. consil. 148. num. 2. lib. 2. Rui. consil. 53. num. 4. lib. 4. Goza. consil. 86. num. 5. 6. Paris. consil. 107. nume. 80. lib. 1. Soc. Iun. consil. 146. num. 26. lib. 1. Bello. consil. 11. num. 12. Boe. q. 239. num. 1. Craue. consil. 104. nume. 14. consil. 132. nume. 10. in fine conf. 248. num. 6. versic. rursus consil. 258. nu. 20. Plotus. l. si quando. num. 99. C. vndetui, si ergo uitiosus est hic possessor, contra eum hoc remedium, ut contra detentatorem competere videtur. d. cap. episcopi. 3. q. 1. & c. cum ecclesia. 3. q. 2. sed quid hac de re sentio in sequenti casu dicam.

71 Secundus est casus a Soc. & ceteris omissus quando nouus ꝛ successor & possessor est eū bonafide & titulus superuenit post possessionem illam antiquiorem, sicque per fraudem titulus est inductus, & tunc idem est vt in casu precedenti, cum is titulus sit nullus vt fraude quæritur, sic ꝛ declarat Bal. in disputatione accusatus de uirbatua. col. vltim. vers. 3. modo, quem sunt secuti Alexan. consil. 88. num. 1. vers. plus dicit lib. 5. Dec. consil. 303. num. 8. Goza. consil. 86. nu. 19. Bello. consil. 11. num. 4. sed duo hac in re perpendo, primum Baldum & relatos facti speciem proponere, quando in recentiori possessore superuenit titulus post antiquiorem possessionem ipsius sui aduersarij, quod non satis aridet, quandoquidem, dum loquimur de recentiori titula possessione semper præsupponimus & possessionem & titulum post illam aduersarij antiquiorem superuenisse. quare rectius mihi intellexisse uisus est Cur. Iun. consil. 108. nu. 25. in fine, quem secutus fuit Craue. consil. 158. num. 21. in fin. vers. secundo igitur, quando nouus is possessor post adeptam possessionē adsecutus est titulum, nam is titulus fraudis suspicionem non caret, cum facile fuerit amicū, a quo emere fingeretur supponere, eoque cauitulo ac dolo antiquiorem possessore fallere, alterum quod perpendi illud est, non satis esse tutam Bal. & sequacium sententiam, ut recte animaduertit. Crauet. d. consil. 258. nume. 22. uers. aduertendum tamen & c. non refero. probata tamen Baldi sententia, quoad nostrā hanc propositam disputationem, hic casus a precedenti non differt, cum par ratio uitij in utroque militet, uerum & si in foro relatā interpretum obseruentur traditiones, quando & illud quā plurimi ausi sint affirmare, remedium hoc contra bonafidei & titulos pos-

sesores concedi, quod fortius est, & suo loco explicabimus, attamen ipse nunc, ut studio beneuoloe lectori cogitandi præstem occasionem, animaduertendum censéo, quod doctorū argumentationem concludere quidem uitiosos hos esse possessores, sed non concludere contra eos cōcedi hoc remedium; quod minime dari posse uidetur, cum ad similitudinem sit interdicti unde ui, quod contra singularem successorem etiam uitiosum, nō conceditur. d. l. cum a te, nec iure Pontificio probatur, quod ex hoc canone reintegranda concedatur contra singularem successorem, cum illa uerba & quibuscumque detentatoribus possit de ipsismet occupatoribus immediatis concedi, quod præsertim confirmatur ex cap. sepe de restitutione spoliatorum, quod (vt iam admonui) esset frustra post hoc capit. Reintegranda, promulgatum, & latius suo loco dicam.

 142 t. d. l. ult. non habere locum, quando alienatio fuit nulla defectu legitimatis personæ, vt quia minor habens curatorem, sine illius consensu & autoritate, uenia atatis non impetrata, alienauit, quo in casu alienatio est nulla iuxta. l. si curatorem habens. C. de in integr. rest. mino. uoluit enim dicere glof. deficit hoc in casu alienatio ex alio capite, quam defectu decreti non interpositi, ut rectè exponit Corne. conf. 207. nu. 7. lib. 3. qui post Saly. in. d. l. ult. col. ult. vers. quæro quid sit tantum, hanc probauit sententiam, responditq; aliorum autoritatibus esse receptorè eamq; confirmat ex verbis. d. l. ult. C. si maior factus aliena. sine decreto ratam habue. ibi occasione prætermisionis decreti. ergo à cõtrario sensu quãdo alio defectu alienatio est nulla, non confirmatur ex dispositione illa: accedit quod si titulus præcedentisq; solum in ea nullitatis specie loquuntur, quæ prouenit ex decreto non interposito, subiecta ergo materia ostendit. ratihibitionem illam ex lapsu temporis cõfirmare solum alienationem nullam defectu decreti non interpositi. At ipse longe aliter sentio, nempe nullam esse in nullitatis specie constituendam differentiam & ut rem clarè aperiam, uolo beneuolum lectorem monitum esse. ¶ Decretum (cuius meminit legislator in illo tit. C. si maior factus alienationem sine decreto ratam habuerit & in præcedentibus titulis) accipi in genere & in specie, dicimus enim in specie esse iudicialiæ autoritatis interpositionem causa cognita, super eo, quod petitum est, nec uersatur in absolueno uel condemnãdo ut diffinitiuã sed in affirmando iusta ex causa actum quid esse, ut est in alienatione hac bonorũ minoris sic ex multis, rectè declarat Io. Corasius in. l. i. n. 5. ff. de off. assesso. & ante eum Alcia. lib. 2. paradox. capit. 3. quod sanè decretum dicitur sententia in causarum cognitionibus prolata ut ostendit inscriptio. l. ultim. ff. de iure patro. secundum Haloandri. & Ruffardi editio nem, sic enim inscribitur, Paulus Imperialis sententiam in causarum cognitionibus prolatarum siue de reorũ ex libris sex libro primo, quam rem fufius & crudite admodum docet sac. Cuiacius uir omnium laudum dignissimus lib. 2. obserua. cap. 26. quo loci aperit, decreta nihil esse aliud quam Imperiales sententias prolatas in cognitionibus, quæ decreta, ut à prætorè, cæterisque quorum munus erat ut interponerentur, causæ cog-

nitio necessãrio præcedebat, ut probat text. l. nec quidquam. §. ubi decretum, ubi Eguina. Baro. & Cora. nu. 3. ff. de officio proconf. qui probat claris si iungatur cum textu. l. minorum. C. de prædijs minor. ut omnium primus animaduertit Alcia. lib. 2. paradox. cap. 3. & dum in specie decretum accipimus, intelligimus esse actum unum separatum ab ipsa causæ cognitione, cum illam sequatur, ut probat is text. l. minorum, ibi, nisi apud acta causis probatis, quæ uenditionis necessitatem inferant, decretum solemniter interponatur, & clarè in. l. ob. es. C. eo. sed claris in. l. 3. C. si quis ignorans &c. ibi, sine cognitione causæ & interpositione decreti, i habet enim decretum præcedere ut antecedens necessarium causæ cognitio, quæ in multis uersatur, nam antequam minorum bona distrahantur consistere debet.  
 143 Primotus alienum urgere. d. l. ob. es, & in l. magis puto. §. non passim. ff. de reb. eorũ & c. Afflic. decisioe 249. nu. 2. Paris. conf. 98. n. 2. & conf. 99. n. 2. lib. 2. ¶ Rola. à ualle uir (mea sententia) de legali scientia benemeritis, & ab omnibus suspiciendis in Delphico eius conf. 33. nu. 2. 3. qui cæteras solennitates refert, & paucis ipse prosequat. Secundo concurrat, ut diligentia adhibeatur, utri ne extent stabilita, quæ minori cum dispendio distrahi possint, ut multis docet Rola. d. conf. 33. n. 4. idè, conf. 99. nu. 4. 5. ex. d. §. non passim, qui quidè Rola. post Paris. & alios plures affirmat necessariã esse iudicis interlocutoriam, qua pronũtiet mobilia nõ extare. Tertio requiritur, vt res minus damnosa minori alienetur. d. §. non passim. & Rola. d. conf. 33. n. 7. & d. conf. 99. nu. 5. Quarto res magna alienari non debet, ut paruam debitum perfoluatur. d. §. nõ passim. & l. & si sine. §. i. ff. de minor. Rola. qui supra n. 8. Quinto tutoris uel curatoris, autoritas. l. neq; .l. cum qui. C. de autho. tuto. Rola. d. conf. 33. nu. 9. Sexto his peractis, decretum debet interponi. l. i. §. i. ff. de reb. eorum. l. lex. quæ tutores. C. de adm. tuto. & post multos respondit Rola. d. conf. 33. nu. 9. Septimo quod decretũ interponitur probatis & excusis relatis causis, inscripturaq; sit separata ut affirmant Corne. conf. 71. nu. 4. lib. 3. las. l. nec quidquam. §. ubi decretum nu. 71. ff. de off. proco. cum alijs a Rola. relatis n. 10. qui subdit esse deinde necessariam subhallationem, per uiginti dies quod non excutio, satis ergo intelligimus quod & quomodo decretum hoc in specie intelligatur & in his, alienationibus interponatur, in genere autè

sumitur & decretum quatenus in se comprehendit & completitur causæ cognitionem, & cætera sole nnia quæ in his alienationibus exiguntur, quare decreto alienare intelligitur cum omnibus adhibitis solennibus alienatio fit, sic probat tit. inscriptio. ff. de reb. eorũ qui sub tutela uel cura sunt, sine decreto non alienandis uel supponèdis, docet hæc inscriptio in genere sine decreto minorum, bona non debere alienari, & tamen in. d. l. magis puto. §. non passim, enumerat, quæ concurrere debeant in hac alienatione ut supra retuli, sic clare probat inscriptio tit. C. de prædijs minorum iuncta. d. l. ob. es, sumitur ergo hoc casu alienare cum decreto pro integra hæc solennitate, quæ adhiberi debet, quare in d. l. ultima. C. si maior factus alie. sine decreto ratam habuerit, non debent intelligi illa uerba, occasione prætermisionis decreti, pro singulari illo actu autoritatis interponendæ, sed pro integro decreto iuncta causæ cognitione cæterisque iuris solennibus, quæ decreto integrum constituunt, quod ea ratione confirmatur, quia dicere titulum. C. si maior factus &c. prouidere solum, cõ nullitas actus illo singulari, decreti non interpositi, est constitutæ differentiam inter nullitatem actus, uno, uel altero modo, causatam & tamen nulla differentia ratio adferri potest minor sine causæ cognitione & cæteris solennibus alienare, sic sine decreto & cõtra, idem ergo ius statuendum est. l. illud in princip. ad. l. Aquil. cum uulgatis similibus suadet quoque hæc ipsa nostra sententia ex. l. 2. C. si maior factus aliena. sine decreto ratam habuerit, quo uide mus expressam ratihibitionem tacitè æquiparari, sed per expressam omne nullitatis uitiũ ex quouis capite eo in casu tollitur idem ergo ex tacita, ex quibus satis factum est leui argumentationi Cornei. in d. conf. 207. nu. 7. què uisus est sequi & si subobscurè Ant. Capicius Decif. 92. nu. 2. 3. & nostram sententiam si bi parum constans probauit ipsemet Corne. conf. 36. num. 22. lib. 2. & Paris. d. conf. 49. nume. 58. libr. 1. Gratus confil. 47. in fine libro. i.  
 148 In hoc ergo secundo capite, duo casus constituenti sunt, Primus cum rei alienatio est facta titulo oneroso, uel quia uendita, uel quia pignori supposita fuit, uel quid simile actum est, quin etiam in legitimationis actu procedere intellexit Dec. confil. 367. nume. i. si ergo hoc casu ipsa alienatio sit facta ab ipso minore cum curatoris consensu, uel e contra a curatore præsentè & sciente ac consentien-

te minore, uel tertio cum minor curatorem non habens & impetrata uenia atatis alienat. uel quarto cum minor habens curatorem uenia impetrata sine illo alienat. his enim in casibus tantum omnium consensu locum habet dispositio. dicta. l. ultima. ut ibi affirmat glof. Bartol. & claris Saly. colum. 2. uersiculo. quæro pro dilucidatione, Cõneus dicto confil. 207. numero. 6. libr. 3. Capicius. d. Decif. one. 92. num. 2. Ruin. confil. 63. num. 21. in fine lib. 1. Alcia. responso. 164. nu. 12. Natta confil. 162. nu. 30. li. 2. idem ipse intelligo cõ solus tutor nomine tamen pupilli sicq; administratio nomine alienat. ut infra tã declarauimus, ¶ Ratificatio autem in his casibus altero ex tribus modis sequi potest. Primo uerbis expressis, vt probat tex. l. 2. C. si maior factus aliena. sine decreto ratam habuerit, ibi, specialis confirmatione, & res hæc clara satis est, ex Iulij Pauli sententia, iam ipfius relata, secundo facta ut ex pla supra primo capite retulimus, tertio temporis cursu, hoc est quinquenij fin hoc primo casu actus onerosi. d. l. vltima. C. si maior factus aliena. sine decreto ratam habuerit, quod sanè t̄ quinquennium incipit currere a die etatis perfectæ. 25. annorum nisi ex forma statuti pronuntiatum sit quis maior, ut Papie ex statuto. 23. in ciuilibus sub Rub. Quod pronuntiatum maior &c. quod dum in quadriennio ob restitutionem in integrum disponit, extendi potest ad casum hunc nostrũ, cum eadem subdit ratio cum tunc atas perfectã incipiat. Idem erit, ex statuto Mediolani, quo atas secundo annorum pro perfectã habetur, & simile quando alia ratio ne minor uiginti quinque annis haberetur pro maiori, ut in spiritualibus sic in terminis nostris egregiè censuit Ancha. confil. 34. in hac causa quia colum. ultima. uersic. postremo contra. Tres hæc species ratihibitionis vnum hanc operantur ualiditatis contractus effectum: diuerso tamè modo, t̄ ratihabitio enim quæ uerbis expressis, uel facta sit reddit actum validum, ut n̄ t̄ a die ratihibitionis, ea ratione, quia actus nullus non legis dispositione, sed hominis conualidatur, qui quidem homo cõ fingendi potestatem facultatem uè non habeat, minus efficere potest, vt in præteritum retroque trahatur sicut ille actus, sic intelligo t̄ Bartolum in. l. ab emptione num. 14. ff. de pactis & in l. obseruare nume. 4. ff. de officijs proconfulis Dec. l. semper qui non prohibet nume. 16. de regulis iuris & confil. 367. nu. 4. & confil. 645. in si. dum affirmat ratihibitionem nihil operari, cum contractus est omnino nullus ab ini-

- tio intelligitur, ut nihil operetur in hominis rati habitatione expressa, ut si contractus sit ualidus, ut a principio, non ut de nouo. è contra autem in rati habitatione tacita, quæ legis dispositione inducitur ex temporis præteritione, quæ ut ab initio actum confirmat conualidat quæ sine decreto &c. ibi, quasi ab initio, sententiæ Dec. & Cognol. in l. quod initio, de regulis iuris, illa est ratio, quia cum lex fingere possit, potest etiam operari, ut rati habitio præteritum respiciat, retroque trahatur, sic censuit doctè scitèque t Aretin. consil. 128. num. 5. quem non rectè fati in vna facti specie contraria respondentes, intellexisse uisi sunt Parisius & Curt. Junior, ille consil. 49. nume. 20. lib. 1. iste consil. 50. num. 2. versic. & pro confirmatione, & si Curt. ipse Junior, Parisij potius uerba referre, quàm sententiam approbare illo in casu uideatur, sensit enim Parisius rati habitationem ex temporis cursu, esse quidem ex legis dispositione, ut per eum ibi num. 25. & cum probat Cephalus consil. 51. num. 16. in fin. sed inquit Parisius operari actus ualiditatem ex nunc, ut sit nouus non antiquus contractus, & malè mea sententiæ. Ex quibus communis illa omnium declarari potest sententiæ, quæ est traditum rati habitationem non conualidare actum ipso iure nullum, ut ualeat, ut ab initio, non procedere in legis dispositione, relata ratione, & ex prædictis potest inferri declaratio ad t Decretum Pedemontium & Sabaudie antiquum li. 3. sub rub. De donationibus uenditionibus & rechatibus &c. quo prohibentur minores alienare, uel contrahere nisi solennitas ibi expressa fuerit obseruata, nõ enim illi decreto erit locus, si is, qui minor factus maior ratum habuerit tribus relatis modis, sic declarat ur eiusdem Patriæ t decretum d. lib. 3. sub rub. Quitationes factæ per minores &c.
- Secundus est casus huius capituli, cum minoris res titulo lucratiuo, enumeratis supra modis, alienantur, nam & tunc rati habitatione alienatio illa conualidatur, uerbis expressis, factio, ut supra iam docuimus, temporis cursu t decennij scilicet inter presentes, & uiginti inter absentes, ut clare à Iustiniano constitutum est in. d. l. vlt. C. si maior factus alienatus sine decreto ratam habuerit, qua de re ibi apud omnes, & apud Dec. consil. 332. nu. 4. 7. consil. 245. col. vlt. versic. non obstat, & Abb. consil. 11. nu. 19.
- Declaratur non procedere t in donatione remuneratoria, in qua nõ obseruatur cursus decennij, uel uiginti annorum, sed quinque-

nij tantum, ut respondit Corneus consil. 36. num. 13. lib. 2. quem fuit secutus Soc. Junior, consil. 102. num. 39. lib. 2. sic intelligentes. d. l. vltima. §. 1. in illis uerbis excepta propter nuptias donatione, & ibi glof. idem sentit, nam t donatio hæc remuneratoria, quoad sui ualiditatem, exigit illa solennia supra enumerata, quæ in cæteris actibus obseruantur, ut clare probat text. l. lex quæ tutores. §. 1. C. de administratione tutorum, quo probatur & iure antiquo sic obseruari consueuisse, & in. l. prædia. C. de prædijs minorum, quibus non aduersatur text. (a glof. & cæteris malè expli catus.) t l. 1. C. si aduersus donatio. cum is loquatur, cum donatio propter nuptias est ipso iure ualida, eo quia seruata sunt omnia iuris solennia, sed rescindi potest re medio restitutionis in integrum, ob ætatis defectum, non ergo est ibi dubitatum de ualiditate donationis, seu an restitutioni in integrum locus esset, hæc ergo donatio nulla, quin queni lapsu conualidatur, illa adferri potest ratio: quia donatio remuneratoria contractus onerosus appellatur, illiq; æquiparatur. l. si pater. §. 1. ff. de donatio. & ibi glof. & omnes, & tradunt latè Gomef. sitem seruiana n. 44. Inst. de actio. Gramma. Decifione. 65. num. 24. Cur. Junior consil. 6. num. 2. latissime Tiraque. in l. si unquam, in uerbo donatione largitus. nu. 13. 14. C. de reuoca. donatio. sic ergo & in casu nostro, contractui oneroso hæc donatio æquiparatur. Credo etiam aliam esse rationem, (quæ iusta ratione ostendit Iustinianum inter casus onerosos & lucratiuos differetiam posuisse,) quia t donatio regularis & propria, nec etiam cum decreto celebrari de re minoris potest, ut ipsemet Iustinianus testatur in. d. l. vltima. §. 2. C. de donatio. propter nuptias, iure ergo maius tempus exigitur, ubi maior nullitas ad est, quod etiam procedere intelligo t in hac Patria Pedemontium & Sabaudie, & si ex relata decreto supra de donationibus uenditionibus &c. uideatur donatio remuneratoria cæteris æquiparata, quia solum intelligimus quoad ibi expressa, non in cæteris, ne decretum in dubio extendatur ad ius commune corrigendum, quod est annotatione dignum. Hodie in donatione propter nuptias, cessare uideatur dispositio. d. t. l. vltima. C. si maior factus alienatus sine decreto, ratam habuerit, quam doquidem sine decreto constitui possit donatio illam propter nuptias, cum ex necessitate constituenda sit, sic Sali. in. d. l. vltima in. fin. ex text. auth. dos data. C. de donatio. ante nuptias, & hoc idem clarius probauit idem Saly. in

- ly. in l. Prædia. C. de prædijs mino. Cuius sententiam uisus est probare Rodericus suares Hispanus in lege fori, in titulo de las Arras. l. 1. num. 64. & Sali. argumentari sic uoluit: in actibus omnino necessarijs decreti interposito non exigitur. l. 1. C. de prædijs mino. sed t propter nuptias donatio est necessario constitueda, ergo necessaria non erit decreti interpositio, minor illa propositio probatur secundum Salicetum in. d. auth. dos data, ubi glof. & cæteri omnes, sic intelligunt, affirmantque mulierem posse conditione ex lege illa compellere maritum, ut donationem propter nuptias constituat, & hæc esse communem sententiam affirmat Astitus Neapolitanus Decifione 242. num. 1. & plures citat & sequitur Rui. conf. 11. num. 2. lib. 5. uerum rectius ipse arbitror hanc ipsam minorem propositionem falsam esse, cum falsa omnino sit recepta hæc declaratio t auth. dos data, qua uerè non imponitur uiro necessitas censuendi uxori donationem propter nuptias, nam hoc totum in uiri arbitrio esse uoluit Iustinianus in. l.ultima. C. de donatio. ante nuptias, in multis locis illius constitutionis. Nec constitutio illa corrigitur (ut malè opinantur nostri) ex d. auth. Dos data, quandoquidem genuinus is sit sensus, ut illa priuilegia, quæ uiro conceduntur in exactiõne dotis, illa pariter concedantur uxori in exactiõne donationis propter nuptias, cum donatum aliquid est. non tamen is text. affirmat donationem ipsam esse faciendam, sed conditionaliter seu sub modo loquitur (ut ita dicam) si donatio facta sit, cuius quidem donationis exactio nõ impeditur si dos culpa uiri, ipsi uiro soluta non fuit, ut ipsa authe. dispositum est, & clarius in. §. vlt. in authe. ut exactio. Inst. de dotis &c. & clarius in uersione Gregorij Holoandri, est t Nouella 91. ut Prima & secundæ d. titis exactio &c. a qua desumpta est d. auth. Dos data, in qua addita sunt illa uerba, dos data donationem propter nuptias meretur, in quibus uerbis relati interpretes suum constituunt fundamentum, quæ sanè uerba, etiam si haberentur in ipsis authenticis seu nouellis, non tamen necessitate uiro imponerent constituendi donationem propter nuptias, cum dicat, t meretur, cuius uerbi illa est significatio, ut idem sit quod beneфициum conferre, Terent. in Hecy. Quæ nunquam quicquid erga me commerita est, Pater. Quod nollem, & sæpe quod uellem merita scio, ubi donatus mereri bona dicimus commeri mala & apud Virgilium. 6. Aeneidos. Quique sui memores, alios fecere meren
- do. collatū ergo in aliquem t beneficium non illum necessarium obligat, sed tantum naturaliter. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hered. quæ obligatio, ut norunt omnes, ad agendum inefficax est, nam naturalis appellatur, quia in æquitate & honestate nature posita est, digna eo, quem uinū bonum dicimus, cū laudabile sit, acceptum beneficium reddere, sed datū repetere, nec honestum, neq; liberale, quod doctè retulit Francif. Conna. lib. 5. commenta. iuris ciuilibis cap. 8. num. 2. est ergo in facultate, & æquitate, hæc naturalis obligatio, non in necessitate, quare falsam esse intel ligimus, relatam Sali. argumentationem, opinionemque.
- Extendi possunt relati casus t procedere etiam in eo, qui non potuit ex interdictione Pretoris alienare, sine aliqua Solennitate, si tamè sine illa alienet, & ratificet et ipso interdictione tempore alienatio confirmatur, Roma. sing. 771. Iudex, &c. & Cognol. l. quod initio nu. 2. de regulis iuris, & hoc casu declaratur non procedere t statutum. 61. Papie in Ciuilibus sub ru. De eo cui interdictione est administratio cum hæc statuta sint edita iuxta iuris communis dispositionem, sic Paris. consil. 95. num. 3. lib. 1. sic etiam dici potest in filiofamilias, qui ex statuti forma non potest sine certa solennitate contrahere, t ut Papia ex statuto. 119. in ciuilibus, De modo & forma obligadi filium familias, &c. si cessante illa causa prohibitoris silentio quinque, uel decenij, ut supra, ratum habeat.
- Declarantur duo relati casus huius secundæ capituli, non procedere. Primo quando t tutor ipse solus uel curator re minoris, nõ ut minoris, sed ut propriæ alienauit, hoc. n. casu nõ est locus constitutioni. d. l. vlt. C. si maior factus aliena. &c. sed erit locus constitutioni. l. vlt. C. si quis igno. &c. qui titulus precedit immediate. d. titulum. C. si maior &c. sic intellexit glof. d. l. vltima. C. si maior &c. in uerbo, minorum, uersiculo item adducit opponitur, illam sunt secuti Bartol. ibi, & Sali. col. vltima, versic. quero quid si tutor, a quorum sententia nec ipse recedo, sed rem planius de claro, intelligo que. d. l. vltima. C. si maior &c. procedere, dum solus tutor, uel curator alienat, pupilli tamen, uel minoris nomine, probat. l. 1. & 2. C. eodem titulo si maior &c. quæ in sola administratorum persona loquuntur, nec subintelligi alia persona facile potest iuxta textum. l. si ita stipulatus fuero. §. superest in fin. de uerborum obligatione, clarius probat. l. penul. C. si aliena res pigno. data sit qua



re non re cētē satis fortē uisus est sentire Natta d. consil. 162. num. 30. lib. 1. (tanti uiri pace di xerim) qui absolute intelligit. d. l. vlt. C. si ma ior, &c. non procedere si tutor solus aliena uit, generale enim nimis hoc est. Nec aduerfa tur nunc tex. d. l. vlt. C. si quis ignorans &c. quia in toto illo titulo non agitur cum tutor uel curator nomine pupilli uel minoris dī strahit, sed sola in illo est hēsitatio ex latere adquirentis, an sciens uel ignorans rem mino ris sine decreto emat, quare in l. 1. & in l. vlti. illo titulo apparet rem minoris, qui admini strator non erat, alienasse rē emptorem illum aliquando tamen in ea opinione fui ideo in d. l. vlti. C. si quis igno. requiri prescriptionē illius decenij uel uiginti annorum, quia in uē ditorem de nationis titulo res peruenerat, a quo uenditor emptor deinde successore que ius suum metitur, & iam intelligimus donata rium illo tempore tantu. n. irruocabiliter ad quirere. d. l. vlt. §. 2. C. si maior factus alie. sine decreto &c. & fortē hoc uoluit dicere Calca. consil. 2. 2. in fine, uerum me terret, nouam ef se hanc Iustiniani constitutionem, cogitandū tamen erit.

177 Declarantur. 2. duo relati casus, non proce dere, t cum dolus in alienatione intercessit, nec. n. tunc is ex superueniente etate, tēporis uē cursu diluitur cōtractus uē confirmatur, a fortius hanc sententiā probat. l. 1. C. si maior factus ratum habuerit. lib. 2. quo intelligimus per expressam ratihibitionem contractum do lolum ratificari, ego fortius non confirma bitur per tacitam ratihibitionem, sic argumē tatur Paris. d. consil. 49. num. 5. lib. 1. qui si argumentari etiā potest, si contractus ibi ipso iure ualidus sed per restitutionem in integrū rescindendus nō cōfirmatur ex etate superue nienti cum dolus intercessit, multominus in casu nostro confirmabitur, ubi ipso iure nul lus est, accedit quodd & si hac de re nullum uer bum in toto titulo. C. si maior factus alienat. sine decreto &c. attamen subintelligitur, cum in omni dispositione semper intelligatur t do lus exceptus. l. creditor. §. lucius. ff. mand. & plura scribit Paris. d. consil. 49. num. 3. 4. lib. 1. & Cur. Junior. d. consil. 50. num. 6. qui in no stris terminis loquuntur, & in donatione de losa a minori facta, que non ratificatur ex su perueniente etate, respondit Rui. consil. 170. nu. 29. lib. 1. similia, que adferri possent scies prater eo, est illud solum intelligendum an hoc casu intelligatur de dolo uero uel etiā de p̄sumpto, (qui quomodo inter se differant diximus supra num. 135.) & uerius est, ut intel

ligamus solum de dolo uero ex iam relatis ra tionibus in dicto primo capite & d. num. 135. quod in casu nostro urgentissima demonstra tur ratione, est enim certum, t contrahentem sine solennitatibus a iure requisitis esse in do lo p̄sumpto, & mala fide, ut probat text. in cap. qui contra iura ubi Dyn. de regulis iuris in. 6. glof. notab. ubi Bart. in l. 1. C. de fide in strumentorum & iure haste fiska. libr. x. pul chre apud Baldum consil. 347. Quare, qui dam nobiles lib. 1. Boe. q. 1. num. 54. & Soc. lu nior. consil. 69. nume. 45. lib. 1. qui dixit hanc esse p̄sumptionem iuris & de iure, que in oppositum probationem non admittit, quod in terminis nostris tradit & Cur. Jun. d. consil. 50. num. 5. & Neuzanus consil. 85. num. 14. & ante eos Rom. consil. 54. col. vlt. vers. secun do idem colligitur, t qui cum minore con trahit sine decreti interpositione in mala fide & dolo p̄sumpto est, cum non feruet iuris solennia, & tamen dolus hic p̄sumptus ma laque fides extinguitur ex tacita hac ratihibi tione, t temporis prateritione, quod non ef set concessum, quando hac constitutiones in dolo etiam p̄sumpto locum sibi uendica rent. & quod dictum est in quavis dispositio ne dolum censeri exceptum. d. §. lucius, intel ligitur de dolo uero nō de p̄sumpto t Soc. in l. cum filius familias in principio. nu. 1. de uerborum obligatione. Ex quibus satis indel igimus male respondisse t Curtium Jun. d. consil. 50. num. 6. 7. alienationem a minori factam non obseruata forma Tridentini statu ti, quo est cautum, minorum alienationes fie ri debere coram iudice, presentibus quatuor consanguineis maioribus alijsque adhibitis solennitatibus, non posse ratificari & confir mari a maiori effectu ex solo temporis cursu iuxta hanc constitutionem l. vlt. C. si maior factus aliena. sine decreto &c. ea ratione adduc tus, quod is a minori adquirens in dolo ef se p̄sumatur, cum statutum disponat, con tractum illud per fraudem & dolum p̄sum mi factum, si solennia illa non obseruentur, nam dolus hic est p̄sumptus, qui a iure com muni diluitur tēporis prateritione, quare re ctius in eodem met casu contrarium respon dit Parisius. d. consil. 49. libr. 1. Inferitur pariter male respondisse t Roma. consil. 54. & Bar ba. conf. 70. col. 3. 4. li. 3. & consil. 42. col. 7. lib. 1. minorem non potuisse etiam expresse ra tum habere a se facta alienationem tempore minoris etatis, quia in dolo erat uersatus is adquirens, & doli offenditur ex p̄sumptio nibus ut ex enormi lesione, ex non obseruati

iuris

iuris solennitatibus, ex eo quod in loco occul to res esset celebrata, nam hic dolus a Roma no uerus sed p̄sumptus p̄supponitur, quare tolliis potuit, quinimō dum Roman. eam coniecturam doli facit ex enormi lesione aduerfari uidetur tex. l. 1. C. si maior factus aliena. sine decreto ratam hab. ubi latio non inferit contractum ratificari non potuisse rati one doli & nullitatis, sed rescindi posse ob ipsam lesionem, ut subijciam statim, eadem ratione male uisus est sentire Rui. d. consil. 170. num. 29. lib. 1. ipsum Romanum potissi mē fecutus, In solo ergo uero & proprio do lo non habent locum relatæ constitutiones: 182 Declarantur. 3. non procederet quando con tractus essent simulati, sic egregie respondit Baldus consil. 45. quandoque contractus lib. 2. quem in nostris terminis est fecutus Natta. d. consil. 162. num. 34. lib. 1. & Baldum simpli citer citauit. Decius consil. 367. nu. 5. idem in l. quod initio nu. n. de reg. iuris. Adferri po test ratio quia t simulatus contractus non est contractus. l. simulatę nuptię. de ritu nupti. l. emptor. de aqua plu. arcen. & plura tradit Ri pa. in l. n. emo potest nu. 65. de leg. 1. ubi num. 67. ostēdit simulationem fortius reddere con tractum nullum, quam faciat dolus, si ergo ubi est doli non ratificatur, fortius nec ubi erit simulatio. 184 Declarantur. 4. relati casus t quando dup lici vitio laboraret contractus, nullitatis sci licet & lesionis: nam tunc sublati ex cursu tē poris nullitatis causa, non tamen esset subla ta causa lesionis, sic probat. d. l. 1. C. si maior factus alien. &c. illa est ratio quia contractus rescisio ex lesionis causa etiam maiori con ceditur. l. 2. C. de rescind. vend. & hanc ratio nē considerauit Gordia. Imperator. in. d. l. 1. 185 Declarantur quinto non procederet in mi nori qui maior factus perfecte non nouit sed dubitauit quomodo celebratus esset con tractus, tunc enim non dicitur ratum habuisse temporis cursu: sic Natta consil. 162. nume. 31. 32. lib. 1. ea ratione adductus, quod dispositio d. l. ult. im̄g. habet locum in minori sciente nō in ignorante ut ibi annotarunt omnes, & su pra retuli, sed t dubitans ipsi ignoranti equi paratur. l. manifestissimi. §. 1. ubi Bartolus. C. de furtis, & alia adfert Natta. d. consil. 162. nu. 32. & plura. 187 Declarantur. sexto & ult. relati casus non procedere hodie ex dispositionibus & consti tutionibus iuris Pontificiis, quibus est cautū prescriptionem non currere cum malafide. cap. vlti. de p̄script. sic in terminis. his no

stris egregie respondit Antonius Butrius in consil. 45. Domina orabilis &c. col. 3. versicu. non obstat. C. si maior factus &c. quem sunt fecuti Rui. consil. 41. num. 51. lib. 1. & Parisius in annota. ad Bartolum in d. l. vlt. C. si maior factus aliena. sine decreto ratam hab. & con trahentem cum minore decreto non interpo sito esse in malafide supra diximus in secun da declaratione, & ideo Bartolus in l. 2. §. si a pupillo nu. 5. ff. de usucap. declarando textū illum & l. lex que tutores. C. de administ. tu ro. negat hunc emptorem p̄scribere. Verum Declaratio hac non satis uera mihi uide tur. Primo quia cursus huius temporis quin quennij, decennij, & vicennij, non p̄scrip tionem sed ratihibitionem inducit, sic om nes crebrius intelligunt Bartolus in. d. l. ul tima in fi. & ibi Saly. col. 1. Calca. d. consil. 22. in fi. Natta. d. consil. 162. nu. 31. lib. 1. quod ue rum ea ostendo ratione, quia si p̄scriptio esset iam ab initio contractus initi consideraretur, & tamen in illo casu non considera tur, sed tantum a die perfecte etatis, quasi ab initio Decretum intercesserit, elapso enim tempore illo fingit lex solēniter acta omnia, & uoluntate minoris effecti maioris confir mata, Rursus etiam si p̄scriptio nis nomen mereretur, adhuc tamen hodie procedit t iure Pontificio nō impediēte, nam actio hac a lege Ciuili minori concessa est, si experia tur donec minor sit, uel si factus maior intra quinquennium uel decennium uel vicenniū d. l. ult. quo fit ut etiam tempus hoc decurrat ad commodum malefidei possessoris, cum tā to tempore actori non ultra cōcesserit actio nem ipsam, sic Castren. in l. sequitur. §. si uia. de usucap. Felyn. in cap. vlt. nu. 2. versic. secus ubi actio. de p̄scrip. Crocius in l. omnes po puli num. 75. de usucap. Balbus in Tract. p̄ scrip. secunda particula tertie partis princip. q. 13. versic. 1. limitatur, Accedit tertio quod etate perfecta huic alienationi si non assitit lex, nec etiam resitit, quo casu nullum subest malefidei impedimentum, hocque casu cessat regula t cap. qui contra iura de reg. iur. in 6. ut egregie declarat Bar. in l. sed est lege. §. scire nu. 4. ff. de petito. hered. & Balbus in J. Celsus nu. 21. de usucap. confert quatuor hanc Iustiniani constitutionem esse in naturali ac quitate fundatam, quando quidem illi locus sit, si cesset dolus uerus, & latio minoris, ut supra docuimus, sitque ex ea sublati rigor iuris tantum, quo ad maiorem cautelam minoris decretum exigitur, ceteris tamen con currentibus que fidem bonam demonstrant, quare

quare non mirum si cessat regula. d. cap. qui contra iura, ut egregie admodum declaravit consultiſſimus Aymo Crauetta noſter in Traſt. de Antiq. tempo. quarta parte princip. in quarta particula, quæ incipit Materia, nu. 9. verſic. Primus caſus, qui inquit. d. cap. qui contra, non procedere in eo, qui iuſtum prætiſi ſoluit, ita ut bonaſide & ſine minoris detrimto contrahit: quare defendi iure non poteſt Butrij hæc declaratio, in hoc autem. 2. capite noſtræ quaſtionis, eadem erit ꝛ Praxis quæ i primo, ut experiatur minor uel ſuo nomine alter, remedio hoc reintegranda, ut in his terminis conſultit Neuzi, conſil. 85. num. 13. poſt Alex. conſil. 1. in ſil. lib. 4. qui Alex. conſultit in Republica (quæ ꝛ minori equiparatur. l. Republica. C. ex quib. cauſ. maio. l. rem publicam. C. de iure reipub. lib. 10. Ruy. conſil. 66. nu. 13. lib. 5. Alciat. reſponſo. 4. nu. 9. & reſponſo. 203. nu. 33. & alibi ſæpe) quæ ſuo facto ex contractu minus ſolemnis ſua poſſeſſione cecidit, hæc ad utilitiam hanc in foro quaſtionem ſufficiant.

193 Quæro. 16. an hoc remedium concedatur pro poſſeſſione rerum mobilium: & concedi affirmavit Soc. in l. rem quæ nobis. nume. 13. verſic. 2. concludit, quem ſecutus eſt Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 54. ff. de adquiren. poſſ. adducti ſunt ex uerbis. d. cap. reintegranda: reintegranda ſunt omnia; eſt ꝛ dictio omnis uniuerſalis, apta comprehendere tam mobilia, quàm immobilia, cum amiſſiſſima illius ſit ſignificatio, ut docuit Deci. in l. omnia nu. 1. ff. ſi certum petat. in l. ex teſtamento, num. 4. C. de milit. teſta. in l. ult. nu. 33. C. de pactis, latiſſimè Craue. conſ. 90. num. 4. & conſ. 294. num. 4. Didacus lib. 1. uaria. reſolu. cap. 13. nu. 2. & conſerunt, quæ ſcriptiſmus in præcedenti remedio ex l. ult. C. de acquir. poſſeſſ. in. 3. quaſtione. ruriſ perperat Soc. uerba illius Canonis, ibi poſſeſſiones uel res, eſt enim iſterbum rei generale. l. 1. in fin. ff. ſi certum petat. l. rei appellatione de verb. ſign. comprehendit ergo tam mobilia quàm immobilia, ut latius diximus in. d. q. 3. præcedentis remedii. ꝛ perpendit Soci. textu l. ſi coloni. C. de agricol. & conſ. lib. 11. ſed diuerſum is habet caſum, ut ſuo loco admonui præter eum ergo. 4. loco, perpendo textum cap. episcopis. 3. q. 1. ibi, omnia ablata &c. nã ꝛ uerbum ablata oſtendit intelligi de rebus mobilibus, cū immobilia auferri nõ poſſint. poteſt tandem induci text. cap. episcopis. 1. q. 1. dum inquit, ſpoliatum bonis &c. nam dictio bonis, uniuerſalis eſt, & de mobilibus intelli

gi poteſt. l. bonorum appellatione de uerborum ſignificatione, ſic etiam intelligo ꝛ Decretum Ducale huius patriæ lib. 2. ſub rub. de reſtitutione ſpoliatorum, dū inſeſuit uult ſpoliatum ad ſuam poſſeſſionem uel quaſeſe reſtituendum, nec diſtinguit poſſeſſionem rei immobilis ab mobili. quare hoc caſu uilius erit immo neceſſarium Papiæ, hoc uti remedio, quando ex ſtatuto. 54. illius ciuitatis ſub Rub. de poſſeſſione uiolenta &c. non cõcedatur a ſe introductum remedium pro poſſeſſione rei mobilis, ut olim dixi, aliter autẽ ꝛ ſtatuto ciuitatis Montis regalis eſt cautum ſub Rubr. de cõſtitutione poſſeſſionis &c. colla. 5. animaduerti tamen aliquando Petrum Rebuſſum in commentarijs Regiarum conſtitutionũ tomo. 1. titulo de ſententijs excuto. rijs articulo. 5. gloſ. 1. num. 7. ſenſiſſe idem eſſe in hoc remedio, quod in interdico unde uifed malè & aduerſus ceteros omnes.

200 Quæro. 17. an pro quaſi poſſeſſione rerum incorporearum concedatur hoc remedium: & concedi affirmavit Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 13. verſic. tertio concludit, ſic reſpondit Iaſ. conſ. 172. lib. 4. Franc. de Marſhis. q. 389. & q. 448. Ripa, in cap. cum eccleſia ſutrina. nu. 101. de cauſa poſſ. & proprie, Plotus. in l. ſi quando num. 68. C. unde uis, quare reſpondit Bertran. conſ. 2. nu. 10. lib. 1. hoc remedium dari contra uallum negantem domino homagiũ, & præterea a Soc. relata clarè probat text. cap. Episcopis. 3. q. 1. dum conceditur Episcopis e ſua ſede deſectis, ſicq; a Iuriſdictione Episcopali, quæ dicitur ius incorporeale, ſic probat text. cap. querelam de electio. ruriſ, ſi pro quaſi poſſeſſione rei incorporealis conceditur, ſaltem utile interdico unde uis, ut iã diximus ſupra in primo remedio. 3. 8. quan to fortius hoc noſtrum, quod dicitur illo pin guitus ex multorum opinione, in hac autem Patria Pedemontium, ceſſat hæc difficultas, quia ꝛ decretum antiquum lib. 2. ſub Rubr. de reſtit. ſpolia concedit reſtitutionem ſpoliato quaſi poſſeſſione, quæ intelligitur ratio ne iuris incorporealis.

201 Quæro. 18. quiſt iudicij ordo ſeruetur dū ſpoliatuſ hoc experitur remedio, quam quaſtionem latè explicat Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 14. ipſe autem per ſingulas quaſtiones ſequendo quaſtionum numerum, rem hanc finiam, erit ergo decima quinta quaſtio, & quiſt competens ſit in hoc remedio iudex & conſtituenda hæc in re eſt regula ꝛ Iudicem competentem eſſe, rei conuenti ordinariũ Iudicem cum actor rei forum ſequatur. l. iuris or dinem.

dine. C. de Iuriſ. om. iud. c. cum ſit generale & cap. ſi quis contra clericum de foro, compe. ſic clarè cenſuit Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 11.

205 Declaratur non procedere quandoꝛ clericure ſeu poſſeſſione rei eccleſiaſtica ſpoliatuſ, nam tunc ſpoliator coram iudice eccleſiaſtico conueniri poteſt, ſic glo. in cap. cum dilectus, quod metus cauſa, idem ceſſuit Calde. in cap. ſape de reſtit. ſpolia. Abbas. in cap. cũ ſit generale nu. 10. de foro compe. idem conſ. 18. col. 12. verſ. tertium remedium lib. 1. inter conſilia Bartholomæi Socini, & ibidem Marianus. Soc. Sen. nu. 14. Fely. col. 2. verſ. & dum dicit Didacus lib. 1. varia. reſol. cap. 4. nu. 2. & idem placuit Dec. in cap. 2. in fine. de priuilegijs, ſi modo commetaria illa Decij ſunt, quæ in lucem nunc prodiderit cuiuſdam Doctorelli Papienſis opera, ita enim ſuppoſita ipſe arbitror, ut Decij non talem doctrinam ꝛ in hanc autem ſententiam adducuntur: relationes Innoc. do. tr. in d. cap. cum ſit generale, dum inquit quod quandoꝛ eccleſia aliquo ſpeciali beneficio inuatur, in ea cauſa etiam contra laicum, iudicem eccleſiaſticũ adiri poſſe, ſed eccleſia ſpeciali hoc remedio adiuuatur, ergo ſub iudice eccleſiaſtico conueniri poterit laicus ſpoliator. Verum huic argumentationi unã cum Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 11. reſponderi poteſt, non eſſe hoc ſpeciali priuilegio clericis, cum & laici ſpoliati, omnibus in caſibus, ut clericis reſtituantur, ex diuerſis iuris ciuilibus remedijs ſupra relatis. quare Soc. d. nu. 11. verſ. præterea quãdo &c. Secundo loco ſic argumẽtatur, ex occupatio ne rei eccleſiaſticae ſi ſpoliator ſacrilegium commiſiſſe dicitur, ſed ratione ꝛ ſacrilegij laicus conueniri poterit ſub eccleſiaſtico cap. expoſita, ubi in terminis noſtris notat Abb. nu. de arbitris, ergo laicus ſpoliator ſub hoc iudice eccleſiaſtico conueniri poterit, hoc intelligit Soc. d. nu. 11. in ſi, quando certum eſt commiſſam eſſe ſpoliationem, non ſi dubitetur, nam tunc ſuper illa ꝛ qualitate tribuente iuriſdictionem: eſt cognoscendum, declarat Abb. in cap. ſi clericus laicum nu. 8. de foro compe. Dec. cap. ceterum nu. 18. de iudicij cap. ad au dientiam nu. 4. de appella.

209 Declaratur. 2. non procedere quandoꝛ ſpoliatuſ ob uim ſibi illatam in ſpoliatione corã eo iudice ſub cuius iuriſdictione uis eſt cõmiſſa agere uellet, uel quando is, qui ſpoliauit cõmiſit ſpolium in loco ſpoliati, tunc enim agi poſſet coram eo iudice, etiam ſi non eſſet ille ordinariuſ ſpoliatoris, ſic probat gloſa. l. 2. in ſi. ubi Bal. C. de interd. Albe. in l. 1. nu. 13.

ff. de interd. quos eſt fecutus Tiraq. de retractu conſang. §. 8. gloſ. 3. num. 10. nam ratione rei, & ob commiſſam uiolentiam, duæ actiones poſſunt moueri, realis, & perſonalis, ut ſua uniuersiuſq; iudex teneatur iuriſdictionem.

210 Declaratur. 3. non procedere, ꝛ quando ambo, ſpoliator ſcilicet & ſpoliatuſ eſſent clerici & poſſeſſio de re beneficiaria eſſet, ſpoliatuſq; actionem coram iudice laico, in cuius territorio poſitum eſſet beneficium, moueret: nam & ſi iſ iudex ordinariuſ clericis non ſit, attamen quia cauſat poſſeſſorij non dicitur ſpiritualis, ſed ſecularis, is uidetur iudex compeſ, ſic poſt Io. Andream & alios in cap. ſi de iud. decidit Guid. Pap. in deciſionibus Delphinatus. q. 1. q. 71. & q. 85. Franc. de Marſhis. q. 190. & q. 512. ubi teſtantur Curiam illã ſic ſemper ſeruaſſe, idem cenſuit curia Burdegalenſis, ut teſtatur Boe. q. 69. nu. 13. ſic ſeruaſſe Curiam Neapolitanam ſcribit Afflic. de ciſione. 2. nu. 10. ubi Grãmat. in additio. & idem Afflic. deciſione. 24. nu. 9. Grãmat. deciſione. 78. hanc quoque ſententiam probarunt Alcia. reſponſo. 24. nu. 1. qui ſic in excellentiſſimo Mediolanenſium Senatu ſeruati affirmat. hanc communem & veram affirmat Ripa, in rub. extra de Iud. nu. 90. poſt: Abb. in cap. litteras nu. 7. 8. extra de iura. calum. & hanc uniuerſam Galliam ſeruare teſtatur Rebuſſus in commenta. ad conſuetudines Franciæ in tertio tomo. in tit. de poſſeſſo. benef. 8. articulo glo. 2. & Guliel. Bened. in cap. Raynutius, prima parte in uerbo, & uxore nomine Adelaſiam. nu. 39. de teſta. & nouiſſimè hanc ueram ſententiam eſſe adfirmat Rola. a Valle in nouiſſimis reſponſis hoc anno 1565 impreſſis. conſ. 23. col. 1. & 2. lib. 2. ſuſſiſſimè rem hanc in quouis poſſeſſorij diſputat Ioãnes Ingneus. l. neceſſarios. §. non alias. 2. parte col. 1. 2. 3. ff. ad. S. C. Syllania. & hanc in ampliſſimo ſerenſis. Principis noſtri Senatu huius Patriæ Pedemontium obſeruatum affirmare ipſe poſſum, ut in vna, inter Petruſ Pedemontium ex loco Mulazani, & Emanuelẽ Alpherium Albenſem, quæ iudicata fuit anno 1562. de meſe Nouembriſ: uerum non ſemel animaduerti, non ſatis ſolidis fundamentis, tantorum Patrum ſententiam niti: nam prima illa ratio, qua utuntur, non mediocriter dubitabilis eſt, dum inquit, hanc non eſſe iuris ſed ſolius facti quaſtionem, agit ur eniſ ſolum, an iſ agens ſpoliatuſ fuerit uel non ut ſi ſpoliatuſ reſtituatur, quare ꝛ quaſtio facti & ſi de re ſpirituali alias a laico diſſini po teſt, ut docuit Bar. in l. quoties ubi Iaſ. nu. 6.

C. de iud. in l. Titia. ubi Alex. ff. sol. mat. Fely. in cap. cum sit generale, de foro compe. cap. ius Neap. de iud. 7. nu. 2. 3. Alcia. in l. omni nouatione. C. de sacros. eccles. Craue. cōf. 233. nu. 2. est inquam dubia ratio hæc, cū Bar. & relatus alij aduerferunt plures, ut apud Dec. in cap. 2. nu. 24. de iudicis & Didacum Couar. Hispanum, in Epitome de spōsalibus cap. 8. §. 12. nu. 3. & libro practica. quæstionum cap. 35. nu. 1. fortè & melius loquitur Bart. cū causa alias de se spiritualis ratione rei est, sed temporalis ratione personarum contendentiū, ut si causa matrimonij inter uirum & uxorem tractatur, uel inter contrahentes uxorem causa, at hoc casu, & si ratione rei laicus iudex, sit ratione tamen personarum uerè non est, ut statim dicemus, secūdo adduci solent text. cap. causam in l. 2. infra qui filij sint leg. uerum, ut aduerit, & rectè Didacus. d. libro. Pract. quæstio. cap. 35. nu. 1. uerf. secunda conclusio &c. nulla causa spiritualis, nec ratione rei, nec ratione personarum, nec iuris, nec facti erat apud Regem illum Angliæ, sed solum mera temporalis controuersia, cū de bonorum successione contentio esset, nõ pariter suffragatur text. cap. petimus. xi. q. 1. cum iudicium ibi seculare sit in auxilium potius temporalis, quàm ad principale cognitionem cause ecclesiasticæ. minus sustinetur, quod quarto loco ad ferri solet, interesse cuiuslibet iudicis secularis, ne uolentiæ & spoliationes fiant inter clericos & laicos, quare uidemus, laicum iudicem compellere clericum rem apud se depositam restituere. l. ult. §. pen. C. de bonis authen. iud. pōsid. las. l. si fidei iustor. §. pen. nu. 6. ff. qui fatid. coga. Capella Tolosa. q. 67. idem ergo nostro casu, sic argumentatur Afflict. Neap. d. de iud. 2. 4. nu. 3. uerum Afflict. non tantum nititur ex diuisione iuris cōmunis, quam ex capitulis regni, quorum alterum incipit, ad regale fastigium &c. alterum uero incipit, omnis inuasio &c. quare capitulis circumscriptis, aliter dicendum est. rursus intelligit Afflictus, cōpnotoria est spoliatio, nam ob apparentem in iuriam oppresso succurrit laicus, nõ per modum ordinariæ iurisdictionis, sed in auxilij quoddammodo ac subsidium, cum scilicet non adhibetur causæ cognitio in restitutione fienda, quo in casu sic intelligi potest antiqui huius patrie decretum, sub Rubrica. de restit. spoliatorum, cum loquatur quando ita notoria est spoliatio, ut nulla tergiversatione possit celari, non ergo urget hæc argumentatio, tum præsertim, cum uolentiæ clericis spoliato-

ris à suo iudice commodè coerceri possit, cū si clericus laicum, de foro comp. non pariter quinto loco, qui in hac sententia citatur, text. cap. ultimi extra de iud. ad rem confert cum ut aduerit Didacus. d. libro pract. quæstio. cap. 35. nu. 1. uerf. secunda conclusio, & ante eum Bero. in rub. extra de iudicis nu. 61. ex communi sententia loquitur, cum contra uersa est de officio & dignitate seculari, non ecclesiastica. aliqui quoque sic argumētari sexto uisi sunt loco: causa meri possessionis est nuda ab omni spiritualitate, cum in ea non quaratur an canonica uel minus, institutio sit, sed solum cognoscitur illata an sit uolentiæ, uel non, quæ dicitur quid merè temporale, ca. in litteris de restit. spolia. cap. quærela ubi Abb. de electio. cap. episcopi. cap. reintegrand. 3. q. 1. uerum concedo argumentationem ratione rei, at ratio ne persona rum falsa uideatur, ut iam admonui. alij tandem nec rectè factis sic ultimo loco sunt argumentati, 7 causa, possessionis & proprietatis, nihil commune habent. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. posses. sed causa proprietatis spiritualis est, & apud iudicem ecclesiasticum tractatur, ergo causa possessionis erit temporalis tractabiturq; apud laicum. Retorquetur fundamentum, causa possessionis & causa proprietatis ut duo. connexa apud eundem iudicem tractari debet, cap. 1. de causa poss. & proprietate. l. nulli in fi. C. de iud. at causa proprietatis non potest tractari apud laicum, sed apud ecclesiasticum, ergo & causa possessionis. & quod dicitur causam proprietatis & possessionis cōmune nihil habere, intelligit Bero. in d. rub. extra de iud. nu. 58. uer. non obstat secūdo &c. procedere quoad acquisitionem, uel amissionem, non quoad cognitionem, quod ea ratio ne confirmo quia si uera esset argumentatio, laicus etiam in iudicio adipiscende possessionis competens esset iudex, quod falsum est, et infra subijciam, nõ ignoro tamen Ignecum in l. necessarios. §. non alias. 2. parte nu. 10. ff. ad S. C. Syllania. plures retulisse declarat. ad d. l. nulli, sed euitari faciliè possunt: re iugitur ipsa, uideus receptissimam horum interpretum sententiam nullo solido fulciri fundamento. Contrariam itaque adfirmauerunt Butr. in cap. ultimo ext. de iud. Lign. & alij nonnulli in clem. dispensiosa. de iud. quos duo ex reuentionibus secuti sūt Bero. in Rub. extra de iud. nu. 55. & Didacus. d. libro practica. quæstio. cap. 35. nu. 1. uerf. secunda conclusio & eiusdem sententiæ uerè fuit Guid. Papæ conf. 149. & hæc secutus est nouissimè Rola. à Valle in re

spont-

spons hoc anno editis conf. 23. nu. 17. lib. 2. sunt tamen aliqua leuia, quibus illi in hæc adductis sunt opinioem, text. enim Clem. vnicę de caus. poss. & propr. & si causam possessionis, ut proprietatis ecclesiasticā appellet, ideoque tractandam coram ecclesiastico cap. 2. extra de iud. nõ tamen negat posse tractari apud laicum in auxilium clerici iniuriarum passis, nõ enim taxatiue loquitur clemens Pontifex, cuius constitutionem possumus non iniuria intelligere, cum super iure & causa possessionis est cognoscendum, non super solo facto, cum iam ibi causa super petitorio & possessorio, coepta esset coram ecclesiastico, à quolata sententia ad Pontificem Maximum fuerat appellatum, non pariter ad rem confert text. Clem. vnicę de sequestra. poss. & fructuum, cum ibi negetur, ea ratione possessione apud laicum posse sequestrari, quia sequestrarius ille curam & administrationem sequestrati beneficii sustinere habet, ut offendunt uerba illa quæ plenam de ipso & debitam curā gerēs. & c. ibiq; glosa in uerbo. idoneam sentit, quod nõ contingit in casu nostro, in quo solum de administratione iustitiæ agitur, sic & quod adfertur tertio loco à Bero. in d. rub. de iud. nu. 58. nõ defendit ur, inquit enim, quod licet ex collatione, & prouisione beneficii ius in eo ipso iure adquiratur cap. si tibi absenti, de præben. in. 6. possessionem tamen in re spirituali non adquiri, nisi ex inuestitura à persona ecclesiastica facta, qui eam habet authoritatem ca. ex frequentibus cap. ad hæc. §. in quadam, de off. archidia. cap. 1. de eo qui mitt. in posse. & latè declarat Rebuffus in praxi beneficio. in tit. de missione in possessionem nu. 11. 12. erit ergo (inquit Bero.) necessaria personæ ecclesiasticæ in huius possessionis translatione auxilium, sed (ut admonui) non defenditur hæc argumentatio, quandoquidem in iudicio adipiscende non autem recuperandæ concludat, inter quæ non leuis est differentia, cū in adipiscenda sit necessaria causæ cognitio, & tituli ueri non colorati demonstratio, cap. si quando & cap. super eo de off. delega. & si hodie ex stylo potius quam ex iure nõ sit necessaria causæ cognitio, ut testatur Rebuffus in d. tit. de missione in possessionem, in fi. quod non contingit in ipsa possessione amissa recuperanda, in qua non exigitur causæ cognitio super titulo, sed sufficit si coloratus ostendatur, & spoliatio probetur, ut suo loco dicemus, ipse autem ea ratione aduersus communitatem & receptionem sentiebam, quod & si causa ipsa possessionis facti contineat quæ-

stionem, ita ut à laicis tractari possit ex Bar. sententia. d. l. quoties. C. de iud. cū supra relatus, attamen ratione personarum in quibus non potest laicus quouis modo iudicare authent. statuius. C. de episco. & cler. cap. 2. extra de iud. laicum hunc iudicem huius causæ competentem esse non posse, quod enim poterit modo clericum spoliatiorem citare & cogere, ut restituat, quod sustulit? quamobrem communem interpretum sententiam intelligebā ipse quando conuentus spoliator laicus est, sed possessio rei beneficiariæ est, nam & si possessionis causa ob rem subiectam, ut spiritualis tractanda ab ecclesiastico tantum uideretur, at tamen quia flos est facti quæstio, iudicare poterit, & conuenti personæ aliquo tueri se non potest privilegio, ut iudicium impediatur quod alias potest clericus spoliator, in hac sententiam facilius descendendo quia uideo Guid. Pap. d. q. 1. & Boc. d. q. 69. non tam auro fuisse receptiorem opinionem ueram ex ius communis dispositione affirmare, quam quod Martini quinti & Leonis decimi indultis concessum sit, quæ frustra concessa forent si iure cōmuni hoc laicis liceret. ut etiam nouissimè ad uerit Rola. a Valle. d. conf. 2. §. n. 17. lib. 2. nec in hac Patria Pedemontium hanc communè adiuuat sententiam decretum antiquum Serrenis. Philiberti Ducis editum anno 1503. sub rubr. quod clerici Ducales subdit, nõ trahat, Ducales etiam subditos ad curias &c. cū hoc, decretum intelligatur quando causa est merè prophana, quæ iudice ecclesiastico non solet tractari, uel loquitur, quando clericus laicum conuenit iuxta cap. cum sit generale extra de foro compe. vñum hoc tamen dicam, non nisi iusta ratione & causa excellentissimè S. Taurinensem, in quo uñ agnosco Casianū Puteū Bugellesem Præsidem supremum, uirum fide, religione, pietate, doctrina, & moribus cæteris omnibus qui fuerunt uel futuri sunt anteponendum: quam retuli crebriorè, sententiam obseruare, refert tamen, hæc de re uerba faciens, Robertus Maranta Venusinus, in tract. de ordine iudiciorum in quarta parte in. 7. distinctiōne iudiciorum in sine, in reno spoliatos a clericis hac uñ cautela, ut per editum citari curet spolia. a iudice laico, quæ uis qui sua putauerit interesse, ut cõpareat a legaturus, quidquid uult, quare nõ Caius ipse spoliatus restitui non debeat ad possessionem sui beneficii, & clerico spoliatore comparante in eum iudicare iudex is potest, cum tunc clericus spoliator non possit dici reus conuentus sed actor, ex quo sua compartio est uolenti-

ii ij taria,

taria, vt docent Bal. Castren. Alex. & ceteri, in l. testamenta omnia. C. de testa. & Afflic. d. decisione. 2. 4. nu. 7. in fi. Dec. cons. 187. nu. 3. vers. non obstat quod citatio. Neuz. cons. 20. nu. 19. Rola. a Valle cons. 29. nu. 9. 12. lib. 2. verum Marantæ cautela & leuis est, & eludi facile potest, tum quia is per edictum citatus non cogitur comparere, vt in his terminis declarat Afflic. d. decisione. 2. nu. 9. qui subdit, quod si cogatur clericus comparere, & citatio nem & iudicium esse nullum, quare prodesse parum poterit cautela hæc spoliato, si spoliator diligens erit & callidus, vt non comparendo, nec enim, comparere cogitur omnes. l. si eo tempore. C. de distract. pigno. Marianus Soc. Se. tra. citatio num. Are. 22. in fine. Accedit, secundum citationem hanc nullius esse momenti, si constat quis nam possideat, is enim, vt persona certa nominatum, non per edictum & proclama citandus est. l. §. pen. ff. de ventre inspicie. Bar. in extrauaga. ad reprimendum in verbo per edictum in fine, Alex. cons. 107. nu. 1. lib. 5. Fely. in cap. 2. nu. 8. de constit. Ias. cons. 86. nu. 12. lib. 3. Paris. cons. 31. nu. 29. lib. 4. & ideo egregie respondit Rui. cons. 63. nu. 20. in fi. lib. 5. citationem hæc per edictum, præsumptam scientiam inducere, quæ nõ sufficit quando vera notitia exigitur, quod sensit & post alios a se citatos Marfil. singul. 259. Generalis &c. qui post Abbatem in cap. ultimo de vita & honestate clerici, affirmat, si clericum suo iure ex sola citatione per edictum priuari non posse, sed nominatum citandum esse. Tertio parum prodesse potest citatio ista quia si clericus & spoliator compareat, & se possidere alleget, poterit allegare fori priuilegium, & remissionem ad suum iudicem petere, eritque illa concedenda, ut egregie in his terminis citationis tradit Capicuis Neapolitanus Decif. 8. nu. 3. post Ancha. in ca. ea quæ q. 17. de reg. iur. Accedit. 4. loco citationem hanc generalem non prodesse spoliato, nec possessori nocere, quia quando agitur de possessione transferenda ab vno in alterum, non sufficit generalis citatio, sed nominatum possessor citandus est et si ignoretur, vt debet diligentia nõ leui actor, ut cognoscat quis nam is possessor sit, ut etiam citari curet: sic Ancha. in cap. ultimo de electio. ex illo textu, quem fecutus fuit Alex. cons. 5. nu. 1. 2. lib. 2. qui affirmat hanc generalem citationem, compareant qui sua interesse putant, pulchre & late Crauetta consil. 225. nu. 1. & nu. 5. vbi alios plures retulit, citantq; omnes in hanc sententiam text. illum meminert. C. unde ui, ut diximus su-

pra in 8. remedio. q. 13. citari quoque potest Cautela, si vera esset unaq; Petri Calephati doctrina quam is in l. de ijs nu. 37. ff. de transact. retulit, dum citando Dec. cons. 700. num. 9. vers. secundo non obstat, inquit illam citationem fieri in actibus in iurisdictionis voluntarie ad eosq; actus solui restringi, ut in insinuatione: sed mea sententia (pace illius tanti viri dixerim) labitur. quoniam nec Dec. nec Bal. ad eum casum se restringunt: sed solum sentunt clericum facilius potuisse citari, quia is actus erat voluntarie iurisdictionis. In ea igitur (ut rem paucis finiã) opinio sum, ut sic plures distinguantur casus. Primus est, cum de recuperanda possessione rei beneficiarie agitur inter duos Laicos, tunc Laicus Iudex competens est, & si possessio rei spiritualis sit, hocq; casu procedat crebrior relata sententia. Secundus est casus, quando de possessione rei beneficiarie agitur, & Laicus spoliator conuenitur, is potest ut retuli conueniri coram iudice suo idest Laico. Tertius casus, quando inter duos clericos conteditur de hac possessione, tunc laicus cognoscere nõ potest. Quartus est casus quando spoliator est clericus, & spoliatus laicus ad huc clericus spoliator sub iudice laico, ex iam relatis rationibus conueniri non potest.

In Adipiscenda autem scio apud neminem dubitari laicum iudicem inter clericos iudicare minime posse, cõ de possessione rei spiritualis seu beneficiarie disputatur, sic affirmant omnes, ut testatur Bero in rub. extra de iudicijs numero. 51. & nouissime Crauetta consil. 10. 4. nume. 17. versic. nec obstat. Didaeus. d. l. Practica. questio. cap. 35. nume. 1. versic. prima conclusio, insecuti omnes Guid. Papæ. q. 1. habet enim iudicium hoc sibi annexam proprietatis causam, quæ vt spiritualis laico tractari minime potest, cap. etiam de ordine cognitionum cap. lator, qui filij sunt legit. ut apud illos susus. Vnus tamen Ioannes Igneus in l. Necessarios. §. non alius secunda parte nu. 42. ff. ad. S. C. Syllania. aliter sensit, & male, quia vbi is clericus possessionem adipiscatur, super titulo saltem summarie cognitionis est, ut iam admonui.

Quæro. 19. vtrumne & causa hæc summarie tractanda sit, non seruato exacto illo iudiciorum ordine; & tractandam esse, affirmarunt Bartolus in extrauaga. ad reprimendum in verbo. Summarie num. 12. Soci. d. l. rem quæ nobis num. 74. qui alios in hanc sententiam retulit, glo. in l. 3. §. ibidem. ff. ad exhiben. Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune nume. 86. ff. de

ff. de adquiren. possess. glo. l. vlt. in fi. gl. r. C. quileg. perso. hab. sta. in iud. & probatur in l. munerit in l. momentaria. C. unde ui. In hac Patria Pedemontium ex relato sæpius

antiquo & decreto, De restit. spolia. res est clarissima, dum constitutum est per summariam informationem sine processu & litigio, spoliatum ipsum restituendum esse, quod ex nouis decretis confirmatur, in quibus constitutum est, omnes causas summarie, & sine strepitu iudicij esse tractandas, quanto fortius causa hæc spoliationis, quæ dicitur ceteris fauorabilior: sic in omnibus causis possessoris summarie esse procedendum tradit late satis Rebuffus in comm. Regiarum constitutio. tomo. 3. art. 4. glo. 1. ubi fit in uniuersa Gallia feruari scribit; sic feruatur Mediolani, & Papiæ, vt sæpius in eisdem iudicijs cognoui.

Quæro. 20. an & libellus porrigi debeat: & non esse porrigendum in fortiori casu affirmavit Lucas à Pêna. in l. si coloni. q. 19. & ibi Jo. à Platea. col. 3. vers. & ex prædictis. C. de agricol. & cens. dum opinantur in casu illius remedij libellum non esse porrigendum, vt in 10. remedio ex d. l. si coloni. qu. 15. vno verbo retuli, remque hanc hic excutiendam proposui: ea ergo is Lucas adducitur ratio, quia si libellus porrigeretur, nõ esset possessio sine aliqua cunctatione, illicõ & sine disputatione restituenda, vt iure restituenda est. Et si his causis ubi summarie procedit nõ esse necesse libellum offerre tradunt Roman.

conf. 519. In casu proposito in fi. Marfil. sing. 102. clausula; Rola. a Valle consil. 71. nu. 37. li. 1. Verum hæc ratio non me multum mouet, quia libellus non est in causa, vt restitutio impediatur, sed sunt quæ obiciuntur exceptiones, vt dominij, criminis, & similes, quare melius hanc sententiam probare videtur text. in Clem. sæpe in principio ibi, necessario libellum non exigit, & ibi glo. de verb. sig. negat enim is text. necessarium esse libellum, cum causa summarie est tractanda, vt est in casu nostro.

Contrarium tamen sensere alij, ut præcitate loco refert is Lucas, qui & Specul. citauit in tit. De libelli conceptione. §. nunc dicendum versic. 24. & 26. & crebrior hæc videtur sententia quando quidem, quæ plurimi, quos infra sequenti quaestione referam, disputant quoniam pacto libellus in causa ista concipendus sit, immò ipsemet Bartolus in extrauaga. ad reprimendum in verbo. Summarie nu. 2. inquit, in causis his summarijs libellum ita plene esse formandum, ut in causis ordinarijs, & clare

in interdico vnde ur, in quo ut diximus supra, est summarie procedendum: esse necessarium libellum tradit Inno. in cap. 1. & ibi Abbas nu. 14. de libelli obla. & latius ibidem hoc affirmavit Maria. Soc. sen. col. 16. in. 52. & 53. fallen.

Conciliarij possunt hæc interpretum cõtrouersia ut distinguamus, aut quarimus, an solemnis libellus in his casibus sit porrigendus, ut in causis ordinarijs, & tunc procedit prima relata opinio, non esse necessario dandum, nam cum solemnitatem quandam contineat, illa cessat in casibus summarie finientis, vt censuit Ias. in §. præiudicialis num. 35. Inst. de actio. & in consil. 2. col. vlt. lib. 3. Soc. Inn. consil. 75. nu. 1. consil. 82. nu. 1. lib. 2. & late Neuz. consil. 32. nu. 7. dum affirmat coram his villarum Prætoribus, coram quibus summarie proceditur, necessariũ nõ esse libellum: aut dubitatur, an qualis qualis petitio, quæ libelli sit loco, offerenda sit, & tunc posterior sententia procedit, nec enim in quouis causa in qua summarie proceditur est omittenda petitio, sic declarat egregie Socin. Sen. consil. 52. nu. 2. li. 4. post multos interpretes in d. Clem. sæpe de verbo. sign. quæ loci Georgius Natta in principio in glo. in verbo. necessario, qui sanè tex. clem. sæpe, hoc clare probat, dum in casibus illis negat libellum esse offerendum, esse tamen dandum petitionem in fine affirmat, idem sensit Signo. consil. 11. nu. 7.

Declaratur. 2. relata sententia non procedit in hac Patria Pedemontium ex decreto illo Ducali. De restitutio. spolia. quo est cautum restituendum esse spoliatum, sumptis summarijs informationibus parte uocata ad videndum iurare testes; dum enim statim vult sumendas esse informationes, ostendit sufficere si spoliatio ex capitulis deducatur, & tunc & capitula loco petitionis erunt, ut in simili post Ioan. Andream in additio ad Specul. in tit. De libelli concep. §. nunc dicendum q. 22. tradit Maria. Soc. Sen. in cap. 1. col. 16. vers. 54. fallit de libelli obla. dum tradit quod ubi duo contendunt se esse in possessione, nec vnus, nec alter vult dare libellum, seu petitionem, ne constituendo se actorem in possessione sibi præiudicet, recipiendas esse informationes super solis capitulis, & illa loco petitionis erunt, & hoc in casu intelligo doctrinam Ioan. Monachi relata à Roma. d. cõff. 519. in fi. & a Marfil. sing. 102. clausula &c. dũ affirmavit, iudicem ab articulis initium sumere omiffa libelli oblatione, & Specul. qui supra nu. 36. vers. Generaliter autem &c. inquit

re & in hac Patria Pedemontium ex decreto illo Ducali. De restitutio. spolia. quo est cautum restituendum esse spoliatum, sumptis summarijs informationibus parte uocata ad videndum iurare testes; dum enim statim vult sumendas esse informationes, ostendit sufficere si spoliatio ex capitulis deducatur, & tunc & capitula loco petitionis erunt, ut in simili post Ioan. Andream in additio ad Specul. in tit. De libelli concep. §. nunc dicendum q. 22. tradit Maria. Soc. Sen. in cap. 1. col. 16. vers. 54. fallit de libelli obla. dum tradit quod ubi duo contendunt se esse in possessione, nec vnus, nec alter vult dare libellum, seu petitionem, ne constituendo se actorem in possessione sibi præiudicet, recipiendas esse informationes super solis capitulis, & illa loco petitionis erunt, & hoc in casu intelligo doctrinam Ioan. Monachi relata à Roma. d. cõff. 519. in fi. & a Marfil. sing. 102. clausula &c. dũ affirmavit, iudicem ab articulis initium sumere omiffa libelli oblatione, & Specul. qui supra nu. 36. vers. Generaliter autem &c. inquit

re & in hac Patria Pedemontium ex decreto illo Ducali. De restitutio. spolia. quo est cautum restituendum esse spoliatum, sumptis summarijs informationibus parte uocata ad videndum iurare testes; dum enim statim vult sumendas esse informationes, ostendit sufficere si spoliatio ex capitulis deducatur, & tunc & capitula loco petitionis erunt, ut in simili post Ioan. Andream in additio ad Specul. in tit. De libelli concep. §. nunc dicendum q. 22. tradit Maria. Soc. Sen. in cap. 1. col. 16. vers. 54. fallit de libelli obla. dum tradit quod ubi duo contendunt se esse in possessione, nec vnus, nec alter vult dare libellum, seu petitionem, ne constituendo se actorem in possessione sibi præiudicet, recipiendas esse informationes super solis capitulis, & illa loco petitionis erunt, & hoc in casu intelligo doctrinam Ioan. Monachi relata à Roma. d. cõff. 519. in fi. & a Marfil. sing. 102. clausula &c. dũ affirmavit, iudicem ab articulis initium sumere omiffa libelli oblatione, & Specul. qui supra nu. 36. vers. Generaliter autem &c. inquit

- quit libellum non requiri, cum testes immedie recipiuntur: clarius hoc est dispositum Papie ex statuto. 54. In ciuilibus. De possessione uolenta, uel clandestina restituenda, quo est cautum nec in scriptis esse necessariam petitionem.
- 247 Quæro. 21. quomodo in ea petitione & qualiquam libello sit concludendum Soci. d. l. rem quæ nobis nu. 14. inquit actorem debere narrare se possedisse, & deinde ex causis in iustis, ac sine sua culpa & facto de possessione cecidisse, eaque spoliatum fuisse, possessione que illam rem conuentum possidere, deinde concludere debet, se esse ad suam illam possessionem reintegrandam, illamque sibi restituentam: sic omnes in ea ad sedem. de restit. spolia. & clarius ac plenius Pract. Papiensis in forma libelli, in causa spoliatae possessionis, qua in re est animaduertendum, quod quem admodum in cæteris, sic & in hoc casu, spectanda est solius libelli conclusio, quidquid fuerit narratum, ut in nostris his terminis est tex. in cap. ex parte B. ubi Abbas de foro compe. & post Specul. & alios plures, quos citat, tradit Ripa. in l. naturaliter. §. nihil commune nu. 197. de acquir. possess. & in cæteris casibus solam libelli conclusionem esse spectandam tradunt Barto. in l. certi conditio. in principio nu. 2. ff. si certum petat. Dec. consil. 57. nu. 1. 2. consil. 62. nu. 1. Cur. Sen. consil. pen. col. pen. versicu. accedo ad tertium, Soc. Sen. consil. 112. nu. 5. lib. 4. latè Neutiz. consil. 4. nu. 7. & pulchrè declarat Gomef. §. sequens nu. 12. Inst. de actio. dum inquit hoc procederet in actionibus specialibus, quarum una ab altera ex medio concludendi discernitur, secus cum actio specialis concurrat cum generali, nã tunc ex medio concludendi, una non discernitur ab altera, cum una, & eadem sit conclusio citat notab. textum. l. item apud Laheonem. §. edicto de iniurijs. & Bartolum in l. 1. §. hoc edicto. de oper. no. nuntia. ex qua declaratio infertur, quod si uera est illorum sententia, quam retuli & probaui supra. q. 2. hoc reintegranda remedium non esse nouum, & à cæteris distinctum, sed generale cætera comprehendens, nullam esse differentiam in medio concludendi, siue concludatur, in hoc remedio, siue in interdico unde ui, cù semper concludatur possessionem sibi restitui, ut uo uerbo attingi. d. q. 2. erit ergo sola differentia in medio concludendi inter causam possessionis & petitorij, cum in uno petatur rem restitui, in altero uerò possessionem, ut in anteludij admonui.
- 248 Quæro. 22. utrumne in hoc remedio necessaria sit litis contestatio, & necessaria esse, affirmat Soci. in d. l. rem quæ nobis nu. 14. versu. 3. dubitatur. Et hanc communem esse sententiam testatur Alex. d. §. nihil commune nu. 96. l. af. nu. 167. & ibi Ripa. nu. 182. hanc probauit Rotta in Decisio. nouis in tit. de re sita. spolia. Decisio. 2. in fi. eam est secutus Alex. consil. 2. num. 11. lib. 3. qui citat textum clarum in cap. 2. ut lite non contest. latissimè disputat de omnibus possessorij Maria. Soc. Se. cap. qm̄ frequenter col. 23. versu. 62. fallit ut lite non contesta. & esse necessariam abolute in quous possessorio scribit Rebuffus in Commentarijs Regiarum constitutio. tomo tertio, tit. de materijs possessorij articulo. 4. gl. 1. in fine, ubi testatur in interdico Recuperanda, sic in Gallia seruari, inquitq; satis litem in his contestari: cum contrariæ possessiones allegantur idem censuit Dec. consil. 305. num. 5. versu. 2. quia, Io. Baptista Ferreris consil. 95. nume. 1. Plotus in l. si quando nu. 114. C. unde ui, Capella Tolo. q. 226. Declaratur non procedere in hac Patria Pedemont. ex illo §. decreto. De restit. spolia. quo omiffa litis contestatione, spoliatum agere posse,

- posse, ut restituatur, conceditur, ut ostendit illa uerba, parte uocata, ad uidendum iurare testes dumtaxat, nam si immediatè testes possunt recipi, datur intelligi non esse necessariam litis contestationem, ut nec etiam necessaria est libelli oblatio, sic post Specul. retuli supra q. 17. in si. quæ duo à pari uidentur procedere, cum nec litis contestatio sit tunc necessaria, ubi necessarium nõ est libellus, ut docet Abbas, in cap. quoniam frequenter, nu. 3. in fi. versu. item in casibus in quibus, ut lite non contesta. & ibi Maria. Soc. Sen. col. 18. versu. 22. fallit & c. ubi declarat, sed fortè decretum hoc Pedemontium solum intelligendum est in sola notoria spoliatione, ex illis uerbis: & in loco spoliationis ipsa spoliatio erit notoria: & paulò post, aut alias legitimè apparebit ipsam spoliationem fore notoriam, ita quod non possit aliqua tergiversatione celari, si enim intelligimus hoc in casu tatum hoc decretum, dubium non est non esse necessariam litis contestationem, ut tradit Abbas in d. ca. quoniam frequenter num. 3. versu. extra gloriam, ut lite non contesta. & ibi Maria. Soc. in col. 27. versu. 64. fallit; & clarissimè Plotus in l. si quando num. 114. in fin. C. unde ui; quàm mò in notorijs omittitur citatio cap. cum olim de re iud. in cap. Cum ex infuuatione de appella. est tex. & ibi glo. ac Bartolus in l. 2. §. quod de frumentaria. ff. de adm. rerum rerum ad Ciuit. pertine. latè Gramma. Decis. 36. num. 50. l. af. consil. 86. in fi. lib. 3. sic nec ali quis ordo aliquæ solemnitas solet in notorijs obseruari cap. quæ Lotharius. 2. qu. 1. Baldus. l. Præsbyteri. col. pen. C. de Episc. & cler. latè Gramma. d. Decisio. 36. nu. 45. Dec. consil. 544. nu. 6. Marfil. consil. 5. num. 2. & fing. 511. & Paris. consil. 111. nu. 8. lib. 4. & esse intelligendum hoc decretum de sola notoria spoliatione, suadent clarissima uerba toties geminata, rursus illa uerba, ita quod non possit aliqua tergiversatione celari, illud enim uerè notorium dicitur, quod celari minime potest, ut docet Baldus in l. Ciues. C. de appella. Ant. Bugos in cap. ad nostram nu. 27. de emptio. & uend. Io. Iaco. de Leonardis inter consilia Brunij consil. 117. nu. 176. Verù hoc decretum esse intelligendum in spoliatione non tam clara & notoria, suadent multa, ut illud, quod si ita intelligeremus frustra esset conditum hoc decretum, quandoquidem idem iure communi constitutum appareat, quare illa summitur interpretatio, ne frustra factum quid sit. l. si quando in principio de leg. 1. l. qui concubinam. §. qui hor-
- 263 ubi stricta summenda est interpretatio. l. 1. in fi. ad municipa. cap. 1. ubi Abba. de rescrip. Dec. in cap. cum ordinem col. 2. de rescrip. & consil. 359. col. ult. Craue. consil. 135. num. 24. consil. 201. nu. 13. & in materia odiosa ac strictissime intelligenda, ita etiam uerba sunt intelligenda, ne frustra adposita sint, sic latè idem Craue. consil. 272. num. 7. & consil. 294. col. 12. versu. 5. loco, quod uerum etiam intelligit Soc. Iun. consil. 94. nu. 20. lib. 3. etiam si uerba uix couenirent, cætera quæ adferri possent, sciens, ac ex industria prætereo Secundo si notoria esset spoliatio, quorū informationes fumere, & testes interrogare, quando illa sit notorijs uis, ut releuet ab onere probandi, est propositio sit opus, ut tradit glo. in l. Ciues. C. de appella. glo. l. 1. ubi Bartolus. C. qui & adue. quos in integ. rest. non possit, & in l. emptorem in fi. de actio. empti. l. af. in l. si uero. §. qui pro rei num. 9. ro. ff. qui satisd. cog. Cur. Iun. in l. ex quacunque nu. 16. ff. si quis in ius uoca. non ierit in l. qui in potestate nu. me. 7. C. de in ius uoca. & consil. 61. nu. 7. Soc. Jan. consil. 61. nu. 39. lib. 1. & alibi sepius Intelligo ergo hoc decretum in quacunque spoliatione, ut generaliter provideat, & uerba illa notoria, ita quod aliqua tergiversatione celari non possit, intelligo factis probationibus, ut litera ipsa sonat, nam examinatis testibus sumptisque in formationibus, res dicitur esse notoria, cum notorium illud esse dicatur, quod duobus uel tribus testibus præsentibus & scientibus sit. Bartolus in l. si tutor. C. de periculo tuto. Craue. consil. 121. nu. me. 2. 3. alia quoque ratione suadet in casu huius decreti litis contestationem minime necessariam, nam uult iudicem ex officio posse procedere, quo sit ut litem contestari opus non sit, sic docuit glo. in Rub. ff. de interrog. actio. latissimè declarat Soc. in d. cap. quoniam frequenter col. 20. versu. 25. fallit, ut lite non contesta. Ex statuto Papie §. 54. In ciuilibus. De possessione uolenta uel clandestina restituenda, clarius est idem constitutum, necessarium minime fore litis contestationem, quare in hoc ut iuris communis correctorium est intelligendum, ita ut corrigat minus quàm sit possibile. l. 2. C. de noxa actio. cap. cum dilectus. de consue. Fely. & cæteri in ca. 1. de constit. Goza. consil. 19. nu. 5. Paris. consil. ult. nu. 6. lib. 3. Craue. consil. 236. nu. 9. & consil. 259. nu. 2. & alibi sepius Quæro. 23. an in libello, quo hoc remedio agitur, spoliationis factæ tempus apponere necessario

necessario debeat, & non esse apponendum censuit Alex. consil. 6. num. 1. 2. lib. 3. Soc. Sen. d. l. rem qua nobis, num. 14. versic. dubitatur etiam quarto, de adquirenda possessione, & consil. 109. colum. 2. versic. secundo principa liter libr. 7. idem censuit Afflictus Decisione 250. illa adducti sunt prima ratione, quia hac actio infamiam non irrogat, nec iuris nec facti, ergo spoliatio non est de rebus, sed de iure. prator edixit in principio ubi Bartol. ff. de iniurijs, quod tamen non infamet hoc remedium patet, quia non connumeratur inter casus illos, qui infamiam irrogant. Rursus dicitur conditio ex lege, id est, ex eo canone, quae non solet irrogare infamiam. l. cessat de actione. & obligatio. adfertur & secunda ratio, quia iure Pontificio tunc rigor apponendi tempus in libello, non seruatur, sic Soc. d. consil. 109. colum. 2. versic. secundo principaliter, in interdictione autem unde vi, est diuersum, vt late retuli supra in primo remedio quaest. 38.

272 Quae 24. an in hoc recuperanda possessionis iudicio personarum legitimatio sit necessaria, & necessaria fore apud omnes receptum est: nam affirmant omnes in summaris quibuscumque iudicijs necessaria esse hanc personarum legitimatioem, vt probare videtur tex. ubi glo. in l. 1. §. si ea. ff. de veter. in possess. mittent. quem in hanc sententiam citauit Bal. in l. vltima. q. 5. C. de edicto diui Adria. tollendum loquitur in illo adipiscenda possessionis remedio, quod summarie tractari solet Baldum secuti sunt ceteri, vt Ias. in Rubr. C. qui admitti nu. 4. ubi Iacobus Niger nu. 9. idem Ias. in l. 2. nu. 4. C. de edicto diui Adria. toll. quod loci eiusdem sententiae retulit Bar. in extrauag. ad reprimen. in verbo, summarie col. 2. sic Petrus Girardus Petrasanta sing. 23. notant Bar. & Craue. consil. 104. num. 1. Neuiz. consil. 18. nu. 4. Sebastia. Vantius tracta. nullitatum titulo. de nullita. sententiae ex defectum in hab. seu manda. compare. nu. 3. & nouissimè Rola. à Valle. consil. 46. nu. 2. lib. 2. hoc anno 1565 euulgato, quia fortius, & ad rem maxime nostram Iason, & alij plures ex relatis affirmant, t filium familias sine patris consensu in iudicio summario esse non posse ex l. vltima. §. 1. versic. necessitate. C. de bonis quae liberis, sic Bal. in l. nec quicquam. §. de qlano. col. vlt. ff. de off. proconf. & lega. quem sunt secuti Iason. Nig. Marfilus & Rola. a Valle post Alex. consil. 59. col. 1. lib. 2. idem placuit Guid. Pa. q. 54. & q. 40. & Ioanni Corasio in l. qui liberos, secunda parte nu. 19. ff. de ritu nuptia.

ex quorum autoritatibus satis superque constat hanc esse crebriorem, & si aliter uisi sint sentire Aret. in l. & si minores. 4. fallen. C. si aduersus rem iud. Natta in clem. sepe. §. quae omnia col. 25. q. 5. principali, de verbo. sig. la. cobinus à Sancto Georgio. l. 1. C. qui admitti, Barba. consil. 86. col. 2. lib. 3. Corne. consil. 218. lib. 1. quos est secutus Neuiz. d. consil. 18. nu. 11. qui verè, malè sentiunt, vt statim intelligemus, ad rem nostram magis accedit sententia & doctrina Baldi in consil. 492. in causa vertente inter lib. 3. & eiusdem. in l. vltima. §. 1. ver. necessitate col. pen. versic. pone filius agit possessio. C. de bonis quae liberis, dum affirmat t filium familias in hoc iudicio recuperanda possessionis minus legitimam habere personam, ideoque patris consensum fore necessarium, idem censuit, Curia Delphinatus, vt retulit Franc. de Marchis. q. 69. quae sane quaestio vtilis admodum est, & in foro quotidiana, hanc ipse Baldi sententiam sequor & si non ignorem, quae à Bal. ac Franc. de Marchis adferuntur, non vrgere multum, Baldus cuius in d. responso 492. sic primo argumentatur, t ualeat argumentu de contractibus ad iudicia. l. si quis seruum & l. si quis cum filio. ff. de peculio, & tradit Euerard. in centuria legali. in argumentu seu loco à contractibus ad quasi contractus, sic licet argumentari ab vltimis vtilitatibus ad iudicia. non est verum, ubi Bar. & ceteri omnes. ff. de pigno. actio. late Euerard. in centuria legali in loco ab vltima voluntate ad iudicia, nunc sic, patris consensus necessarius est cum filius donat causa mortis. l. tamis §. 1. ff. de dona. causa mortis, sed donatio causa mortis, contractibus aequiparata glo. l. 2. ff. de dote prelega. vel vltimis v oluntatibus l. 2. ubi omnes, ergo idem dicendum est in iudicijs: hac argumentatio dilui potest facillimè ideo in ea donatione exigij patris consensum, quia de suo agit incommodo, quamobrem, videmus in bonis castrensis aliter obseruari, t quoniam à filio patre inconsulto donari possunt. l. filius familias. §. vltimo in fi. de dona. Soc. in l. 1. §. fuit quaesitum col. pen. ff. ad Trebellia. Secundo loco sic argumentatur Baldus, patria potestas, est de iure ciuili. §. praeterea. Inst. de patria potestate. sed de iure ciuili filius familias integram non habet personam, ergo sine patris consensu in iudicio esse non poterit: diluitur vno verbo argumentatio, quia Baldus, minore non illam propositionem, verà esse non probauit: tertio ergo loco argumentatur Baldus, t filius familias regulariter esse non potest in iudicio contra ipsum patrem. l. 1.

libellus & litis cōtestatio necessaria sunt, Bar. l. momentaneq. C. qui legitimam perso. habet. in iudicio. & latissimè diximus supra. q. 20. 22. sed ubi iudicij ordo exigit seruatur, tres personae in iudicio esse debent, iudex Actor. & Reus. cum ergo filius familias non sit, integer homo, sequitur sine patris consensu, non posse esse in iudicio hac argumentatio, facili negotio destruitur, tum quia proconstanti verum praesupponit Franc. de Marchis, quod in controuerfia positum est filium familias integram non habere personam, tum quia, non sequitur, ordo iudicij seruatur, ergo tres personae in iudicio esse debent, quia & in ceteris ubi iudicij ordo non seruatur tres exiguntur, vt re ipsa patet, & tradunt omnes in Rubrica extra de iudicijs vltimo ergo loco Franc. de Marchis hanc firmam opinionem auctoritate Baldi in d. l. nec quicquam. §. de plano. col. vlt. ff. de off. proconf. quem alij plures supra relati sunt secuti, inquit enim Baldus, etià in causis summaris ac executiuis, quae de plano tractari possunt filius familias sine patris consensu in iudicio esse non potest, sed disputando euitari potest, tum quia probabilis, est non necessaria Baldi & aliorum interpretum auctoritas, tum quia non probat Baldus filium familias sui quatuor illegitimum habere personam standi in iudicio.

Contrariam ergo sententiam, filium familias in hoc iudicio, possessionis recuperanda sine patris consensu esse posse, sicque legitimam habere personam affirmant. Crebrius nostri interpretes, & praeterea sibi parum constant, Baldus cuius ingenium & doctrinam, & si admirantur & suspiciant, non immerito amnes cum nullum iuris locum ignorare dicatur, vt scripsit Iason. in l. 1. de qua. si certum petita. in l. Diuortio. §. quod in anno tertio nota. ff. de iur. iur. Craue. consil. 92. nu. 2. & consil. 66. nu. 4. quamobrem tunc causis decidendis finiendaq; maximam esse Baldi auctoritatem, scripsit Castren. consil. 132. lib. 2. quem retulit Craue. d. ead. C. 66. nu. 4. hinc dixit Dec. consil. 284. nu. 3. t irreprehensibile esse iudicem, qui in causa decidenda Baldi est legitima opinioem, quod & annotauit Bologninus consil. col. 92. in fine, quin et regre scripsit Hieron. Cagnolus, in proem. ff. in §. dissolutum nu. 172. post Castren. quem citat tantu adeo & acuti fuisse ingenij Baldum, vt cum à teneris vltq; admiratus fuerit iure eorum iudicium significet Bartolus, verum tamen vt oportet in multis & ipse fecit, nam nec semel is bonus dormitauit haec merus, vt est in veteri Hicoria non proreptio

lib nulla. ff. de iudicijs, Patria ergo potestas respicit iudicium ergo nec alio filius familias ex periri poterit sine patris consensu: possumus rectè sic respondere; tunc demum inter patrem & filium litem esse non posse, quando res super qua est cōtrouersia patri per filium acquiritur, at cōtrā, quo rei acquiritur filius ipse dominus permanet, vt eo tex. l. 1. lib. nulla, satis sum perq; probatur cuius rei rationem egregiam adfert Vaconius Roma. lib. 4. declaratio. iuris cap. 143. nā si filius patri acquirit, nulla inter eos iustitiae, mei & tui esse potest cōtētio, ergo nec litem, diuersum, cum sibi acquirit, filius, quamobrem Castrense peculium inter eos litem esse potest. glo. d. l. lib. nulla tex. in l. cū oportet. §. eadem. C. de bonis quae liberis. Soc. tract. fallentia. reg. 244. fallen. 3. & in peculio clericorum, quod annotauit Afflict. decisio ne 241. nu. 1. sic in t bonis aduentitijs si patri, vsusfructus non acquireret, vt post alios, in l. lib. nulla, decidit Antonius Capicius, decisio ne. 56. nu. 1. accedit praeterea ad cōfirmationē, quod vbi cumque de solo filij detrimento agitur, quod causatur ab ipso patre, t litem inter eos esse posse, vt cum pater bonorum euerfor & dilapidator, t illorum proprietatem perdit & dilapidat quod probat. l. Imperator. ff. ad Trebellia. ubi Alex. Soc. d. reg. 244. fallen. 8. lo. Baptista à sancto Severino in l. frater à fratre. §. quaesitum est nu. 120. ff. de condic. indebiti, & post multos, vt quid singulare annotauit, Marfil. sing. 613. clarum & expeditum & c. Baldus ergo qui supra sic quarto loco ex eo t hac adducebatur sententiam, quod t Patria potestas in septem consistit glo. §. 1. Inst. de Patria potesta. sed inter illa, hic casus enumeratur, vt non possit filius familias esse in iudicio sine patris consensu, ergo nec hoc nostro casu esse poterit, vno verbo possumus satisfacere, glo. auctoritatem probabilem quidem esse, necessariam minime, ut scribunt omnes in l. 1. ff. si certum petita. quinto in hanc sententiam citat Baldus tex. l. vltima. §. 1. versic. necessitate. C. de bonis quae liberis, qui posset euitari, vel si receptionem sensum ab Orithone glo. atore probati, vt statim subijciam, sequeremur, uel si diceremus, non magis textum illum concludi, sionem hanc nostram, quam illam absolutam regulam, filium familias legitimam non habere personam standi in iudicio sine patris consensu, sed hac de re statim, quamobrem Franc. de Marchis. d. q. 69. sic argumentatur, quod licet hoc iudicij quo ad dilationes & alia non nulla momentaneum sit, quo tamen ad ordinem iudicium momentaneum non esse est

291 sibi enim parum constans verè fuit Baldus & presertim cum de iure interrogatus responderet, vt admonuit post multos Craue. conf. 283. col. 4. vers. & hic proprie verificatur &c. vbi post Butrium, Corneum, Castren. & Decium affirmat Baldi cerebrũ fuisse semper in aere, & veluti auis volitasse, ob idq; sepius sine suo capite fuisse locutum, & in perdifficilibus iuris controuersis sepius a se ipso, vt inconstans recessisse, quare censuit Ruinus conf. 18. nu. 17. lib. 3. Baldo tunc esse deferendum, si illius auctoritas lege adiuuatur, alio qui in responsis non parum defecisse. Reuertamur in viam è qua digressi sumus paulatim in nostra ergo disputatione, filium familias posse esse in iudicio recuperandæ possessionis sine patris consensu probauit Baldus col. 217. verba libelli col. 3. vers. secundo principaliter dubitatur lib. 2. illum sunt secuti Orianus in cap. quoniam contra in verbo confessionis de probatio. & Parpalea. in rubrica. C. qui admitti, vt retulit & probauit Neuz. col. 19. nu. 1. 2. 3. nec dissentit Petrus Rebuffus in commentarijs Regiarum constitutio. Tomo. tertio, titulo De Materijs possessorijs, articulo septima glosa. 1. num. 13. quo loci affirmat in cæteris omnibus possessorijs iudicijs Filium familias esse posse in iudicio sine patris consensu. Verum animaduerti aliquando hæc Baldi & sequacium sententiam, nec iure, nec ratione fulciri: nam text. qui primo loco citatur in l. 1. C. si per uim vel alio modo, non probat quando quidem illa ratione illud constitutum sit, quod ab absentis facturum non erit, quam obrem eo loci non ad sui commodum agit, vel seruus, vel minor, vel filius familias, sed ad absentis commodum, quoniam contra riam potius affirmare uidetur sententiam, dum sit, inquam in cæteris seruum filium familias & alios in his personis non sustinere legitimam personam, cum istis fauore absentis tantum sustinere dicantur. Secundo ergo loco adducitur Baldus ex l. vltima. C. qui legitimam habuerit personam standi in iudicio, & licet ibi glosa solum intelligat in defendendo, non in agendo, quam probauit Ericus de Marchis. d. q. 69. num. 2. attamen verius est, vt intelligatur etiam in agendo, vt clara sunt istius textus verba, ibi actio exerceri potest. Ipse autem intelligo, d. l. vltimam, loqui in eo possessorio momentaneo, quod minimi est detrimeti modiceque considerationis, in quo nec appellatio admittitur, vt late explicauimus supra in Nono recuperandæ possessionis Remedio ex l. si quis in tantam. C. vnde ui-

q. 49. & attigimus supra in Præiudicij num. 32. quo loci diximus hoc summarijsimè possessoriũ appellari, quod res ita se habeat, sicut illius text. verba, dum subiicit, in adipiscenda possessione personam illegitimam considerari ibi maximè cum absque cõuentione personæ legitime, si enim in eo textu intelligeretur, possessoriũ iudicium esse in omnibus momentaneum, dum illegitimas personas admittit a principio, sic non appellaret illas illegitimas in casu adipiscendæ possessionis, nam satis legitime essent iuxta subiectam materiam. Nec est quod obijciat quis textũ. l. 1. C. si per uim vel alio modo &c. dum momentaneam illam possessionem appellare uideatur, quam recuperat seruus, uel minor absentis nomine, quoniam eam appellat possessionem momentaneam alia ratione, quam quod proprie & uere momentanea sit, quod fufius explicauimus supra in sexto Recuperandæ possessionis Remedio ex d. ca. l. 1. C. si per uim, vel alio modo &c. q. 8. & si sumemus hanc interpretationem ad. d. l. vltimam. C. qui legitimam habeant personam standi in iudicio, non erit necesse pendere illa uerba, per quamcunque personam, quæ vt uniuersalia, ab Alberico & Neuzano itatim relatis considerantur. Tertio itaque argumentatio fort recentiorum, dum inquit, quod illis in casibus in quibus minor stare potest in iudicio sine curatore, filium familias pariter in iudicio sine patris consensu esse posse, sic Specu. in tit. de actor. §. 1. vers. sed nunquid, quæ sunt secuti Rom. sing. 218. Tu si Dec. in l. 1. Prima lect. nu. 27. C. qui admittit alios in hanc sententiam retulit Neuz. d. conf. 19. nu. 5. addo Soc. Tract. Falle. leg. 151. Fall. 1. 1. sed minor sine curatoris auctoritate hanc recuperat possessionem d. l. vlt. & huius sententiæ multos citat Neuzanus: d. confil. 19. nume. 5. presertim Capellam Tolosanam. q. 106. si minor &c. sequitur uerum idem esse in filio familias dicendum: Verum ex relatis corruit minor illa propositio, quæ & si uera sit, non tamen, quoad terminos nostros, cum nostra hæc possessio, ut illa, momentanea non sit. Vltimo tandem loco, non suffragatur illa vna argumentatio, qua dicimus in casibus illis, in quibus summarie proceditur, sine strepitu (vt cum nostris loquar) & figura iudicij, necesse minime fore patris consensum & auctoritatem, ut docent Aretinus in l. 1. & maiores quarta Fallent. Codice si aduersus rem iudicat. & multos in hanc retulit sententiam Neuz. confil. 18. num. 11. quo loci ex multis citat Barba. confil. 86. colum. 2. lib. 3. qui respo-

dit in Curijs mercatorum, nõ exigi patris consensum, cõ filius experiri vult, & confert ratio Corn. col. 218. lib. 1. dum inquit consensum Patris iure tantum ciuili positiuo exigi. quare remissus censetur, cum sola facti ueritate inspecta agitur, at nostro hoc casu Iudicij possessoriij summarie agitur, vt affirmauit glosa d. l. vlt. C. qui legitimam personam habeant standi in iudicio. Bart. in extrauaganti ad reprimendum in uerbo summarie. nu. 12. Soc. in l. rem, quæ nobis num. 16. ff. de acquirenda possessione Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune num. 185. eodem titulo, & rem hæc fufius explicabimus infra in hoc ipso remedio. q. 19. Vno enim uerbo diluitur argumentatio hæc ipsa, quia supra in principio huius questionis docuimus receptiorem eorum sententiam esse, qui affirmarunt etiam in iudicijs summarie, immò executiue tractandis, necessariam fore personarum legitimationem, & in specie sic visus est respondere Franciscus de Marchis. d. quaest. 69. num. 5. quod autem filius familias legitimam sui naturæ habere personam standi in iudicio, statim aperiam.

In tanta ergo perplexitate, & rerum controuersia subfuti non semel, & cui magis haberem, non parum dubitauit tandem in eam deueni sententiam, filium familias illegitimam habere personam standi in hoc possessorio iudicio, ob idque Patris consensum necessariũ esse, sed quo omnis hæc de re controuersia dissoluatur, veritasq; ipsa luceat.

Regulam negatiuam, audeo pro ueritate tamen, constituendam esse autumo. ¶ Filium familias illegitimam habere personam standi in iudicio, & ideo regulariter sine patris consensu non posse experiri, hæc sententia probatur primo ex iure gentium antiquo, tum iure ciuili, quibus intelligimus filium sub patris potestate ita fuisse constitutum, ut a seruo minime differret, iure gentium satis probatur ex l. pronuntiatio. §. iurè proprio ff. de uerborum significatione ex Aristotelis auctoritate. lib. 8. Ethico. quem in hanc sententiam retulere Franc. Conna. lib. 2. commenta. Iuris ciuilis cap. 13. & Vaconius Roma. lib. 1. declaratio. iuris cap. 8. qui doctè admodum multis ostenderunt auctoritatibus, Patriam Potestatem esse a iure gentium, & a natura, ¶ Patriamque potestatem maioris fuisse roboris, quam fuerit potestas dominorum in seruos, hinc uidemus ¶ Patrem ius uitæ & necis habuisse in filium. l. vlt. C. de patria potestate. quare olim filium uendere & seruituti addicere poterat pater, quod Romuli Institutum fuisse scribit Dionysius Halicarnassensis lib. 2. antiq. Roma. quod a Numa Pompilio fuit prius emendatum correctumque vt egregiè in illius uita testatur Plutarchus, & deinde ab alijs presertim a Constantino. in l. 2. C. de patribus, qui filios distrahe. ad cuius cõstitutionis interpretationem uidentur funt Traquel. Tractatu. De Retractu consang. §. 26. glos. 1. num. 13. 14. & Didacus C. ouar. lib. 3. varia. refol. cap. 14. nume. 4. lege autem ciuili antiqua nemo dubitat, ut apud relatos Vaconium & Connanũ, qui multa egregiè hæc de re scripserunt stat ergo solida & inconcussa conclusio, quod quemadmodum seruus, ut sub domini potestate constitutus, personam minus legitimam habet, sic & filius, vt sub patris potestate regulariter: ergo in iudicio sine patris consensu esse nõ poterit, probatur magis in specie ex l. miles la prima. §. 1. ff. de castren. pecul. quo solo in casu castrensis peculij intelligimus filium familias habere legitimam personam standi in iudicio ut infra dicemus: ergo in contrarium se habet regula, vt sic visus est argumentari Castren. d. §. 1. uersic. necessitate & Perus. in cap. vltimo de iudicijs in. 6. & meminit Neuzan. d. confil. 18. nu. 6. quo fundamento diluitur illa ¶ Bartoli sententia, qui in d. l. vltima. §. 1. uersic. necessitate num. 2. C. de bonis quæ liberis, affirmabat iure antiquo filium familias habere legitimam personam standi in iudicio sine patris consensu ex l. omnem & l. tam ex contractibus. ff. de iudicijs, & l. Noxali. & l. seque. ff. de Noxali. actio. falsa inquam apparet hæc opinio, quandoquidem nõ plus integram personam habuit, habetque regulariter & sui natura filius, quam seruus, cum ambo ab alterius potestate dependant, & casus a Bartolo citati ad rem parum conferunt, & (vt omittam l. omnem de iudicijs, in qua ne uerbum quidem hac de re legitur,) quoad ¶ l. tam ex contractibus, cenfeo animaduertendum, loqui in prima sui parte, cum filius ex suo delicto conuenitur, nec diffinit an sit necessarius patris consensu vel non, hoc enim in iuris communis dispositione relinquit, in secunda autem parte in uersicul. certè, loquitur, cum filius familias ¶ non nomine proprio, sed alterius vt procurator experitur, quo in casu absolutum est, necessarium non esse patris consensum, vt probat. l. cum mandato, de procur. glo. in. d. §. 1. uersic. necessitate ibi Bartol. num. 5. & in cap. vltimo in glosa regulariter de iudicijs in. 6. & text. in cap. qui generaliter. §. 1. de procura. in. 6. Bart. in l. si longius. §. si filius. ff. de iudicijs

dicijis Tiraque. Tractat. de legibus conubia  
in glos. 3. num. 163. simile ex. l. quæsitum. ff. de  
in ius uocan. Soc. Tract. Fallen. reg. 2. 4. 4. Fal-  
len. 5. text. autem + Noxali, & sequen. nihil dif-  
308 fuit, solū inquit a ctionem dari filiofamilias  
& cōtra, quo autem modo in iudicium exer-  
ceatur, non explicat, sed in legis dispositione  
relinquit, estque intelligendum actionem  
posse exerceri patre consentiente, cum alio-  
qui filius de se nihil possit, non ergo est uerū,  
quod scripsit Bartolus, iure antiquo filiumfa-  
milias regulariter esse posse in iudicio sine pa-  
tris consensu: nam cum in specie Bartoli opi-  
nio iure non probetur, erit standum Regulæ  
generali. Filium à Patre in totum dependere.  
Secundo etiam lo co (vt ad ius nouum, quod  
Codicis appellatur ueniamus) probatur ex d.  
309 l. vltima. §. 1. versicul. necessitate. C. de bonis  
quæ liberis, qua Iustiniani constitutione in-  
telligimus, quod si Pater recuset adire & acce-  
pere hereditatem filio delatam nullum patri  
adquiri, vel commodum, uel detrimentum,  
sed totum esse filij, ut ostendunt illa uerba.  
Nullam acquisitionem, uel usumfructum patri  
offeri, & paulò deinde post, & filius simi-  
li modo in agendo & pulsando solus habeat,  
& detrimentum & commodum. Nihilomi-  
nus eo casu filio agenti tenetur consentire pa-  
ter, quod non alia ratione intelligo, quam  
quod sui natura, exceptis casibus in iure ex-  
pressis filium minus legitimam habere perso-  
nam, ob patriam potestatem cui subest, qui  
sensus satis ab Accursio & Baldo eo loci reci-  
pitur. Nec me mouet is sensus & intellectus  
310 + Otthonis glosatoris antiqui, (qui ut in d. §.  
1. versic. necessitate in sine scripsit Angelus,  
Patria Papiensis fuit) quem sunt secuti ibidē  
Bart. num. 2. & cum eo ceteri crebrius, vt af-  
firmarunt multi a Sebastiano Vantio relati in  
Tract. Nullitatum in titulo. De Nullitate sen-  
tentiarum ex defectu manda. compare. num. 41.  
42. & Afflictus Decisione. 180. sentit Ruinus  
consil. 102. num. 2. lib. 5. Ripa. l. 1. §. fuit quæsi-  
tum. num. 3. ff. ad Trebellian. Soc. Sen. consil.  
34. colum. penul. versic. assumo nunc ex ordi-  
ne. lib. 1. latissimè Neuzanus. d. consil. 18. nu.  
8. Angelus Aretinus Inst. de tutelis in prin-  
cipio nume. 2. dicebat enim is Otthonis ideo  
Patris consensum in casu. d. versic. necessitate  
requiri, vt clarè in iudicio etiam constare  
possit, Patrem illum, ius omne suum a se abdi-  
casse non autem esse necessarium ad integran-  
dam filij personam, sed uerè is Otthonis sen-  
sus non conuenit: nam si iam constabat Pa-  
trem a se ius omne suum abdicasse, frustra,

aut saltem leui ratione motus fuisset Iustinia-  
nus ad constituendum, necessarium adhuc es-  
se patris consensum, nisi esset ad integrandam  
filij personam: quorum enim, si per publicè  
instrumentum constat de patris abdicatione  
exigere eandem ob causam consensum. qua-  
re uerius est dicere, esse ad integrandam per-  
sonam, ut illa uerba uere ostendunt. Ne iudicium  
sine patris voluntate consistere uideatur,  
respicit enim hæc constitutio nullitatis  
iudicij, quæ prouenire dicitur ex filij perso-  
na minus integra, non ex eo quod patris com-  
modum uersetur, quod nullum est, cum tex.  
presupponat à Patre abdicationem. Nec illa ad-  
uersatur + Bartoli consideratio. d. l. vltima. §.  
311 finautem in secunda ætate. C. de bonis quæ li-  
beris, quo apparet solam curatoris authorita-  
tem sufficere pro filio agenti contra patris cō-  
sensum & tamen, si sui natura filius familias  
esset in habilis, non tantum curatoris authori-  
tatis, ut ætatis suppleretur defectus, sed & pa-  
tris consensus, ut filij persona in habilis inte-  
gra efficeretur, necessaria esset. nam, ut ali-  
quando animaduerti, eo casu non curatoris  
constitutio requiritur ad tractandum ingre-  
diendumque iudicium, sed ad extrajudiciale  
bonorum administrationem, vt illa uerba os-  
tendunt, per quem gubernatio rerum ad eū  
delatarum procedat. is ergo textus presu-  
ponit delatam filio hereditatem iam esse  
adquisitam, absque iudiciali controuersa.  
quod si in iudicio agendum esset, necessarius  
esset Patris consensus, vt is textus, repeten-  
do, quæ paulò ante dicta fuere, uidetur presu-  
ponere ibi. His omnibus, quæ supra dixi-  
mus locum habentibus. Secundo etiam loco  
312 probatur hæc ipsa nostra sententia ex t. l. 1. §.  
vltimo. C. de anali exceptio. quo loci idem  
Iustinianus constituit, filiosam. non ualent  
agere sine patris consensu non posse obijci præ-  
scriptionis exceptionem, quare ex eo textu su-  
mitur illa communis regula, Non ualent  
agere prescriptionem non currere, ut cum ibi  
annotarunt omnes & las. consil. 118. col. ult.  
consil. 136. in fil. lib. 4. Deci. consil. 445. nu. 48.  
Craue. consil. 106. nu. 8. consil. 263. col. ult. Bal-  
bus Tract. prescrip. prima particula sextæ par-  
tis principalis vers. 22. casus, Rola. à Valle cō-  
sil. 79. nume. 18. lib. 1. Soc. Iun. consil. 17. nu. 6.  
7. lib. 2. qui late rem hæc declarant, Nec unus  
me mouet sensus & intellectus + Vbertini Za-  
cardi in l. 1. nu. 64. C. qui admitti, & forte au-  
te eum Abbatis in cap. 2. nu. 11. vers. Non ob-  
stat. l. 1. extra. de præscriptio. qui hac de re uer-  
ba faciens intelligit, ibi, filiumfamilias impe-  
diti

diri actionem mouere, quia per exceptionē  
ad aduersario repelli potest. non esse sine pa-  
cundum tenorem supplicationis, intelligi in petitorio non in possessorio, & hanc quoque sententiam probat Gomel. d. regula de non iudica. secundum supp. q. 5. quo loci multis relatis testatur sic Rotam seruare Rebuffus in commenta. Regiarum constituto. tomo. 3. tit. De causis possessorij Beneficiorum art. 1. glo. 1. nu. 9. 10. affirmat, quod ubi signatura non sufficit, illam posse produci, pendente dilacione, & post deinde producere Bullam ex Marfil. singul. 113. Dicitum testis &c. & quod praestata signatura peti potest dilatio ad habendam Bullam, quae solet concedi, Relata tamen declaratio non procedit, quando ipsi spoliato agenti iuris praesumptio aduersaretur, tunc enim necesse erit iustum & legitimum titulum plene probare, sic intelligit Craue. d. consil. 322. col. 2. uerfi. 2. confidero, ea ratione, quia is, qui contra se iuris praesumptionem habet dicitur in mala fide Alex. consil. 75. col. pen. uerfi. praeterea uidetur indubitanter. lib. 4. quem est secutus, etiam idem Craue. consil. 258. nu. 9. uerfi. & maxime. addo eiusdem sententiae Beroum in cap. in literis nu. 87. de restit. spolia. 104. de Selua. Tract. de Beneficio. 2. parte q. 25. nu. 2. uerfi. 2. praemissa, Capicium decisione. 6. nu. 5. Rebuff. in Praxi Benef. in titu. De Rescrip. ad Benef. uaca. nu. 22. 23. aliqua scribit Ripa. d. §. nihil commune nu. 77. multa adferri possunt exempla, illud tantum refero, cum duorum beneficiorum incompatibilium possessionem spoliatus intendit recuperare, illi enim iuris praesumptio aduersatur, quia incompatibilitas reddit titulum ad non titulum, ut extraneus execrabilis, sic Roman. consil. 499. col. 1. uerfi. 2. ad idem, Craue. d. consil. 58. nu. 9. uerfi. & similiter. Corset. Tract. fallen. ad regulam quod spoliatus restitua. ante omnia fall. 16. Jac. Nouellus in Praxi Crimin. titu. spoliatus de facto &c. incip. uulgaris regula est &c. nu. 16. uerfi. limita. 16. Rota in decis. nouis in titu. De restit. spolia. decis. 3. nu. 5. & in antiquis eo. tit. Decis. 15. Capella q. 464. Quod autem dictum est in possessione rei Beneficariae, idem dicendum uidetur in quasi possessione iurisdictionis, quae sine titulo haberi non potest sic Alci. responsio. 408. num. 7. sentit Natta consil. 289. num. 12. lib. 2. sed non amaduertunt Afflictum Neapolitanum uirtu diligentissimum in cap. 1. §. illud quoque nu. 14. 15. 16. De prohib. feud. aliena. per Frider. contrarium firmasse, decemque argumentis respondisse, quae Alcia. & Natta sententiam confirmare uidebantur, nec ignoro quia quae

466

467

468

469

470

in beneficialibus loquuntur in feudis procedere ut late tradit Decii. consil. 66. & pulchre ac late Gomel. super regula Canzell. De annali possessore in praesentatione, sed idem in regula De Triennali q. 4. esse uerum quando materia est proportionabilis, ut forte non est in casu nostro ex traditis ab Afflictio.

471

472

473

474

Quaro. 37. ant spoliato hoc remedio agenti in possessorio rei prophanae obijci possit dominij exceptio, hanc quaestionem ut notabilem, & in praxi quotidianam post Aegidii Bellame. que citat, mouet Soc. in d. l. re que nobis nu. 20. de adquiren. possess. & tandem una cum ipso Bellame. distinguit duos casus Primus est, quando obijciatur exceptio dominij ipsius agentis, qua dicimus consistere ipsi sic agentem dominum rei cuius possessionem petit non esse. hoc casu concludunt Bellame. & Soci. obijci non posse ea adducta ratione, quia proprietatis seu dominij causa, nec ab actor est probanda, nec de ea ante facta possessionis restitutionem disputandum idem respondit Castren. consil. 105. In quaestione, que speratur moueri in si. lib. 1. in antiquis, afferri solet capitulum hoc, reintegranda, qui uix probat, & melius confert capitulum ultimum. 3. q. 1. & capitulum oportet. 3. q. 2. dum reddit rationem, quia nec nudus, nec inermis uaket spoliatus aduersus spoliatorem resistere, quae ratio non prodeffet spoliato, si ei obijci posset dominij exceptio, rursus si spoliato agenti interdictio unde vi obijci non potest exceptio, tanto fortius non debet posse obijci in hoc remedio pinguiori, & utiliori. Sic uerbo sentit praecitato loco Castren.

475

476

477

478

Declaratur primo non procedere, cum in continenti super deducta dominij exceptione offeruntur probationes, sic Socin. d. l. rem que nobis nu. 20. uerfi. hanc tamen, qua de re latissime diximus supra in primo remedio. nu. 222. ac multis sequentibus. Declaratur secundo non procedere secundum Castren. d. consil. 105. in fi. quo ad deductionem & allegationem ipsius dominij, quam falsis spoliatus agens facere debet. Sic enim in libello deducere debet, quod cum esset, ut dicitur in possessione talis rei spoliatus fuit &c. quod dominium satis probatur (inquit Castren.) probata antiquiori possessione, & inquit sic probare. l. ult. C. unde vi, quod minime uerum arbitror, cum ibi non sit actor, qui allegat causam dominij, sed ipse spoliator conuentus, qui ut excuset praesumpta mala fide, quod rem uacantem & sibi non spectantem occupauerit, allegat longissimum temporis praescriptionem, quare cum actor possessionem recuperet non habet necesse al legare dominium, sed tantum se possessorem antiquiorem spoliatum hodie reperiri nec ad rem facit text. capituli reintegrandi ibi, possessiones uel res. Cum uerbum rei eo loci, non ostendat dominium, sed possessionem rei mobilis & immobilis minus confert text. l. si quis emptio. C. de praescrip. 30. uel. 40. anno. cum ne uerbum, quidem de dominio faciat. Quamobrem uerum arbitror aduersus Castren. necessum minime fore actori dominij causam allegare, quod ea ratione uerum apparet, quia hoc modo Prædo ante omnia non restitueretur contra capitulum in literis de restit. spolia. nec enim in eo possessionis antiquioris probatio ad dominium concluderet, rursus hoc casu inquit Castren. probari dominium, quod est factum, non est ergo, quod Pauli Castrensis consultationem sequamur, quia & si summò acroque ingenio praeditus fuerit, ita, ut bonus uerba iure dicitur sit alaf. in. l. eum qui ita. §. qui sibi de uerb. ob. & ob id summam Mineruae arcem in consulendo tenuit ut dixit Barb. consil. 10. col. 5. lib. 4. fuit que maxime auctoritatis, secundum Decii. consil. 212. attamen facillimis namis promptissimè erat in reddendis responsis, ut scripsit Alex. l. que dotis col. 4. fol. ma. & retulit Neuiz. lib. 5. syluae nu. 27.

Declaratur tertio secundum Rubeum Alex. consil. 4. nu. 12. non procedere in hac Patria Pedemontium, in qua cum in omnibus causis procedatur sola facti ueritate inspecta, obijci poterit dominij exceptio, & huius sententiae auctorem citat Decisio. in consil. 449. nu. 20. idem censuit quod Rubeus, Crauetta. consil. 299. col. pen. uerfi. 4. respondeo. Verum dubia est admodum, & contrarium quotidie seruatur & si enim in causis procedendum est summarie, intelligitur distinctis causis & ita in singulis, non autem conceditur cumlatio contra omnem legis dispositionem, quin imò uidemus e contra quod est fortius factio-num cumulationem alias permittam, prohiberi, cum in causis proceditur summarie & si ne figura iudicii, sic Bal. in. l. nec quidquam §. de plano. de off. proconf. Aretin. in. l. 1. §. si quis simpl. de uerb. obli. & declarat Purpur. in. l. edita nu. 200. C. de Edendo, erit tamen cogitandum quia maxima est auctoritas reletorum interpretum, quorum sententia si uero est necesse est restingere decretum illud de restit. spolia. ad folam illam notoriam spoliacionem, alias ex dimetro aduersus illo-

rum

rum sententiam pugnaret.

- 479 Secundus est casus, quando t ipsemet spoliator reus conuentus, una cum possessione, cui inhiit, dominij causam allegat, & tunc licere hanc dominij exceptionem obijcere, affirmantur Bellame. & Soc. præcitatis in locis: nec dissentit Deci. consil. 19. l. nu. 19. uerfic. 9. etiam & consil. 517. nu. 8. & Ripa in cap. sepe nu. 50. de restit. spolia. quod intelligo de dominio antiquo ante adeptam possessionem, per ea que supra declarauimus. horum sententiam ea ratione probauit semper, quia iam supra. q. 13. affirmari cessare hoc remedium contra possidentem titulo & bona fide, qui causam habuit à bona fidei auctore: quanto fortius in casu nostro, ubi adest dominium antiquum & possessio sine uitio, aliàs secus ubi possessio esset uitiosa, sic horum sententiam defendi iure potest, nam eorum argumenta facili negotio diluuntur, ut illud quo utuntur Aegidius & Socin. quod reus allegando possessionem de presenti una cum dominio allegare fortius ius illo agentis, ideoque illi præferri, argumento t. l. 3. C. de Edicto Diui Adr. tolléd. & l. bona fides. ff. de pos. sic enim dilui hoc potest. d. l. 3. in possessorio adipiscédæ intelligi, ut ibi declarat Dec. num. 19. nec habet dubitationem, & illud possessorem non tanto priuilegio, quo recuperandæ frui tur, dominij enim exceptio regulariter, eo in casu obijcitur, quod non contingit in recuperare, is uerò tex. l. bona fides, contrariù potius probat, quia si iuris rigorem spectamus, q. in deposito solet spectari, nõ domino, sed prædono deponenti, & possessori sit restitutio. ut iam aliàs admonui supra in primo remedio. q. 11. Secundo aut loco dicebat Bella. & Soc. ex eo cõuentum fortius ius habere, quia si caderet à possessione, rem posset uendicare, uel possessione recuperare, quod in actore non contingit, sed responsionem hanc habet, quod etiam quoad dominium fortius ius habeat, non tamè quoad possessionem, quia antiquior præferitur, nec hic cadit disputatio dominij, sed possessionis tantum, est tamen uera hæc sententia relata ratione. Quamobrem malè Innoc. & Butrius à Ripa & Socin. relati contrariam tuentur opinionem, citant enim textum. l. si coloni. C. de agricol. & cens. lib. 11. qui tamen loquitur in possessore uitioso, ut animaduerti Soci. d. l. rem que nobis num. 20. uerfic. sed in contrarium, & suo loco supra late diximus, qua responsione potest dilui illud Ripa in d. ca. sepe nu. 51. dum citat cap. placuit. 13. q. 6. ut idemmet Rui. ani

mauertit.

481 Declaratur primo non procedere t secundũ Socinum cum spoliatus agens allegat possessionem conuenti respectu suæ esse clandestinam iuxta doctrinam Bartol. in l. si de eo §. vltimo in fin. de adquirenda possessione, ali qua in oppositum adfert Soci. ac respondet, ipse autem dubiam hanc existimo declarationem, ex ijs, quæ supra diximus. q. 24. in prima limitatione.

482 Declaratur secundo Socinus non procedere, t cum conuentus possessor est uitiosus, qui & si rei propriæ possessor sit, non tamen potest impedire remedium hoc reintegrandæ sic intelligit Soci. d. l. si coloni: hanc declarationem satis probat capitulum ultimum in fine. 3. q. 1. ibi, si autem uerus dominus bello non continuato &c. Ripa tamen in cap. sepe num. 50. de restitutione spoliatorum dum loqueretur in terminis illius capituli. aliter sentit, sed leui fundamento, perpendit enim uerba illius t cap. sepe, ibi, inuadere alienam, ergo secus erit si inuadet propriam: nam hæc argumentatio est a sensu contrario, quæ non admittitur cum illi cap. ultim. 3. q. 1. aduerletur, quinimo dum is tex. cap. sepe appellat alienum non ratione dominij sed possessionis intelligit, alia suo loco dicemus.

485 Quæro. 38. an t reus conuentus hoc reintegrandæ remedio possit alterum in iudicio nominare, cuius se nomine possidere dicat, & iam certum est ex crebriori ac ueriori sententia, ita in iudicio possessorio, t ut in petitorio, licere conuento in iudicium nominare illum, cuius nomine possidet, sic glo. in l. 1. §. si ff. de tabul. exhib. Bart. l. 2. num. 11. C. ubi in rem actio. Marian. Soc. Sen. in cap. quoniam frequenter. §. quod si super colum. 10. uerfic. septimo quæro utrum, ut lite non contestata post Butr. & Abba. ibi num. 50. idem censuit Soc. Sen. in d. l. rem que nobis num. 21. de adquirenda possessione, sic in consilio Neapolitano dicitur testatur Afflic. Decisione. 217. & licet alij nonnulli aliter sentiant, quorum rationibus & fundamentis Soc. & ceteri rectè satis respondent. In hoc ergo reintegrandæ remedio huc nominationis locus erit, sic duo Soc. relati & Afflicus affirmantur: ea adducuntur ratione, quia & si possessorem hoc iudicium maius ceteris habeat priuilegium; nullum tamen est, quoad hunc casum, cum is conuentus, nec spoliator, nec possessor sit, sic docuit Abbas. d. cap. quoniam frequenter §. quod si super num. 53. & ideo t statutum Papiense in ciuilibus sub Rub. Quod nominis domi-

dominum in iudicio non &c. cum loquatur de detentore & possessore, intelligitur & in hoc casu, cum eadè subicit ratio, & præsertim cum illud statutum non corrigat, sed idem quod ius cõmune disponat, ut ex aliquibus infra palam fiet.

487 Declaratur primo non procedere, t cum is conuentus est cum uitio & pro possessore habetur, ut si ipse spoliasset, uel ab altero spoliationem factam ratam habuisset, tunc enim nõ admittitur, cum per fraudem nominare uideatur, sic declarat Socini, & Afflicus præcitatis in locis. sic intelligo Abbatis doctrinam in cap. sepe nu. 19. & Ripa ibidem nu. 52. de restit. spolia. quod intelligitur quoad in cõmodum conuenti, non quoad alium uerum possessorem absentem cuius nomine res possidetur cui nullum inferri potest præiudicium, non eximit ergo nominatio reum a iudicio ratione iuris apud eum existentis. & si absentem t non lædat. sic relati omnes, nec dissentit Bar. in. l. 2. nu. 17. C. ubi in rem actio, Soc. Sen. consil. 8. col. 10. uerfic. cum ergo lib. 1. Afflic. Decif. 126. in fin. quare t statutum Papiense iam relatum, dum non concedit certis casibus nominationem ipsi nominato, non censetur ex eo absentem illatum præiudicium, quod est maxime utile in eo præsertim casu, cum is nominatus, uel est clericus, uel alter, qui sub iudice nominantis conueniri nõ potest. & si enim ij compareant, respondeant, que se esse paratos iudicij subire coram suis competentibus iudicibus, suaq; non admittatur responsio, sic refragante statuto, nihilo minus nullum sibi adferri dicitur præiudicium, si contra nominantem procedatur. illa considerari potest ratio, quia conceditur nominatio ad nominantis commodum, is ergo curet nominatum esse in iudicio, qui si esse uoluerit, uel adfuerit sed minus legitime, non proderit nominatio nominanti, nõ tamen nominato oberit, ne scilicet nominatus inuitus fori priuilegium amittere cogatur.

488 Tit Bar. in. l. 2. nu. 17. C. ubi in rem actio, Soc. Sen. consil. 8. col. 10. uerfic. cum ergo lib. 1. Afflic. Decif. 126. in fin. quare t statutum Papiense iam relatum, dum non concedit certis casibus nominationem ipsi nominato, non censetur ex eo absentem illatum præiudicium, quod est maxime utile in eo præsertim casu, cum is nominatus, uel est clericus, uel alter, qui sub iudice nominantis conueniri nõ potest. & si enim ij compareant, respondeant, que se esse paratos iudicij subire coram suis competentibus iudicibus, suaq; non admittatur responsio, sic refragante statuto, nihilo minus nullum sibi adferri dicitur præiudicium, si contra nominantem procedatur. illa considerari potest ratio, quia conceditur nominatio ad nominantis commodum, is ergo curet nominatum esse in iudicio, qui si esse uoluerit, uel adfuerit sed minus legitime, non proderit nominatio nominanti, nõ tamen nominato oberit, ne scilicet nominatus inuitus fori priuilegium amittere cogatur.

490 Declaratur secundo non procedere t quãdo is conuentus iam respondiisset se possidere. deinde in litis progressu uerum possessorem nominare uellet, non enim conceditur tunc, quia litem, cui se obtulit, defendere debet iuxta. l. qui se obtulit de peticio. hered. in. l. is qui se obtulit de rei uend. sic in consilio Neapolitano decifum fuisse testatur Afflic. d. Decif. 126. qui refert conuentum fuisse condemnatum in expensis, & declaratum ex ea lite, nullum fuisse domino, & possessori illatum censi detrimentum, alia quoq; ad-

491 ferri potest ratio, quia hæc t exceptio dicitur declinatoria: quare ante litem contestatam est proponenda, late declarat Maria. Soc. Sed. cap. quoniam frequenter. §. quod si super. col. 11. uerfic. septimo principaliter, quod est declaratum t Papiæ ex relato statuto, ex illis claris uerbis, & dicta nominatio fiat ante litem contestatam uel habitam pro contestata, t & aliter non ualeat, quæ uerba annullatiua sunt, & dicta uerba important Dec. consil. 528. num. 11. post Bar. in. l. de his. ff. de transf. & alibi sepe.

494 Declaratur tertio non procedere t quando conici posset, nominationem per calumniam, & malitiam fieri, & ad euitandum iudicij potius quã aliter ut si conuentus nobilem uel Principem nominaret, qui nõ difficilis modo conuentionis, sed etiam uix alloqui possunt, reicitur enim hoc casu nominatio, quod clarissimè ex illo Papiensi statuto est declaratum, dum exigit iuramentum, nominationem non fieri per malitiam, si tamè erit suspicio, eam nominationem facile iuratum cogi, poterit probare nominatum esse uerum possessorem, sic in casu declarationis nostræ censuit Bal. in. l. 2. col. 3. uerfic. quæritur nõquid. C. ubi in rem actio, ea ratione quia possessor nõ alieno nomine, sed proprio possidere præsumitur. l. Titia. ff. sol. matr. In no. in cap. cũ olim. de priuileg. & hic nominans dicitur excipere, luã ergo probare debet exceptionem. l. in exceptionibus. ff. de excep. quare si contingeret casus, ubi nominans ad iurandum nõ admitteretur ob suæ personæ defectum, ut quia peierare cõsueuerit, uel alia ratione, non tñ erit prohibendus, quin alijs probationibus probare is possit, se alieno nomine possidere, & si nõ ignorè Bar. in. l. 2. nu. 15. C. ubi in re actio. & Soc. in. d. §. quod si super col. 12. uerfic. 8. principali articulo, alia in oppositum adferre uideantur, quæ facili negotio diluuntur, illud nõ prætermittat, quod docuit Alber. in. d. l. 2. C. ubi in rem actio. & probat Soc. qui supra dicto nominante esse standum suo nomine nominantem possidere, uel nõ possidere, quæ sola negatio sufficit, ut is nominans de mendacio contumatur, quam sane Alber. docet. ipse intelligo dum modo is nominatus, iureiurando suam firmè responsionem, nam & sit statuto sit cautum standum esse dicto & assertioni alicuius, attamen intelligitur, dum modo is suam illam assertionem iuramento comprobet, sic Bar. in. l. Theopompus nu. 7. ff. de dote prælega. l. af. in. l. ius iurandis, quod ex conuentione in prin. nu. 6. de iureiura. & n n consil.

confil.147.col.pen.conf.200.col.pen.lib.2. Rui.conf.21.n.1.lib.2.Craue.tract.de antiq. tempo.6. particula prima partis prin.nu. 47. Didacus Couarr.lib.2.varia.resolu.cap.13.n. 3.Plorus in.l.si quando nu.748.C. unde uis q sanè utile est in illius statuti interpretatione.

499 Quaro 39, an hoc reintegranda remedio cõuentus obijcere possit exceptione retentionis ratione impensarum & melioramentorum, in re factorum: & non posse respondit ex factio interrogatus Neuiza.conf.78.in fi. suffultus autoritate Alex.conf.154. nu. 4. lib. 6. & Cur.lun.conf.165. qui illud solum affirmasse videntur, malefidei possessorem melioramentorum causa nihil consequi posse, quod uno verbo attingi in x. remedio supra.q. 1. quo tamen res clarior nunc fiat, cum utilissima sit hæc melioramentorum tractatio, aliquos casus distinguemus.

500 Primus ergo est, cum iste cõuentus est possessor cum titulo & bonafide & agitur de melioramentis necessariis, ut sunt vetera ædificia reficere, aggeres facere, flumina auertere, uites in locum demortuarum substituere, & similia, quæ enumerantur in.l.1.& 2. & l. impense necessariae. ff. de impens. in reb. dotal. factis vbi Bar. idè in.l. pecunie in fi. ff. de ali. & cib. lega. tex. in.l. impense in prin. ubi Alcia. & Brecht. Turone. de verbo. fig. Petrus Lorioius in l. fructus col. 4. de reg. iur. ij quamplura de necessariis impensis, quibus res melior redditur,

501 adferunt exempla. has ergo impensas & meliorationes consequitur hic possessor, sibi qui per solucã sunt, probat. tex. l. qua ratione in prin. ff. de acquir. rerum dom. in. §. sed certe illud. Inst. de rerum diuis. & affirmant relati interpretes, & late Tiraq. de retractu conuen. §. 7. glo. 1. nu. 2. & nu. 4. Molina. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. i. glo. 5. nu. 75. quod intelligunt omnes in melioramentis, quæ sunt ad perpetuam rei utilitatem, non si colligendorum fructuum causa, de his enim agemus statim, addo nunc Bar. in.l. in fundo. n. 6. ff. de rei ued. & Boe. q. 44. nu. 7.

502 Extenditur primo procedere in eo, qui titulum ut non iure directi dominij, sed utilis consecutus est, ut in Emphyteota & uasallo, nam & emphyteota (ut de eo agamus prius) has meliorationes emphyteosis finita ducit, sic probat. tex. l. colonus in prin. ff. locati, & uno ore affirmant interpretes in.l. senatus. §. Marcellus de leg. 1. in.l. 2. ubi Ias. nu. 27. C. de iure emph. in authen. qui rem in fi. C. de sacros. eccles. Dec. conf. 439. & conf. 518. Ias. conf. 185. col. 1. lib. 2. Moling. d. glo. 5. nu. 7; qui de inde

503 declarat quando temptheoteosis est finita ob eõmissum delictum ab emphyteota: addo Barb. conf. 63. col. pen. lib. 1. Rui. conf. 24. nu. 10. lib. 1. Tiraq. tract. de retractu conuentio. §. 7. glo. 1. nu. 6. nisi meliorationes excedant rationes, & quas non tenebatur facere ex lege & natura contractus, sic Molina. d. glo. 5. nu. 77. uel

504 si pacto esset conuētum, ut extincta emphyteosis tempore alia ut causa, liberè domino relinquerentur, sic Bal. in.l. iubemus. §. sanè. C. de sacros. eccles. Ias. d. l. 2. nu. 28. C. de iure emphyteo. Paris. conf. 13. nu. 55. lib. 1. & conf. 28. nu. 1. lib. 3. Rola. a Valle conf. 28. nu. 15. 16. C. stren. conf. 268. uiso supra scripto. col. pen. lib. 2. in nouis idem dicit de colonio, qui leui pensionem conduxit, in feudatario seu uasallo, idem censent omnes ex claro tex. ca. 1. §. si uasallus, in tit. licet finit lex. deinde in cap. cõsuetud. reg. ubi Bal. Alua. Iser. & Afflic. Molinæ. qui supra & Ias. d. l. 2. num. 28. vers. quid autem sit C. de iure emphyteo. Paris. conf. 2. nu. 51. conf. 4. nu. 40. lib. 1. & in conf. 28. nu. 4. conf. 55. nu. 23. lib. 3. conf. 28. nu. 4. conf. 55. num. 23. lib. 3. Cur. lun. confil. 165. col. 1. Rui. conf. 14. col. conf. 24. nu. 10. lib. 1. & quomodo hæc sint restimanda & quãdo, in his terminis Iulius Clarus lib. 4. sententia. iuris. §. feudum. q. 88. & tãt furet etiam ad feminas, quæ non succedunt regulariter in feudo respõdit Rola. a Valle col. 28. nu. 30. 32. lib. 1.

505 Extenditur secundo procedere, et etiam in eo, qui scit rem esse restitutioni ex causa fideicommissi suppositam, is enim necessaria hæc meliorameta dedit, sic clarè affirmat Bel lo. conf. 65. nu. 12. & Molina. d. glo. 5. nu. 75. adductus generali fundamento supra relato, & ea ratio, quia non patitur æquitas, naturalisue ratio, aliquem cum alterius iactura locupletari, quam sanè sententiam aduersus ceteros omnes unã cum Molineo probo, eãque ratione confirmo, quia si prædo & malefidei possessor has meliorationes dedit. l. plane, de petitio. hered. l. domum. C. de rei uend. & infra dicemus: quanto fortius hic dominus, qui scit rem quandoq; esse alteri restituendã, immo in hac de re est clarus tex. in.l. domos, vbi omnes de leg. 1. & ideo glo. sing. in.l. emptor in uerbo superfluum in fi. de rei uend. negat fructus interim perceptos compensari, quã glo. singularè dicunt omnes ut Franè. Crem. sing. 105. latè Tiraq. de retractu conuen. §. 7. glo. 1. nu. 4. & in.l. si unquam in uerbo Reuertatur nu. 289. C. de reuo. dona. Boe. q. 44. nu. 19. Cur. lun. conf. 6. in fi. Rola. a Valle conf. 28. nu. 17. lib. 1. Rui. conf. 165. in fi. lib. 4. nec aduer

sant

508 satur tex. t. l. ult. §. emptor. C. cõmunia de fideico. quia ut rectè animaduertit Molinæ. d. glo. 5. nu. 76. loquitur quoad venditorem & emptorem, ut emptor non possit a uenditore illa consequi, non negat tamen quin cõsequi possit ab eo cui restituta res est, alioquin, cum iactura aliena (ut iam diximus) locupleta retur, si autem is emptor ignoraret rem restitutioni suppositam etiam contra ipsum uenditorem, dederit melioramenta, quãdoquidem is. §. emptor. in ea emptoris scientia sese firmat, quare scientiam ipsam probauit uenditor, ut eo loci Aduocatos instruit Ang. quæ secuti sunt ceteri, ut refert Dec. conf. 236. n. 7

509 Extenditur tertio procedere in melioramentis non ab ipso possessore, sed ab amico, possessoris contemplatione factis, nam & illos dedit sic Molinæ. d. glo. 5. nu. 87. vers. amplio quarto, ex tex. l. idem q; in fi. & l. seq. ff. mand. l. sed & si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. è quibus illa sumitur communis iuris regula à me factum dici, quod mei cõtemplatione ab amico est factum, & plura ibi scribunt Alex. & Ias. alia apud Zasium lib. 2. sing. intellectuũ cap. 9. & Rola. a Valle conf. 10. nu. 9. 10. lib. 1.

510 Extenditur quarto etiam si impense ipse seu melioramenta necessaria perierint. l. sed an ulro. §. 1. ff. de nego. gestis. l. si necessarias, de pigno. actio. latè Tiraq. quem statim citabimus nu. 10. quæ uentura à fortiori uera est si quam subitio vera est extensio.

511 Extenditur quinto etiam sit res perempta, sit in qua facte sunt meliorationes, nam & tunc illa consequi poterit, sic declarat Bar. in.l. in fundo. nu. 6. in fi. de rei uend. & aliqua scribit Tiraq. de retractu conuentio. §. 7. glo. 1. nu. 10 in fi. probant relata iura in præcedenti extensione, & tex. l. qui exceptionem em. §. si pars. ff. de condic. in deb. & si Bar. distinguat inter actio nem rei uendicionis & petitionis hereditatis, ut uno casu concedatur actio, altero uero sola reticõ, sed absolute detrahi censuerunt interpretes in.l. Domos. ibi Alex. nu. 1. & Ias. deleg. 1. adducti omnes ex eo textu, & ex l. & in totum. ff. de impens. in rebus dota. factis, et Rui. conf. 14. nu. 3. lib. 1. conf. 117. col. 1. lib. 3. Boe. q. 44. quos est secutus, Rola. a Valle conf. 28. nu. 18. vers. quo uero lib. 1. hic tamen casus in melioramentorum astimatione a ceteris differre uideatur, ut relati interpretes affirmat, & infra suo loco dicemus, intelligo tñ nisi res culpa possessoris perierit. l. siue hereditaria. ff. de nego. gestis, nunc nihil cõsequitur, possessor. Extenditur sexto etiã in eo, qui minoris fundum possidet. l. intra utile. §. ultimo de mino.

Cur. lun. conf. 6. in fi. Tiraquel. de retractu, cõ uentio. §. 7. glo. 1. nu. 7.

512 Declaratur primo hic casus non habere locum in his melioramentis & expensis necessariis, quæ sunt causa colligendorum fructuũ, nõ enim hæc deducit, sic probat. tex. l. diuortio. §. impendia. ff. solu. matr. l. 3. in fi. ff. de impens. in rebus dota. facti omnes in.l. impense de uerbo. fig. ibi Alcia. & Brecht. Turone. nu. 3 Lorio. in.l. fructus de reg. Iur. in uerbo necessarise, una enim cum fructibus imputantur, quod intelligo cum fructus percipit, secus si nullos adhuc ex.l. quod si sumptus de petitio hered. & infra alia adferemus. q. seq.

514 Secundus est casus in malefidei possessore an & is deducat melioramenta necessaria, & deducere probat. l. domum in fi. ubi omnes C. de rei uend. Alcia. in.l. impensa. nu. 3. nec est distinguendum, an sint facta melioramenta in faciendo, uel in rescicendo, semper enim deducit, seu illorum astimationem consequitur, sic Bar. in.l. in fundo n. 11. de rei uend. ubi satis probabilem reddit rationem, nec ab hac sententia dissentiunt ceteri, ut Lorio. d. l. fructus & Eguina. Baro in. §. ex diuortio Inst. de rerum diuis. quam obrem clarè à fortiori intelligimus possessorem bonæ fidei sine titulo, uel contra malefidei possessorem cum titulo, hæc melioramenta deducere, nec aduersus

515 tex. t. l. i. C. de infan. expos. quem male in telligunt glo. Bal. & Saly. loqui in fure, textũ, uerò. l. domum, loqui in solo malefidei possessore, quod absurdum uidetur, cum nulla sit differentia an quis iniuste aliena inuadat, uel detineat cap. 1. æpe in fi. de restitu. spolia. quini mo. is tex. l. domum, clarè loquitur in eo, qui per iniuriam occupauit, quare Saly. in. d. l. domum col. 4. vers. oppo. 2. intelligit. d. l. i. C. de infan. expos. loqui de expensis factis ratione alimentorum, quæ & si necessarise dicantur. l. pen. versic. omnia enim hæc. ff. de impens. in rebus do. factis, non tamen repetuntur, uerũ non afferit Saly. diuersitatis rationem, ipse autem non multum a Bartoli, sententia & aliorum recedens, intelligerem casum. l. domũ à casu. l. i. C. de infan. expos. & l. ex argẽto. ff. de cond. fur. quæ cõcordant, ex eo differre, quod

516 t. l. domũ, loquatur in occupatore sine ut rei immobilis, cuius delictum minus est, quã, delictum furis occupantis mobilia, nõ quo fure loquitur. d. l. ex argẽto, & d. l. i. delicti maioris ex pccõ impositione cõmensuratur nam occupator, cum uim non cõsisit, rem tantum restituit, cum tamen fur, uel ad duplum, uel quadruplum tenetur. §. manifesti.

n n ij Inst.

v. l. q. 1. n. 28 p. 3

Inst. de actio. nec enim potest occupator rem ita contrahere, ut fur. erit tamen cogitandū, & ad cap. saepe in fi. responderi potest intelligi, ut verba sonant in interiori foro, quoad animæ periculum, non in exteriori, ex penis a lege civili indictis.

517 Tertius est casus in possessore bonæ fidei & cum titulo, quoad impensas seu meliorationes utiles, quas, ut vno verbo concludit Bart. in d. l. in fundo. num. 7. de rei uenditione, hic possessor deducit, cum per diuersam materiam factæ sunt, ut cū domus ædificatur in fundo, vel quid simile, quod per plumbationem fieri dicitur, & est plumbare congruare unum alteri ex diuersa re. l. in rem. §. item quæcunque de rei uenditione, & apud Plinium sepe legitur in hac significatione verbum hoc, ut li. 10. cap. 33. sic probat. d. l. in fundo de rei uenditione, & l. domum. C. de rei uenditione, sumpto argumento a sensu contrario, in l. vtilium. ff. de impens. in reb. do. factis, quam flatim declarabimus, cum Bart. trāseunt omnes, ibi & idem censuit Lori. in d. l. fructus col. 6. vers. Impensæ utiles, de reg. iur. Bell. conf. 64. nu. 13. Boc. q. 44. nu. 7.

519 Extenditur Primo procedere etiam in impensis, seu melioramentis vtilibus factis causa colligendorum fructuum, cum fructus aliter non sunt collecti, ex l. prator. §. & ipsi itaque. ff. de bonis autho. iud. possid. l. quod si sumptus. ff. de petito. hered. alias enim si fructus percepit, cum illis sit compensatio. l. si a domino. §. vlt. ff. de petito. hered. Lorio. qui supra Zasius. l. diuortio. ff. impendia. nu. 7. ff. soluto matrimonio.

520 Extenditur secundo etiam si res in meliorata precepta sit. sic Bart. d. l. in fundo num. 8. Tiraquellus de retractu conuentio. §. 7. glo. 1. num. 10. in fin. quod intelligunt absolute verum in petitione hereditatis ex l. plane. ff. de petito. hered. in rei uenditione vero non

521 ex l. utiq. ff. de rei uenditione, quod minime uerū arbitror an rei uenditione, cū sit text. l. utiq. loquatur ratione moræ commisse ex lege immediate præcedenti, quæ mora si cessat, illas expensas deducit possessor, quare quod dicitur sententiam ibi ferri, intelligitur, ut cognoscatur, an præcedente mora precepta sit res uel non: nam si mora præcederet iniquum esset, ut rei dominus, non modo re ipsa carendebeat, uerum ut etiam impensas persoluat quam declarationem sensu clarè text. l. sine hereditaria. ff. de negotijs gestis & si text. in impensis necessarijs loquatur, (ut iam admodum, nui.) & quod de re ipsa dictum est, idem est

dicendum de ipsismet impensis, ex his quas supra retulimus.

523 Extenditur tertio in eo qui tunc cum titulo, & bonæ fidei fundum minoris possidet. l. intra §. ultimo ubi glo. de mino. & supra retulimus paulò ante num. 513.

524 Declaratur primo non procedere, quando rei dominus ita pauper esset, ut ipsas impensas illas minime persoluere posset, sic Bart. d. l. in fundo. num. 8. in fine de rei uenditione, ex illo textu, ibi, si sine pauperem, in l. si in l. sed an ultro. §. 1. de negotijs gestis in l. si feruos. ff. de pigno. actio. l. utilium in fin. de impensis in rebus dotalibus factis, nec enim dicitur cogitatus, ut tatum impenderetur sic egregiè Bald. consil. 372. casus, ut in suum lib. 3. Crauet. consil. 3. num. 19. & alia plura retulit Tiraquellus de retractu conuentio. d. §. 7. glo. 1. num. 5. eiusdem sententia addo Lorio tum d. l. fructus col. 6. vers. Impensæ utiles. Ne tamen is dominus uerus, cum huius possessoris iactura locupletetur & retetione, seu detractio. d. melioramentorum uti poterit. d. l. in fundo vers. si sine pauperem, Lorio tum d. l. fructus col. 6. vers. Impensæ utiles, ali qua in hanc sententiam scripsit Zasius. in l. diuortio. §. impendia. num. 6. 9. Solutio matrimonio.

525 Declaratur secundo non procedere & secundum Bartolum in d. l. in fundo num. 8. vers. quando q; in melioramentis ex eadem materia factis, hoc, est inquit ille, per ferruminationem, est enim in ferruminatione congruare unum alteri ex eadem materia. l. quidquid de acquirenda rerum dominium, & ex ferruminatione consilio fit. l. in rem actio. §. ite cunque. ff. de rei uenditione, & huius uerbis ferrumino frequè est usus apud Plinium ut in lib. 27. cap. 4. lib. 35. cap. 15. & lib. 36. cap. 28. & idem cum Bartolo sensit Castren. conf. 268. Vilo supra scripto puncto colu. 3. vers. si uero meliorame. li. 2. in nouis: exemplum adfert Bar. cum fundo plantatur arbor, quæ radices egit, vel cum pueri ingenium, uel doctrina, uel aliquo exercitio est excultum, hoc ergo casu inquit Bart. nulla est melioramentorum, seu impensarum detractio ex l. si postquam fundi possessor de rei uenditione, qui tamen text. uerius in malæ fidei possessore, ut ibi animaduertit glo. intelligi potest, ut etiam satis ostendunt præcedentia iura, nam bonæ fidei possessor, generaliter omnem impensam detrahit. l. prator. §. generaliter de bonis auth. iud. possid. & clarè probat fortiori text. in l. quod si sumptus. ff. de petito. hered.

hered. qui de agro culto, stercoreato, vel confitis adaptatisq; uincis intelligi potest, quæ omnia colligendorum fructuum causa sunt, sic Maritus, qui bonæ fidei est, cum uoluntate mulieris utiles fecit impensas, illas deducit.

528 Nec refragatur t. text. l. sine autem. §. vltimo. ff. de rei uend. quem Bart. d. l. in fundo num. 8. intelligit, ut differentiam constituat inter has impensas, quæ ex re deduci non possunt, ut cum seruus didicit impensis possessoris exercitium, & illas impensas, quæ ex re possunt detrahi, quia concedo esse differentiam in deductione faciendâ, nam hæc ex re deduci non possunt, quia inseparabilia sunt, non tamen illa in totum is possessor amittit, quia consequitur æstimationem, si illam ante restitutionem petat. l. aut si ante. ff. de rei uenditione, quæ continuatiuè ponitur ad. d. l. si uentem. §. vltimo. Rursus nostra hæc aduersus Bartolum sententia, satis probatur in l. 1. C. de infan. expof. & in l. ex argento. ff. comodatibus ubi harum impensarum utilium æstimationem is possessor consequitur, nisi furto seruum illum is subtraxerit, immò a fortiori in solo detentatore procedit nostra hæc sententia ut in colono, qui inscio domino uineas plantauit, est sing. tex. in l. colonus in prin. ff. locati, quem singularè appellat in hac re Tiraquel. de retractu conuentio. §. 7. glo. 1. nu. 16.

529 Quartus est casus in hoc possessore bonæ fidei & cum titulo, quoad meliorationes seu impensas uoluptarias, quas is non per modum æstimationis, per abrasionem tantum deducit sic probat. l. in fundo. §. censuimus de rei uenditione, ibi Bartol. num. 10. text. in l. pro uoluptarijs. ff. de impens. in reb. do. factis, quam sententiam affirmant omnes Lorio tum in d. l. fructus col. 7. vers. uoluptariæ Alcía. d. l. impensæ num. 9. de uerborum significatione, probat. l. 3. §. proinde. ff. de in rem uerso Sylua. conf. 49. nu. 73. in fi. lib. 1.

530 Declaratur Primo non procedere, cum dominus offert illarum impensarum æstimationem & solutionem, sic probant. d. l. in fundo §. censuimus & d. l. pro uoluptarijs, tunc enim possessori non conceditur abrasio, sed confes qui illam æstimationem debet: est enim homini malitijs obstitendum, qui abradendo tollendo uè has meliorationes nullum sibi commodum, sed maximū detrimentum domino adferunt, sic omnes affirmat ibi Bal. in fi. qui intelligit de utilibus, ut tradit & Marfil. ling. 490. ut non possit tollere etiam si esset ita conuentum.

531 Declaratur secundo non procedere, quando rei dominus has impensas aliàs fuisset facturus, tunc eo etiam inuito soluenda est possessori æstimatione. d. l. in fundo, nam sua uoluntate quodammodo factæ dicuntur. quare ut utiles habentur, soluique æstimatione debet. l. 3. §. proinde. ff. de in rem uerso Bartolus. d. nu. mero. 10.

532 Declaratur tertio non procedere, quando hæc impensa fit in re promericali, hoc est quæ uendere destinauit dominus: tunc enim hæc impensæ utiles censentur, & ob id earum æstimationem soluit dominus. d. l. in fundo in fi. de rei uenditione & ibi Bartol. num. 10. & text. in l. quod si ex. ff. de impens. in reb. do. factis, quæ de rebus promericalibus meminit & intelligit Alcía post Baptistam Pium lib. 1. prætermisso. in uerbo promericalis, esse res quas præter usum venales habet paterfamilias quod Budaë ante eos placuit in annotatio. Pandect. sic apud Gellium legimus li. 4. no. C. Attic. cap. 1. in fi. Ex ijs autem quæ promericalia & usuarua in locis iisdem essent, ea sola penoris putat, quæ sint usui annuo. & Sueton. in Julio Cæsare cap. 54. Ternique millibus nummum in libras promercale per Italiam prouinciasque diuenderet, quam sententiam & Corlio Rodig. placuisse aliquando obseruauimus libro. 28. lectio. Antiquarum capitulo. 20. in fine.

533 Declaratur quarto non procedere in impensis his uoluptarijs factis in re dotali, quæ abradi non possunt sine maximo rei dotalis incommodo, & cum modica utilitate detraherentis, nam & si consenserit ipsa mulier, non tamen, nec abradere potest illa possessor, nec æstimationem consequi, sic intelligo textum l. pro uoluptarijs, cum. l. in uoluptarijs. ff. de impens. in reb. do. factis, & textum l. vnica. §. quod si uoluptariæ. C. de rei ux. actio. rationem illam esse arbitror, quia nullus in hoc dicitur esse mulieris consensus, cum imperita sit simplex & ignara in auth. de incestibus nup. in prin. & plura apud Tiraquellum de legibus conubial. lege. 9. nume. 40. Grammaticam Decisione 76. num. 10. Neuzianum lib. 1. Syl. nup. num. 9. & alibi saepe.

534 Declaratur quinto in rebus minoris. l. si sine. §. interposito de administratione tutorum, ubi sic distinguitur ut supra in muliere, probat text. in cap. 1. de in integrum restitutione Cur. lun. conf. 6. in fi.

535 Qui natus est casus principalis in possessore malæ fidei & sine titulo, quoad meliorationes necessarias quas is deducit. l. Domum. C. de rei uenditione. l. plane de petito. hered.

536 Qui natus est casus principalis in possessore malæ fidei & sine titulo, quoad meliorationes necessarias quas is deducit. l. Domum. C. de rei uenditione. l. plane de petito. hered.

537 Qui natus est casus principalis in possessore malæ fidei & sine titulo, quoad meliorationes necessarias quas is deducit. l. Domum. C. de rei uenditione. l. plane de petito. hered.

Barol. d.l. in fundo. num. 11. ff. de rei uendicatione omnes in d.l. Domum, Alcia. in. d.l. impense. num. 8. de verborum significacione Loriotus. d.l. fructus colum. 6. & alia tulit Molinæ. d. gloss. num. 75. illa est ratio, quia huic imparetur si hoc non faceret, sic Bar. qui supra.

338 Declaratur primo non procedere in iure ex tex. l. 1. C. de infant. ex. pof. & in l. ex argenti. ff. de cond. fur. in enim nullas dedit, ut iam aliis supra admonui, an autem in foro animæ hoc concedatur docti ac pulchre explicauit uir doctissimus Didacus Couarr. in cap. peccatum in 2. parte. §. 6. de regulis iuris in. 6. quare admonuit Martinus Lauden. Tractat. de Castella. q. 13. ut animaduertant Castellani ne in Castro a se per uim occupato aliquid impendant, quia restituito castro impensas deducere non poterit, adductus ex tex. d. l. ex argenti.

339 Declaratur secundo non procedere, cum res non est effectus melior, isque rei dominus non efficitur locupletior, ut probat. l. plane in fin. ff. de petitio. hered. & in l. si pupilli. §. sed & si quis negotia in fin. de negotiis gestis, habentur enim hæc, ac si facta non essent, quare cessat omnis æquitas.

340 Sextus est casus in hoc possessore malefidei, quoad impensas utiles quas is regulariter non deducit, ut probat. l. Domum in fi. C. de rei uendicatione, quæ dum concedit detractionem melioramentorum, negat per estimationem esse concedendam deductionem, sic regulam firmavit Loriotus in. d. l. fructus colum. 6. uerisimiliter impense utiles de regulis iuris, quidquid dixerit Bartolus. d. l. in fundo num. 11.

341 Declaratur primo non procedere quoad detractionem, quam facere is potest. d. l. domum in fine, & probat. l. 2. in fin. eodem titulo. C. de rei uendicatione & l. habitator. ff. eo. Loriotus qui supra, Nec aduersatur. §. ex diuerso Institut. de rerum diuisionib. quia intelligitur ex rigore, Molinæ, qui supra numero. 89.

342 Declaratur secundo cum res ipsa perijt, tunc enim nec detractionem nec deductionem consequitur. d. l. plane de petitio hered. Alci. d. l. impense. num. 6.

Illis autem casibus quibus conceditur huic possessori malefidei deductio ipsa, an id fiat officio iudicis, uel per doli exceptionem disputat Bartolus. d. l. plane de petitio. hered. & magis mihi semper placuit sententia Molinæ. d. gloss. num. 87. 88. cum subsequenti-

343

bus, quo loci probat Martini antiqui glossatoris sententiam aduersus ceteros, & recte subliterque est plura iura interpretatus, & si Egui gnarius Baro in. d. §. ex diuerso. Institut. de rerum diuisionib. differentiam constitutuerit, inter bonæ fidei & stricti iuris iudicia ut apud eum.

344 Septimus est casus in hoc malefidei possessore, quoad impensas uoluptarias, quas is regulariter non deducit, non enim in re aliena superuacuas impensas facere potest. l. utiles in fin. ff. de petitio. hered. sic regulam constituit Loriotus. d. l. fructus col. 7. uer. uoluptarias, qui recte à Bar. in. d. l. in fundo. num. 11. in fi. dissentit.

345 Declaratur primo non procederet cum detrahi possunt sine detrimento rei cui adposita sunt. d. l. utiles in fin. nam cum facilis sit ratio, non uidetur uelle donare, quod secus, in inseparabilibus, Alcia. d. l. impense. n. 9. de uerbo. sig. & sentit Loriotus, qui tamen Alcia to aduersari uidetur, simile est quod supra diximus de muliere & minore.

346 Octauus est casus in possessore bonæ fidei à principio, & expositi malefidei, qui deducit, ut bonæ fidei, quæ eo tempore ab eo facta sunt & e contra iuxta distinctionem supra relata in singulis casibus, sic Bar. d. l. in fundo. num. 12. in his enim singula momenta spectamus. l. qui bonæ fidei. in prin. uer. questio in eo est. ff. de acquire. rerum dom.

347 Nonus est casus in eo qui à principio fuit, malefidei & deinde effectus est bonæ fidei, quo in casu Bar. d. l. in fundo. num. 13. relinquit cogitandum, inquit tamen consurre textum. l. 2. post princip. quis ordo in bono. poss. serue. ipse autem dicerem, idem esse quod in casu precedenti, ut impensas factas tempore malefidei eam habeant determinationem, quæ supra diximus, in malefidei possessore, cuius animus semper spectatur, quæ uero facta sunt tempore bonæ fidei, idem quæ in ceteris casibus sit supra relatis, singula enim momenta spectantur. d. l. qui bonæ fidei.

348 Decimus est casus (a nemine hæcenus ut uidi propositus) in possessore, nec bonæ nec malefidei, quale est in eo qui dubitat, is enim nec bonam, nec malam fidem habet, gl. l. 1. C. de acquir. poss. glo. l. 2. ff. pro saluto, & in l. 3. §. exploribus. ff. de acquir. poss. ubi las. nu. 8. communem testantur Balb. Tract. præscript. se cunda particula. 3. partis princip. q. 2. in fi. & q. 3. Fely. in cap. ultimo nu. 9. de prescriptio. late Didac. in cap. possessor secunda parte. §. 7. nu. 3. & in hoc idem ipse concluderem, quod con-

349

concluditur in casibus supra relatis, ut illas meliorationes & impensas tamquam bonæ fidei possessor deducat, quæ ante dubitationem, uel post, fecit, illas autem quas fecit tempore dubitationis deducat, ut is malefidei possessor deducat, ea in hanc sententiam adducor ratione, quod hic dubitans, habetur potius ut possessor malefidei, quam bonæ, hoc ex eo demonstratur, quod non potest incipere prescribere, ut relati omnes affirmant, quod possessor ubi ad bonam fidem potius inclinaret, prætere in casu nostro suæ negligentia & culpæ est set adscribendum, quod in rem, quam alterius esse ambigit, impendere uoluerit.

350 Vndecimus casus est in solo detentatore, ut in colono commodatario, & similibus, ij, quoad expensas & meliorationes necessarias, habent deductionem. l. colonus, de ui & ui arm. in l. in rebus. §. possunt. ff. de comod.

351 Extenditur procedere etiam in colono, qui ob non solutam pensionem expelli potest à possessione, adhuc enim deducit melioramenta. dominus horreorum. §. ubi dicitur subdit colonus, qui paruo condixit, perdere ipsa melioramenta, si ob non solutam pensionem expellitur.

352 Declaratur, non t procedere quoad modificationem impensas. d. §. possunt, & in l. omnino. ff. de impen. in rebus do. factis, Castren. consil. 268. uiso puncto supra scripto. col. 3. uer. si uero parata lib. 2. in nouis Zalus in l. Diuortio. §. impendia nu. 9. solu. matr.

353 Declaratur secundo non procedere si meliorationes & impense ascenderent ad maximam summam, ita ut non posset eas dominus commodè soluere, nam tunc nec necessariò, nec utiliter factum uideatur, sic in his terminis Bal. consil. 116. Columbinus col. 2. uer. ex præmissis apparet lib. i. quem secutus fuit Tiraq. de retractu conuentio. §. 7. glo. i. num. 5. circa med. sentit Castren. d. conf. 268. col. 3. uer. & sic conuerso, & alia retuli supra ubi & Bald. citauit conf. 372. lib. 3. & Crau. conf. 3. nu. 19. & si loquantur in marito, Zalus. d. §. impendia, nu. 6. 9.

354 Duodecimus est casus in eodem detentore, quoad meliorationes utiles, ut idem sit dicendum, ut in casu precedenti. d. l. in rebus. §. possunt. ff. de comod. Aret. conf. 111. num. 7.

355 Declaratur tunc non procederet quantum uellet abradere, nam si dominus offert so-

lutionem, debet eam recipere & si aliter pacto esset cõuentum: sic Bal. l. in fundo, in fi. de rei uend. dicit esse singulare Marfil. sing. 410.

356 Tertius decimus casus in eodẽ colono & detentore quoad expensas & meliorationes uoluptarias, quarum estimationes, nec deductio nem consequitur, sic Castren. d. conf. 268. col. 3. uer. de expensa uero.

Ex his satis superque intelligere potest lector beneuole, quibus in casibus liceat possessori opponere solutionem melioramentorum, seu impensarum, cum ut rem restituat, conuenitur. Verù quia dubitari contingit sepe si quomodo soleant hæc meliorationes seu impensas estimari, nõ ab re fore duxi, si paucis re alioqui in foro summa utilitatis, explicabo

357 Regulam itaque solidissimam constituit omnes conclusionem melioramentorum estimationem faciendam esse secundum tempus restitutionis rei, non secundum illud tempus: in quo facta sunt melioramenta, sic probat Bar. in l. domos de leg. 1. ubi Castren. & Ang. idem affirmant, ubi Alex. nu. 1. & las. nu. 4. communem testantur, plures alios in hac sententiam adserunt Boe. q. 44. nu. 12. 13. Molinæ in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 1. glo. 5. nu. 97. addo ipse Rui. conf. 38. in fi. lib. 1. col. 117. nu. 2. 2. lib. 3. & conf. 165. nu. 6. lib. 4. Gratum conf. 9. nu. 14. conf. 132. nu. 14. 15. lib. 2. Cur. Jun. col. 244. in fi. Paris. conf. 16. nu. 85. lib. 2. Capicij Decisione. 93. in fi. Rolandum a Valle conf. 28. nu. 14. & conf. 30. nu. 6. qui Cornelium Ne gusa. & alios citat, sunt omnes adducti co text l. domos. quem singularem dicunt omnes, & quem unus ex multis Molinæ. d. nu. 97. perpendit, in illis uerbis, ædificiorum quantitatis extantibus, ecce (inquit ille) de extantibus, nõ præteritis loquitur, sed facili est responso, quia in omnibus Codicibus legitur, ædificiorum quantitatis estimatis. Rursus etiã si legeretur ædificiorum quantitatis extantibus, estimatis, ut in uno meo manu scripto legitur, nihil adhuc est, quia & si eo loci designet Papinia. ædificiorum extantium estimationem faciendam, non tamen designat secundum quod tempus, nam ædificij quantitas ostenditur, ex materia adhuc præexistente, ualor tamen materię non ex eo tempore, uel ex antiquo non designatur, nec in eo tex. declaratur satis. accedit præterea, quod si is tex. legitur ut in Florentino legitur, ut testatur doctissimus Anton.

Aug. iuris nostri uerus alter in statutorum, quandoquidem sua illa assidua & indefessa diligentia, plura restituerit uetustate collapsa, quæ maximum alioqui nostris negotium faciebant

629 Qui scire iuris error ad præscribente possessore probari debet, ut annotarunt Bart. & Angel. in d. §. scire Fely. d. cap. de quarta And. Barbat. consil. 40. colum. 8. in fin. lib. 1. Ruin. consil. 63. num. 23. lib. 3. qui affirmant esse ad modum difficultis probationis, sic & Balb. d. l. Celsus num. 27.

630 Declaratur primo non procedere, si quoad fructus naturales, quos hic errans in iure suos non facit, sic late affirmat Fely. in d. cap. de quarta num. 30. uersic. Prima restrictio. de præ-

script. cuius uerba non refero, cum apud eum legi possint.

633 Declaratur secundo non procederet etiam quoad fructus industriales quatenus is errans in iure factus est locupletior Fely. d. c. de quarta nu. 31. uersic. secunda restrictio.

634 Declaratur tertio, non procederet in eo, qui errat in iure resistenti, ut declarat Fely. d. cap. de quarta num. 31. uersic. tertia restrictio. sic etiam Bart. d. l. sed & si lege. §. scire num. 4. de petitorio. hered. Balbus. d. l. Celsus num. 20. 21. de usura. qui rem hanc latè explicat, Gramma. Decisione. 79. num. 8. 9. qui loquitur in re ecclesiæ malè alienata, huiusque sententiæ alios plures citat, ut Abbatem Aretinum ac Curtium Sen. eiusdem fuit opinionis Plotus l. si quando num. 262. C. unde ui.

635 Declaratur quarto non procedere si quando is possessor sciret, propter suum demeritum esse aliquando proprietatem priuandam, tunc fructus suos non facit etiam si in iure, uel facto erraret, sic egregiè affirmat Angel. in l. Prædonis. ff. de petitorio. hered. ubi Castrensis idem affirmat, & hanc ut singularem doctrinam commendauit Marfil. sing. 268. Verus possessor &c. qui iniquum optimum hoc esse aduersus Prælatos, qui dum in iustitiam sunt, faciunt fructus Beneficij proprios, quos tamen restituere tenentur si propter demeritum beneficio priuandi sunt.

636 Declaratur quinto non procedere, si post litem contestatam, tunc enim errans in iure non excusatur, ut fructus suos faciat. l. sed & si lege. §. etiam si ante litem. ff. de petitorio. hered. ubi omnes. Plotus. l. si quando num. 314. C. unde ui.

637 Declaratur sexto non procedere si quando per sententiam fuit declaratum titulum esse nullum, tunc is errans in iure fructus suos non facit, sic Roma. consil. 454. colu. ult. uersic. his tamen non refragantibus, qui in emptore rei minoris sine solennitatibus & iure debito loquitur, in minore enim censuit esse singulare, ut qui minus ritè & rectè ab eo titulum cõsecutus est, non excusetur a fructuum, quos etiam percipere potuit, restitutione, ex glof. l. patri. ff. de minoribus, qua de re supra suo loco.

639 Quæro. 41. an ferri si possit in casu huius remediij reintegranda sententia super dominij amissione, eo casu, quando possessoris fuit, qui cum uolentia spoliati & non posse affirmat Soc. in l. rem. que nobis in fine, de acquirenda possessione, inquit enim solij in possessore esse ferendam sententiam, & ad do-

minij amissionem esse agendum remedio. l. si quis in tãtam. C. unde ui. & huius opinionis citat glofam in cap. pastoralis de cau. possess. & proprie. in uerbo intentare, reddiditque rationem, quia interdicit sic & remedij ex cap. reintegranda, natura est, non ut occupator dominium amittat, sed ut spoliatus ante omnia ad suam possessionem restitatur, quod etiam declarat Abbas in d. cap. Pastoralis num. 23. quam sententiam probant plures canones relati in ca. 3. q. 1. & in 3. q. 2. qui affirmant, facta restitutione possessionis electo, & ita per uim spoliato, causam dominij tractari.

640 Quæro. 42. an à lata in hoc remedio sententia liceat appellare, duo sunt casus. Primus est, cum in foro ecclesiastico intentatum est hoc remedium, & tunc non est dubium posse cum eo iure t a quacunq; sententia in possessorio lata appellare liceat capitu. 1. de causa possessionis & proprie. ca. cum ad sedem, ubi omnes, de restitutione spoliatorum, Clem. 1. de re iudicata, Bald. in. l. 1. C. si de momentanea possessione fuerit appel. Practic. Papien. in forma libelli in causa spol. possess. in uerbo per nostram diffinitiuam num. 3.

642 Secundus est casus t cum laicus in foro seculari hoc remedium mouet (mouere enim posse plures affirmarunt, quos suo loco retulimus) & adhuc appellari posse, affirmat Pract. Papien. præcitato loco, qui se Baldum sic dicentem audiuisse refert, inquitq; Baldus sic cõsuluisse, ut uerè cõsuluit, conf. 32. ad euidentiã præmittendum est, quod aliquãdo col. 1. vers. si enim dicimus ciuile, lib. 3. & si idem Bal. in cap. quarelam col. 4. vers. sed nõ quid à lata, de electio. intelligit solum procedere, cum hoc remedium succedit loco actionis de dolo, uel quod metus causa, sed Pract. Papien. absolute est secutus Ripa, in cap. sæpe, in fi. de restit. spolia. & utuntur solidissima ratione, quia, qui t aliqua dispositione, & priuilegio uult uti, debet uti cum omnibus qualitatibus. l. uictima. §. & si præfatam, & §. si autem hoc aliquis vers. cum enim. C. de iure delib. plura familia adfert Neuz. conf. 87. nu. 14.

644 Quæro 43. antis spoliator, qui ad rem restituentiam lata sententia tenetur, possit dare fideiussorem: & nõ posse concludi Archidia. in cap. quia sæpe, de electio. in. 6. quem secutus fuit Lucas a Penna. in. l. si coloni. q. 31. C. de agricol. & cens. lib. 11. citant textum cap. episcopi. §. sed notandum. 1. q. 1. perpendentes fortè illa uerba, nisi presentialiter omnia, nec enim presentialiter omnia restitueretur,

si sufficeret, dare fideiussionem; ipse autem hanc ueram sententiam probò ex claro tex. in cap. cum aliquibus, de re iud. cuius hæc sunt uerba. Cũ aliquibus est ad iudicata possessio non sufficit eis dare pignora, nisi corporali possessione latentur, qui textus à fortiori probat, si rectè consideretur. sic enim t̄ solemus dicere, condemnatũ soluere non liberari offerendo, fideiussores. l. 4. §. ait prætor, de re iud. l. item liberatur. §. qui paratus, ubi Barff. quibus mod. pig. uel hypo. fol. latè Tiraq. de retractu. conlang. §. 3. glo. 3. nu. 14. 15.

646 Quæro 44. quantò tempore spoliatus & demum restitutus in possessione, antequam spoliator super causa dominij audiatur remanere debeat: tex. in cap. tandiu. 3. q. 2. clare inquit, tandiu quamdiu stetit spoliatus, quod affirmant Abbas. in cap. venerabilis in glo. 1. de off. deleg. Afflicti. in cap. 1. in prin. nu. 3. de contro. inter episc. & uasal. Ripa in. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 49. de adquir. poss. Cur. Iun. conf. 41. in fi. Catalia. Cotta in suis memorialibus, in uerbo spoliatus, Alcia. responso. 370. nu. 5. Craue. conf. 140. nu. 3.

647 Declaratur tamen primo & intelligitur, t̄ cum is omnibus bonis, non si una re tantum spoliatus fuit, sic declarat Ripa. d. §. nihil commune nu. 49. ubi inquit probari in multis capitulis. d. 3. q. 2. forte uoluit p̄bari in c. oportet in illa ratione, quia nudus, & inermes, inimicis nõ debemus opponere, sed dura nimis uidetur hæc declaratio & ad. c. tam diu, diuinare, immo illum generaliter loquentem, restringere, a Ripa tamen sententia non recedit Catalianus Cotta statim relatus.

648 Declaratur secundo non procederet in foro ciuili, ut decifum fuit in consil. Neapolitano, ut refert Afflicti. in cap. 1. §. si quis hominem in. 9. notab. nu. 2. de pace tenen. & eius, viola. ubi affirmat sic fuisse declaratum, & uerè, nec aliquo in foro uidi hoc obseruatum, immediatè enim condemnati spoliatores, solent, petitorij iudicium mouere, quod e ratione potius, quàm alia contingit, quia uix vnquam euenit, ut omnibus bonis, quis spoliatur, erit tamen cogitandum, hæc de remedio reintegranda.

SUMMARIVM DECIMISEXTI RECUPERANDAE POSSESSIONIS REMEDIUM.

SAEPE, DE REST. SPOLIATORVM.

- 1 Innocentius. 3. Pontifex maximus multa preliit, quibus mali mortuum motes reprimerebantur.
- 2 Constitutio. cap. sæpe, de restit. spolia. extensiuè interdicti unde ut est.
- 3 Regnum Neapolitanum similem habet constitutionem, constitutioni cap. sæpe, de restit. spolia.
- 4 Spoliatus agens contra singularem successorem qua actione experietur.
- 5 Cunctio ex lege unde proueniat.
- 6 Constitutio. cap. sæpe, de restit. spolia. corrigi. l. cum à te. ff. de ui et arma.
- 7 Primum sancimus nouum ius induci ostendit.
- 8 Cap. cum ad sedem in fine, de restit. spolia. exponitur.
- 9 Cap. sæpe de restit. spolia. declaratur.
- 10 Remedium ex cap. sæpe, de restit. spolia. locum non habet contra singularem successorem ignorantem uitium possessionis.
- 11 Remedium cap. sæpe, de restit. spolia. an concedatur contra singularem successorem, qui ex post uitium rei cognouit.
- 12 Publiciana ob malamfidem agentis non impeditur.
- 13 Publiciana iure etiam pontifici conceditur.
- 14 Fructus non restituitur malefidei possessori ratione illius temporis, quo fuit in bonafide, quod & in foro conscientia conceditur.
- 15 Persona habitata consideratur ab initio, cum de re adquirenda agitur.
- 16 Statutum prohibens relinquere forensi ex testamento, non habet locum in eo qui a principio fuit Citius & deinde esse desijt.
- 17 Prescribens si prescriptione perfecta cognouit malefide præscripsisse, non tamen restitui tenetur.
- 18 Actus perfectus non cessat cessante causa.
- 19 Qualitas inquit uerbo intelligitur secundum tempus uerbi.
- 20 Possessionis adipiscende, non retinenda ratio spectanda est.
- 21 Peccati ratio an militet tam contra uitiosum successorem ab initio, quàm ex post.
- 22 Remedium ex cap. sæpe, de restit. spolia. concedi contra singularem successorem ex titulo lucratiuo, cum ex post possessione uitium cognouit.
- 23 Remedium ex cap. sæpe, de restit. spolia. datur contra singularem successorem uitiosum ex post, cum contra illum auctorem non est successum.
- 24 Remedium ex cap. sæpe, de restit. spolia. conceditur contra singularem successorem, qui tempore traditionis cognouit possessionis uitium.
- 25 Beneficis duobus temporibus consideratur.
- 26 Remedium ex cap. sæpe, de restit. spolia. an datur contra singularem successorem, qui scit rem esse alienam, uitium tamen uolentia ignorat.
- 27 Successor singularis præsumitur ignorare possessionis, & rei uitium, in qua successit.
- 28 Ignorantia præsumitur ubi non probatur scientia.
- 29 Contrahens conditionem illius, cum quo contrahit spectare debet.
- 30 Successor non præsumitur ignorare factum sui prædecessoris ubi plura asseruntur.
- 31 Negligentia permittit beneficium cum altero accusanda est si iuramentum non perquisiuit.
- 32 Emptor rei furtiue eam domino restituere cogitur etiam pretio si non restituit.
- 33 Succedens notorio spoliatori non præsumitur possessionis uitium ignorare.
- 34 Ignorare quod sit publicè lata culpa est.
- 35 Assertioni standum illius est, cum agitur de re, qua in eius solo animo consistit.
- 36 Assertioni iurata non est standum, cum una aduersatur iuris præsumptio, & si alius ei deseratur.
- 37 Assertioni alicuius etiam iurata non statat cum causa magni ponderis est.
- 38 Successor consanguineus præsumitur scire uitium possessionis in qua successit.
- 39 Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti.
- 40 Ignorantia non præsumitur in factis coniunctorum.
- 41 Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti successiva nõ momentanea.
- 42 Coniunctus præsumitur scire facta coniuncti quoad consanguinitatem, non quoad cetera.
- 43 Scientia utiq; præsumitur in eo qui titulo lucratiuo successit, non ex titulo oneroso.
- 44 Ripa conciliatio sua improbat.
- 45 Bartheolus. l. post contractum numero. 3. ff. de donation. declaratur.
- 46 Fraus non præsumitur in eo qui donauit consanguineo & deinde deliquit, nisi prætor consanguinitatem conueniant alia.
- 47 Successor qui cum prædecessore habitabat præsumitur scire an illius facta, & an eius possessio uitiosa esset uel non.
- 48 Vicinus succedens uicino an præsumatur scire possessionem illam uitiosam fuisse.
- 49 Vicinus præsumitur scire facta uicini successiva non momentanea, & paulo post etiam declaratur.
- 50 Vicinus ratione proprietatis obiectum rei scire præsumitur, sed non quo titulo uicino possideatur.
- 51 Vicinus non præsumitur scire celebratum contractum a uicino.
- 52 Coniectura qua præsumi possit uicinum succedentem uicino sciasse possessionem fuisse uitiosam, est in arbitrio iudicis.
- 53 Vicinus, qui cum uicino conuersatur præsumitur scire illius facta, & ibidem declaratur.
- 54 Castela ad probandum uicinum ignorare factum uicini, quod alius scire præsumitur.
- 55 Remedium cap. sæpe, de restit. spolia. an datur contra singularem successorem possessionis uacantis, qui scit possessionem uitiosam.
- 56 Remedium cap. sæpe, de restit. spolia. contra singularem successorem quantumuis mediatum datur paulo post declaratur.
- 57 Remedium. ca. sæpe, de restit. spolia. an primo spoliato, uel secundo qui

- 18 cundo qui benefide possidens spoliatus fuit.
- 19 Remedium. C. sape. de restit. spolia. an spoliatori concedatur contra eum spoliatum.
- 20 Dominus rei non fuit rei furto subtrahata restitui debet.
- 60 Remedium. C. sape. de restit. spolia. an concedatur possessori malafidei contra suum spoliatorem.
- 61 Remedium ex. C. sape. de restit. spolia. an detur Benefidei possessori contra benefidei successorem.
- 62 Iurista. C. de acquirenda. possess. declaratur.
- 63 Remedio. C. sape. de restit. spolia. proprietatis seu domini al. tertius exceptio obijci non potest.
- 64 Exceptio proprii domini potest obijci contra agentem remedia. C. sape. de restit. spolia.
- 65 Successor singularis nominare non potest alterum cuius nominis possidet. cum remedio. C. sape. de restit. spolia. conuenitur.
- 66 Remedium. C. sape. de rest. spol. an concedatur pro re spolia.
- 67 Spoliato per vim compulsivam. an concedatur remedium. ex. C. sape. de restit. spolia.
- 68 Remedium. C. sape. de restit. spolia. an locum habeat in una facti specie. in marito. qui in rebus dotalibus vim commisit. & ei uxori succedit. an contra eam detur hoc remedium.

**INNOCENTIVS  
TERTIVS IN CONCILIO  
GENERALI.**

Sape contingit, quod spoliatus per spoliatorem in alium re translata, dum aduersus possessorem non subuenitur, per restitutionis beneficium spoliato, commodo possessio nis amisso propter difficultatem probationum, iuris proprietatis amittit effectum. Vnde non obstantie iuris ciuilibus rigore: sancimus, vt si quis de cetero scienter rem talem receperit, cum spoliatori quasi succedat in vitium, eo quod non multum interstet, quoad periculum animae, iniuste detinere ac inuadere alienum. contra possessorem huiusmodi spoliato per restitutionis beneficium succurratur.

**DECIMUM SEX-  
TVM RECVPERANDAE  
POSSESSIONIS REMEDIVM**  
ex ca. sape. de rest. spol.

**I**nnoCentius tertius Pontifex max. inter, multa decreta, quae ut tam clericorum quam laicorum mores componeret, edidit, quod

in illius uita scripsit Platina) hanc unam sane quam utilem promulgauit constitutionem, qua consultum esse uoluit aduersus singulares, uitiosos possessores, cum iure aliquo, praesertim ex interdico, unde hoc in casu sua possessione deiecto, seu spoliato succursu non esse animaduertent, quare nostri interpretes affirmant hanc constitutionem interdictum, unde ui, ampliari extendiq; & per consequens. l. cu a re. ff. de ui & ui arma. corrigi, ut ex multis uno retulit uerbo Ripa in hoc ca. sape. nu. 38. & si alij dissentiant, correctionem induci, vt statim dicemus, similem habet constitutionem Regnum Neapolitanum, si credimus Aflicti. in cap. 1. §. si uassalus nu. 12. & ibi Hornia, si de feudo fuerit controuers. inter dominum, & agna. uassala. in hac uero Pedemontium Regione, & in Mediolanensi ditione non uideo hac de re singularem aliquam editam fuisse constitutionem, cum solum aduersus ipsummet occupatorem in immediatum prouideant, in tam utili ergo constitutione discutienda, sunt aliqua.

- 4 Quaro primo, quatactioe utatur spoliatus ipse aduersus singularem hunc successore & possessore, crebrior est sententia post glo. hic ut retulit Ripa nu. 38. condictione ex hoc ipso canone uti: quam sententiam ea ratione probaui semper, quod animaduerti legis condictionem immediate ab illa induci, nullo praecedente partium facto, cum nulla alia est prodita actio. sic probat tex. l. unica. ff. de cond. ex lege, iuxta declarationem quam ibi retulit Bar. nu. 7. uerf. aut est lex ciuilibus, ubi et Jas. in fi. qui eiusdem sententiae Bal. in cap. dilecti de iud. citauit. Cum ergo in casu nostro, ante constitutionem huius canonis, factum huius uitiosae succedentis aptum minime esset ad efficacem obligationem, & per consequens actionem inducendam, hac constitutione est factum, ut is successor tanquam spoliator habeatur, teneatur, uitiose adeptam possessionem restituere, actione scilicet seu condictione ex canone isto quo ut a nouo iure. l. cum a te de ui & ui arma. correctae dicitur. esse autem nouum hoc ius, ostendit uerbum sancimus cap. decernimus, ubi doctus de iud. Dec. in. l. ne quidam nu. 3. C. de testam. mil. quae ergo relata est ratio urget magis, quam ceterae, quae adferri solent: quibus abunde respondet Ripa. in hoc cap. nu. 38. in eo animaduertendum cenfeo, dum in hanc sententiam, passim adferri solet tex. in cap. cum ad sede, in fi. de restit. spolia. cum is ad rem non conserat, quando motum eo casu fuerit interdium

Quomodo ui, ut clata illius Canonis uerba ostendant, & alias admonui: uera tamen est crebrior haec sententia, nec aduersatur, quod a Ripa hic nu. 38. post. Goffred. & glo. adferatur, fundamentum ex uerbis cap. nostri, ibi; per restitutionis beneficium succurratur; quod illi intelligunt, ex ui interdico unde ui, cum praecipue tex. ipse in prin. de interdico, unde ui, uerba faciens eisdem uerbis utatur, quam considerationem ante Ripam, fecit Barba. in apostillis ad Abba. in hoc cap. sape nu. 8. in. 3. apostilla, quia responderi sic praeter alios potest, uerba illa, restitutionis beneficium, esse generalia, & iuxta subiectam materiam intelligi, quare dum principium constitutionis in interdico unde ui, loquatur, illa uerba eo loci posita, iuxta illius suppositam materiam intelliguntur, ut pariter ultima uerba iuxta subiectam canonis nostri materiam intelligere debemus: non ergo actione in factum, ut isti opinati sunt, sed conditione ex canone utatur spoliatus contra singularem hunc successorem & possessorem.

Quaro secundo an t remedium huius canonis, locum sibi uendicat contra successore singularem, qui ignorat possessionem esse uitiosam, et non habere locum affirmant omnes hic Ripa nu. 40. Bal. in conf. 321. ad eundem praemittendum est, q aliquando & col. 1. lib. 3. Aret. conf. 103. nu. 4. uerf. primus esset, Corne. conf. 329. nu. 10. 11. lib. 1. Calca. conf. 116. nu. 7. uerf. quoniam. res haec dubitationem non habet probabilem, cum constitutio haec ipsa in scientia constituat fundamentum, nam cum adest ignorantia, cessat peccati ratio, ob quam remedium hoc adinuentum est, nec placet declaratio glossae hic, quam pariter reiecit Ripa, contra hunc ignorantem succedentem dari reintegrandae remedium, quia si ante huius canonis constitutionem nullum erat proditum remedium, contra singularem successorem scienter in uitiosa possessione succedentem, quanto fortius non erat succursum contra ignorantem, qua de re suo loco diximus.

Quaro tertio, antequam concedatur hoc remedium contra singularem successore, qui ex post cepit habere scientiam uolentiae: & non concedi affirmant Ripa, hic nu. 41. post Cepola conf. 60. col. 3. quam defendit & lo. Co. in l. naturaliter. §. nihil commune secunda parte nu. 129. de acquirenda. possess. & hanc ut uerorem probaui, tamen si crebrius in contrariam sententiam a nostris itum sit, ut statim dicemus, & ut huius esse sententiae, adducebar aliqua

do, praeter ceteros, eo fundamento, quia si co tingeret hunc possessorem, cui malafides superuenit, causam a non domino quem dominum credebat habentem, possessionem non habere, Publiciana sibi concederetur ad eam consequendam. l. eum qui in fi. ff. de public. ubi malafides superueniens non impedit Publiciana, nec alia ratione forte illud est, quod quod per eam sola auocatur possessio. l. vltima. ff. de Publicia. quod iure etiam Pontificio hoc casu conceditur, ut declarat Bal. in l. Ancillae. col. 1. uerf. sed an per ius canonicum. C. de furtis, quem secutus est Balb. in tracta. praescriptio. secunda particula tertiae partis, prin. q. 8. uerf. circa praemissa & c. si ergo datur actio fortius exceptio. l. inuitus. §. cui datus. de reg. iur. Secundo adducebar, quia hic possessor in quem ex post superuenit malafides & rei alienae scientia dicitur impropijsi me prado. l. sed & si lege. §. etiam si ante. ff. de petitorio. hered. & alias diximus supra in primo remedio nu. 110. ubi ex multis retuli Dec. in l. nemo est prado de reg. iur. in hoc ergo prado ne constitutum est, ut in iudicij uincertalibus, quale est petitorium hereditatis, teneatur ad fructus collectos statim lite mota. d. §. etiam si ante, in singularibus autem nisi post litem contestatam. l. certum. C. de rei uend. & alias diximus in remedio praecedenti reintegrandae fructus ergo aliorum temporum, donec sci licet bona fide possedit, non restituit, quod etiam in foro conscientiae procedit, ut affirmant Caieta. in. 2. q. 63. artic. 6. quem alij multis relatis secutus est Didacus in ca. peccatum tertia parte. §. 12. pagina. 1. uerf. sed tamen de reg. iur. in. 6. quos certe fructus teneatur in hoc conscientiae foro restituere, si possessio iudicaretur iniqua. Tertio considerabam illud in rebus adquirendis persone habilitatem ab initio considerari, quidquid inde sequatur. l. Mella in prin. dealimen. & ciba. lega. & est in argumentum quod scribit Bart. in l. 1. ff. de reg. Cato. Bal. in l. seruus. C. de lega. Alex. conf. 39. lib. 3. & pulchre admodum Soc. Sen. conf. 81. col. 3. uerf. tertio probatur, & col. 4. uerf. septimo si toto. lib. 3. du interrog. respondit t statutum prohibens iurisdictioni non supposito relinquunt in testamento quid possit, in eo locum sibi non uendicare, qui tempore relicti erat suppositus, licet ex post factus sit alienigena & c. forensis, mul tis ille ac egregijs nititur argumentis, quae non parum casu nostro conueniunt, & integrum illud responsum retulit & probauit Marti. in l. vltima nu. 100. ff. de iur. id. om. iud. sic ergo hoc

hoc in casu dicendum est, satis superque esse, si tempore, quo hic successor possessionem adipiscitur, est bonæ fidei & sine dolo, & si non periret cum is actus uo momento perfectus, ex superuenienti scientia etiam in conscientia foro non euerteretur, ut per exemplū videmus in eo, qui perfecta prescriptione cognoscit se rem alienam prescriptis, non tamen restituere, quod prescripsit, tenetur, ut est crebrior nostrorum sententia teste Balbo in tracta. prescriptio. secunda particula tertie partis prin. q. 9. & Tiraq. in tract. quod cessante caus. cesset effectus. limita. 12. nu. 16. ca utuntur omnes ratione, quia factus iam, perfectus non cessat cessante causa. Quarto de inde loco perpendebam, constitutionem hanc nostram, ea ratione fuisse editam, ut illius uitium reprimatur, qui ausus fuit, cum uitio alienam ingredi possessionem, & qui per uitiosam quandam successorem conari uideatur primum illum occupatorem tueri, & defendere, quod non contingit, cum ex post facto superuenit scientia, nec enim malus huius possessoris continuantis animus hoc casu considerari potest quod confirmatur ex illa consideratione, quam faciunt ceteri, nostram hanc constitutionem illis uti uerbis, scienter rem talem receperit, iuncta regulat qualitate adiunctam uerbo intelligi secundum tempus, uerbi. l. in delictis. §. si damnum extraneus, ad l. Aquil. quam regulam exornant Dec. in cōf. 37. nu. 8. cōf. 443. nu. 16. Gomes. §. rursus nu. 25. Inst. de actio. Paris. cōf. 62. nu. 37. lib. 4. cū ergo qualitas scientiæ sit a principio & tempore receptionis, intelligi ex post uerē, non potest, accedit quinto loco, quod possessio iusta, uel iniusta à sui principio iudicatur, quare ab initio iusta ob bonam fidem, non efficitur iniusta ob superuenientem malam fidem. l. unica in fi. C. de usucap. transfor. nec enim ratio retinendæ, sed origo adipiscendæ possessionis spectanda est. l. clam possidere de adquiren. poss. sic argumentatur Cora. d. §. nihil commune secunda parte nu. 129. qui & alia perpendit, quæ non refero, minus cetera leuiora refero quæ a Ripa hic perpenfa fuerunt, ut aliquibus respondere uideatur Rube. in d. §. nihil commune nu. 60. nec huic firmat sententia aduersantur rationes crebrioris opinionis eorum scilicet, qui affirmant remedium huius canonis, concedi contra hunc qui ex post re uitiosam nouit, ut Abb. hic nu. 13. & Butr. ut retulit Ripa n. 41. & hanc posteriorem probauit Rube. d. §. nihil commune nu. 60. non enim uiget illa ratio, qua passim

21 omnes in hanc descendunt sententiam, peccati scilicet ratione, tam contra uitiosum possessorem ex post, quam contra successorem hunc ab initio malæ fidei militare, sicq; idem ius. l. illud ad l. Aq. l. a Titio de uerbo. oblig. nam huic rationi satisfactum ex relatis creditus, dum ostendimus eum iniuste non possidere, qui ex post rem alienam esse cognouit sufficit enim iustum possessionis principium d. l. unica. C. de usucap. transfor. nec dicitur vitij ac fraudis particeps, qui ab initio fraudis non cognouit. l. sed & si lege. §. seire autem. ff. de petio. hered. atq; ita recte respondit Cora. d. §. nihil commune parte. 2. nu. 131. non uigent pariter uerba constitutionis nostræ, ibi, iniuste detinere, ac inuadere alienum quasi uerbum inuadere principium actus respiciat uerbum uerò detinere, ad actum ex post referatur, quæ a pari iuxta uerborum qualitatem & coniunctionem procedunt, idem enim esse uidetur, ingredi alienum scienter à principio, uel alienum ex post scienter detinere, sed uerius intelligo uerbum detinere referri ad eandem personam successoris scilicet in realia scienter, uerbum autem inuadere referri ad primam personam immediati scilicet occupatoris.

22 Declarat tamen hanc sententiam Cora. sius. d. §. nihil commune. 2. parte nu. 132. non procedere primum in illo successore, qui ex iurisdictione titulo est consecutus possessionem, nec enim, (ut ille ait) par est utriusq; tituli ratio. l. ultima. §. licentia. C. de iure deliber. cū simil. quare tunc etiam ex post superuenient scientia illi nocet.

Declarat secundo idem Cora. qui supra, 23 in non procedere cum immediatus occupator soluendo non est, nam tunc in subsidium agi poterit contra hunc successorem, cum & hoc casu interdicto unde ui spoliato sit successus, ut diximus supra in primo remedio

24 Declarat tertio idem Cora. qui supra non procedere si tempore traditionis hic successor bonam fidem non habuit, & bona fides enim duobus temporibus adesse debet contractus scilicet & traditionis tempore. l. 2. in prin. ff. pro empto. glo. in l. qui autem. §. hoc edicti, in uerbo cessare. ff. de his que in fraud. sed anti maduerit edum est. d. l. 2. loqui in solo emptio nis contractu non in ceteris, diuersitatis rationem non excuto nunc.

26 Quæro quarto an remedium huius canonis locum habeat contra eum, qui scit rem esse alienam, ignorat tamen esse uitio uolentia affecta, & non habere locum affirmant Ang.

Ang. cōf. 137. col. ultima uers. & attendendū Imo. & Oria. quos retulit & secutus est Ripa hic nu. 42. idem censuit Francus in disputatione peritorij, & possessorij primo dubio nu. 37. Corne. cōf. 329. nu. 11. lib. 1. quibus accedo, non tamen ex uerbis nostræ constitutionis, quæ ab illis perpenfa sunt, ibi, inuadere alienū, quasi solum hic tenet. loquatur in uolentia secuta, quod uitio est uolentia, quia uerbum inuadere, ut iam supra dixi, referatur ad primam illam personam immediati occupatoris, sed ea ratione potius adducor, quia scientia hæc est, cum illa qualitate uolentia, quæ qualitas uerificari debet, ut dispositioni loci sit ratio rationis illa est, quia quod spolia restitui ante omnia debeat, per uim possessio erepta ab eo esse debet, nam casus esse potest, in quo possessio erit uitiosa, eo uitio, ob quod non daretur restitutio ante omnia, ut in uitio clandestinitatis, ut olim diximus supra in primo remedio ex interdicto unde ui. q. 12. cum ergo possit contingere casus, ubi is successor possit ignorare uolentia uitium, credendo esse uitium clandestinitatis, ea mente succedet, quod dominij exceptionem quæ suus author opponere potuisset, is opponere possit, quod si sciuisset esse uitium uolentia, non successisset, ex quibus cessant, quæ ex aduerso à Ripa hic nu. 42. adferuntur.

27 Quæro quinto an singularis hic possessor & successor præsumatur sciuisse rem fuisse uitio uolentia affectam & non præsumi, affirmarunt nostri omnes, author est Ripa hic nu. 43. & Rube. d. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 63. & ibi Cora. in secunda parte nu. 133. ca adducuntur ratione omnes, quia ignorantia præsumitur ubi scientia non probatur, ca. præsumitur de reg. iur. in. 6. ubi latè Dy. quod intelligitur in facto alieno, ut hoc nostro casu, l. ultima in fi. ff. pro suo, Dec. cōf. 207. nu. 5. Paris. cōf. 47. nu. 102. lib. 1. uerum huic communi sententiæ aduersatur illud, quod ex quo 29 is, qui cum alio contrahit debet illius conditionem explorare. l. qui cum alio de reg. iur. ubi latè Dec. & Cagnol. & hic successor non præsumitur ignorasse sui prædecessoris facti; & ideo dici solet illius ignorantiam ferendam, non esse. l. quod te. ff. si certū pet. hinc Bal. in l. i. ff. si quis omiff. ca. testa. & Soc. Tract. fall. reg. 176. fall. 1. dixerunt huius successoris ignorantiam esse simulatā, idem cōfuit Dec. cōf. 166. col. 3. in fi. & d. Craue. cōf. 225. nu. 8. qui adfert notab. textum. l. 3. §. sed & si sic. ff. de in rem uerso, eiusdem sententia addo Alex. cōf. 103. nu. 16. lib. 2. Ruz. cōf. 88. nu. 12. lib. 5. accè

dit, fortius, quod respondit Soc. Sen. cōf. 168. col. penult. uers. præterea si habeat lib. 2. post Io. Andr. Gem. Anchar. & ceteros, illius negligentia & culpæ, qui permittendo propriū beneficium cum altero non perquisiuit illius titulum & iura, nec enim inquit Soc. ex eo solo credere debuit illum esse dominū, quod in possessione esset, in non longe dissimili casu Soc. probauit Craue. cōf. 132. nu. 13. Tertio confert tex. l. in ciuilem. C. de furtis, ubi agnitare furtiua apud emptorem existentem domo non restituitur etiam emptori pretio non restituito, debuit enim inquit tex. is emptor venditoris conditionem perferuari, nec ignorantia eum excusat ut declarat Alcia. Tract. præsump. regula. 3. præsump. 29. & omnes in. d. l. in ciuilem. Defendi tamen iure potest communis sententia, quia & si possessor iste restituere rem ipsam tenetur, nec pretium consequatur, attamen dici non potest uitiosus possessor, ut in casu. l. in ciuilem fatentur, omnes & Alciatus. d. præsump. 29. qui ea ratione dicunt furti pœna eum non teneri, si ergo uitiosus possessor non est, hoc remedio contra eum agi non poterit, sed alio, nam ideo restituitur ante omnia spoliatus ob spoliatoris uitium, quod cum hoc casu cesser, dicendum est contra illum non concedi, rursus scientia uitij est in causa, ut concedatur hoc remedium spoliato. sed quomodo is agere poterit, si hæc ante omnia qualitatem non probet, nec sufficit probare rem esse propriam ut inde præscriptio scientiæ uitij resulet, quia res uitio affecta esse potest, & tamen possessor esse innocens & bonæ fidei glo. ex illo tex. in §. conceptum Inst. de obliga. ex delicto. Saly. d. l. in ciuilem in fi. communi ergo sententiæ subcribo.

Declaratur tamen multipliciter, & primo non procedere, quando notoria fuisse illius prædecessoris spoliatio, sic Abba. hic & refert Ripa. d. nu. 43. & Cora. qui supra, ea ratione moti quia ignorantia quod publice omnibus est notum, lata culpa est Dy. in cap. ignorantia nu. 16. de reg. iur. in. 6. quare ignorantia improbabilis illa dicitur. l. regula. §. sed & facti, de iuris & facti ignora. Soc. d. regula. 176 fall. 1. Alex. cōf. 187. nu. 7. lib. 2. Soc. lun. cōf. 6. in fi. lib. 3. Craue. cōf. 225. nu. 8. quod intelligit Ripa, & malè, in successore immediato secus in mediato, qui uerisimiliter uitij hoc uolentia iuste ignorare potuit, quod non placet, quia si præsupponimus rem esse notoriam, intelligere debemus esse utroque tempore notoriam, ut termini sint pares, alias res hæc probabil. careret dubitatione, si intelligeremus noto-

notorium fuisse solum tempore primi successoris, quia esse potest, quod inter primum spoliatorem & mediatum successorem anni intercesserint quāplurimi, quibus verè apud omnes violentiæ memoria extincta sit. eo tamen in casu, quo violentia est notoria, nõ poterit is successor allegare & suo iuramento probare, se credidisse vitium illud fuisse purgatum, & si enim hoc scire, uel ignorare in animo consistat & ob id standum aliàs sit assertioni iuratae allegantis, iuxta notab. glo. §. sed ista. vbi laf. num. 54. Inst. de actio. Soc. tract. falle. reg. 72. laf. l. cum quadam puella nu. 3. de iurisd. om. iud. consil. 84. nu. 7. lib. r. Ruin. consil. r. nu. 4. lib. 5. Parif. consil. 51. nu. 5. l. 4. Craue. conf. 2. nu. 9. attamen in casu nostro (ut rectè animaduertit hic Ripa) ex quo violentiæ vitium iam suberat, non est standum iuratae assertioni allegantis se verè credidisse vitium illud fuisse purgatum, ut probat cap. in notuit. de electio. Abbas in cap. pastoralis.

36 de exceptio. nec enim huic iuratae assertioni deferuntur, cum altera aduersatur præsumptio Fely. in cap. significasti il. r. col. r. de homi. in cap. t. col. pen. & vltima de præsump. quem secuti sunt Ruin. consil. 13. nu. 4. lib. 5. Marfil. consil. 7. nu. 7. & latè consil. 9. nu. 36. Accedit præterea, quod res magni ponderis in casu nostro tractari poterit, quo in casu huic iuratae assertioni deferendum non est, vt adnotauit Marfil. sing. 635. qui alios in hac attulit sententiam.

38 Declaratur secundo non procedere secundum Abbatem & Ripam hic & Coraf. d. §. nihil commune secunda parte nume. 33. vbi Rube. nu. 61. non procedere in successore cõ sanguineo illius primi occupatoris violentiæ, ea ratione adducti, quod si coniunctus præsumatur scire facta coniuncti. l. octau. ff. vnde cognat. l. de tutel. C. de in integ. rest. cap. constitutus, de testibus, quare regula illa, qua dicitur in facto alieno ignorantiam præsumi, cessat in facto consanguinei. Soc. tract. fallen. reg. 177. falle. vltima; Neuzanus lib. r. Syluæ nup. nu. 113. verum non multum vrget hæc ratio, quia si coniunctus præsumitur scire coniuncti facta successiua nõ momentanea, quæ sunt furta violentiæ & cetera his similia, sic docuit Bal. in l. quonia. C. de iure delib. laf. in l. r. col. 1. & ibi Ripa nu. 46. ff. si certum petat. idè Ripa. l. qui Romæ. §. duo fratres nu. 31. de verbo. obliga. nisi dicamus violentiam esse actum momentaneum, vitium tamen violentiæ perdurare, quod verisimiliter notum esse potuit consanguineo, sed alia ratione nõ

multum vrget, quod à relatis interpretibus adferunt, quia quod est consanguineus, & cognatus præsumatur scire facta consanguinei intelligitur consanguinitatis respectu non aliarum rerum omnium, sic declarauit Bald. d. l. quonia. quem secutus fuit Ripa qui supra, eiusdem addo sententia Soc. Sen. consil. 97. nu. 3. lib. 4. Ruin. consil. 121. num. 4. lib. i. Dec. consil. 445. nu. 35. in fi. Gomef. Hispa. §. rursus nume. 17. Inst. de actio. Alcia. in l. post contractum nu. 28. & ibi Io. Annibalem nu. 117. ff. de dona. Quamobrem hanc declarationem non esse veram aliqui crediderunt, ut hic testatur Ripa, qui sentiens difficultatem studuit omni conatu, horum interpretum contrarias sententias hac adhibita distinctione conciliare, aut is successor est sine titulo, vel cum titulo lucratiuo, aut est cum titulo oneroso. Primo casu in hoc est successore coniuncto, præsumitur scientia violentiæ & vitij, argumento scientia, quæ docuit Bartol. in l. post contractum nu. 3. vers. secunda præsumptio & ibi Picus nu. 45. ff. de dona. Dec. consil. 235. nu. 2. vers. secunda præsumptio cõf. 587. nu. 9. vers. quarto accedit & consil. 659. nu. 2. Soc. Sen. consil. 264. col. 1. vers. tertio arguitur lib. 2. Cur. Jun. consil. 6. nu. 6. dum affirmant in successore coniuncto ex titulo lucratiuo fraudem præsumi, & simulationem. Secundo casu scientia violentiæ non præsumitur argumento. l. pen. C. de euictio. quod sensu sit & Alcia. in d. l. post contractum nu. 27. in fine, dum inquit, in alienatione titulo oneroso in coniunctum facta fraudem non præsumis quoniam habita non uidetur coniunctio nis ratio, sed potius cum eo, tamquam cum extraneo contractum. l. non existimo. ff. de adm. tuto. & argumento. l. si pater. §. si duos ff. de adoptio. Verum si Ripa hæc conciliatio non satis tuta est, nam aduersus primū distinctionis membrum ex Bar. d. l. post contractum nu. 3. vers. secunda præsumptio: illud vrget, quod non rectè satis sensit, nec Bar. nec qui eum secuti sunt, ut rectè animaduertit eo loci Imola & Roma. & clarè Alcia. num. 28. qui affirmarunt, non ex eo fraudem præsumi in successore coniuncto, quod coniunctus præsumatur scire facta coniuncti. d. l. octauis, quia, ut iam retuli, cum Bal. in d. l. quonia. C. de iure delib. intelligitur, quo ad consanguinitatem, non quo ad cetera, ut fraudes delicti & his similia, quæ non solent etiam consanguineis comunicari, iuxta l. vltimā. ff. de ritu nuptia. Dec. consil. 64. col. 3. licet ergo in casu Barti quod ad ipsum donantem fraus præsumi

imposita, non tamen quoad ipsum successorem, ut hic, & fraus debet adesse ex latere utriusque, ut animaduertit Io. Annibal in d. l. post contractum num. 115. ff. de dona. qui affirmat iura non solere in his distinguere inter extraneos & sanguine coniunctos, quoniam si redit Bar. uerba d. nu. 3. perpendantur sentit post Dy. quem citat solam sanguinis coniunctionem fraudem nõ arguere etiā in successore ex titulo lucratiuo, nisi alia concurrat coniectura, quod clarè probant. Alcia. tracta. præsump. regu. r. præsump. 29. num. 4. idem responso. 125. nume. 8. in fin. & clarè idem censuit Picus in d. l. post contractum nu. 46. Non ergo Abba. Ripa & Cora. declaratio tam absolute iure defendi potest, quare ipse eam intelligerem veram, quando hic est successor consanguineus unā cum consanguineo, cui successit, habitabat moramque trahebatur enim tunc urgens præsumptio, quod nouerit & uoluerit vitium omnemque fraudem, ut pulchre declarant Ruij. consilio 168. num. 6. lib. r. & Craue. consil. 237. num. r. & si Cora. d. §. nihil commune secunda parte nu. 43. absolute hanc declarationem defendat, quod spolia a communiter contingentiibus omnibus sunt nota, quod minime verum arbitror.

48 Declaratur tertio non procedere in vicino, ut post Abba. docuit hic Ripa num. 44. et Cora. d. §. nihil commune secunda parte nu. 136. vbi & Rube. nu. 61. ea adducti sunt ratione, quia uicinus præsumitur scire facta uicini cap. quosdam ca. quanto, de præsumptio latè Felyo. in cap. literis, de præsump. quæ ratio non multum placuit Ripa, & Rubeo qui supra, quia si uicinus præsumitur scire facta uicini successiua, non momentanea, ut declarauit Bald. in l. conuenticulam col. 2. C. de episcop. & cleri. Alexan. consilio 80. col. 3. lib. 2. omnes in l. r. ff. si certum petat. verum (ut statim supra dicebam) actus spolij est quidem momentaneus, sed violentiæ uitium est successiuum, quare rectius dicendum est, uicinum præsumi scire facta uicini, quæ & ceteris verisimiliter nota esse possunt, vt declarauit idem Bal. in d. l. conuenticulam, quem est secutus ipse Ripa in l. r. nu. 46. ff. si certum petat. quod autem possessio affecta sit uolentia uitio, non omnibus uerisimiliter notum esse potest, et si aliter opinetur Cora. d. num. 136. sic nec ipsi uicino cognitum esse potest. Nec placet Ripa & Rubei distinctio, dum constituit differentiam inter uicinum spoliatoris, & uicinum rei in qua commissum

est spoliū, ut in uicino spoliatoris scientia non præsumatur, in uicino uerò rei contra, primum membrum esse verum, secundum uerò falsum. et si enim is sciat, t ob objectum rei, quis rem, uicinum possideat secundum Baldum in capitulo. §. si res. De pace tenend. in vltibus feud. vt simile scribit Cur. Jun. in l. r. num. 43. vers. secunda conclusio. ff. si certum petatur, attamen non præsumitur scire quo titulo possideatur: possideat. n. possit ex celebrato cõtractu, quæ t uicino iure ignorari creditur, ut affirmat Cur. Se. in l. r. num. 31. ibi Cur. Jun. num. 43. vers. uelociter tertia conclusio Ripa num. 46. vers. tertia coniectura & lac. Niger. num. 37. ff. si certum petatur, hanc ergo declarationem non arbitror in quouis casu absolute veram, nisi alia coniectura cõcurrat, itaque qualis esse debeat, erit arbitrio iudicis iuxta l. r. ff. de iure delib. cum sim. vnā ex multis illa cõsiderari potest, cum is t uicinus cum spoliatore uicino conuersatur cap. quosdam c. scriptum de electio. Dec. d. l. r. tertia lectura num. 59. ibi Ripa nu. 46. in fin. & Niger. num. 37. ff. si certum petatur, quare refert Ripa. d. nume. 46. post Socium Seni. consil. 187. lib. 2. t cautela esse ad hanc coniecturam excludendam, ut probatio nes fiant. Vicinum ipsum non conuenerit cõuersari cum uicino, possent & alia probari, quæ excludit penitus huius scientiæ præsumptionem, vt absentia, infirmitas, & his similia, ut est apud Ripam in d. l. r. num. 45. 46. & ibi Curtius Senior num. 31. 32. ff. si certum petatur.

55 Quæro. 6. an hoc t remedium concedatur contra eum, qui sciētè recepit rem uitiolam, sed vacantem: Ripa hic nu. 45. duo distinctio nis constituit capita. Primum est, quando res ipsa uitiolosa & vacans à spoliatore nunquam fuit possessa, ut in casu l. r. §. qui a me, de ui & vi armata. Secundum, quando fuit a spoliatore possessa res, quæ vacans reperitur nunc, quam distinctionem leuem fuit semper arbitratu, cum quoad ipsum succedentem res ipsa vacans semper dici possit, quod forte sentiens Ripa, vnum distinctionis tantum caput explicat, in quo post Innocen. & Abba. concludit concedi, quia sciens rei uitium omni casu dicitur in uitio succedere, quod non probat, cum uerè vacans res illa dicitur, quæ a spoliatore possessa nunquam fuit, eam ergo ingrediens restituere tenetur, non hoc nostro remedio, sed ex constitutione l. vltimā. C. vnde vi, vt suo diximus loco, qua constitutione cum prouisum iam fuerit hoc in casu, frustra

esset dicere necessariam fuisse huius nostri canonis provisionem. Nisi dicamus, necessariam fuisse, ut ita ecclesie bona, ut laicorum defenderentur. Nec aduersatur textus. l. 3. §. proinde, de ui & ui armata, a Ripa citatus, quia is recte facis respondet, ut alias nos declarauimus.

36 **Quæro 7.** an t concedatur hoc remedium contra quemcumque immediatum successorem uitiosum; & cœdici affirmarunt omnes, auctore Abb. hic n. 15, & Ripa n. 46. idem placuit Rubeo in. d. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 60. in fine & ibi Coras. secunda parte nume. 137. qui testatur omnium esse sententiam, cœdici etiam contra millesimum successorem. Cum in omnibus semper militet peccati ratio. Nec aduersatur verba huius canonis, quæ & si in solo illo successore, qui à spoliato re immediate causam habuit, loqui uideatur, attamen, (ut recte animaduertit Coras. d. nu. 137.) ratio generalis illa est, quæ ampliat dictum. l. reg. §. si quis. ff. de usuris & facti igno. & tradit latè Crauet. consil. 236. num. 10. in fin. consil. 242. num. 3. in fin. consil. 321. col. 2. in principio.

Declaratur eo in casu nō procedere, quādo alter ex ipsis mediatis successoribus fuisset in bonafide, quia tunc uultimus, qui possidere re peritur bonafide esse dicitur, ita ut contra eum hoc remediū agi nō possit, dicitur enim hoc casu purgatum uolentia uitium, sic declarauit Ang. in consil. 157. col. 1. uersic. sed si omnes medijs &c. qui col. vlt. affirmat hoc casu spoliatum teneri probare scientiam uitii omnium, ut apud eum.

57 **Quæro 8.** quid si alter ex possessoribus fuit in bonafide, spoliatusque fuerit, an sibi, uel primo spoliato remediū hoc concedatur, huic solo bonafidei possessori spoliato concedi affirmasse uidetur Innocen. hic, ea forte ratione, quia ultimum spoliū est purgandū cap. ultimo de ordi. cog. & alias fuisus suo loco supra diximus. Contrarium sentit Butr. ut refert & sequitur hic Ripa num. 46. uersic. sed hic suboritur dubitatio, qui affirmant utriusque concedi & primo & secundo, si modo nouus possessor cognouerit utriusque illatā esse uolentiam, uerius arbitror ultimo tantum spoliato relata ratione concedi. nec urget ratio Ripæ, spoliatores hunc & primo spoliato teneri, ob causam peccati, si nouit iam illum fuisse spoliatum, quia ex quo a bonafidei possessore rem possidere uidit & ab eo rem abstulit illi soli tenetur, quem offendit, nam illius, non primi possessoris possessionem, dicitur occu-

passe, sic n. alias supra docuimus, prædonē spoliati, ante omnia restitui, quanto fortius hic Bonafidei possessor? ex quibus cessat disputa tio Ripæ. d. num. 46. in fin. quorum alter præferatur, uel hic ultimo loco spoliatus, uel ille primus.

58 **Quæro 9.** an remediū huius canonis cōcedatur spoliatori, contra eum, qui scienter rem recepit a secundo spoliatore: & non concedi affirmat hic Abb. nu. 16. uersic. sed ego, ea adductis ratione, quia hoc remediū, solum fuit ad primi spoliati commodum adinuentum, ob scilicet animæ periculum, quare spoliator in peccato inuolutus non debet se posse fundare cōtra eum, qui alterius rem in debite detinet, ex quo enim commissit in legem, non debet posse illius auxilio adiuuari. l. auxilium in fin. de mino. Nec hanc Abb. considerationem euerit, quod a Ripa hic, num. 47. adfertur, dum inquit peccati rationem militare etiam in hoc successore sciente uolentiam illatam, quia spoliator tenetur ad estimationem primo per eum spoliato. l. cum uime de ieris. ff. de ui & ui armata, cuius obligationis causa dicitur is successor indebitē detinere etiam in spoliatoris præiudicium, ratio hæc Ripæ ex cuiusdēmet doctrina hic nu. 49. confunditur, dum negat hoc interesse considerabile esse, ut statim dicemus. Hac ergo in re considerandum est, quæ ex duabus rationibus præponderet, an illa conuenit, qua allegat, spoliatores agentem agere non posse, cū peccato obnoxius inuolutusque sit, an illa ipsius spoliatoris agentis, & dicentis aduersus conuentum, restitue, quod malè detines, tanquā successor illius, qui me spoliauit, cum tibi nō liceat allegando ius tertij in peccato esse, & sine ut conueniat ab eo ipse, quem tu a me falso spoliatum opinaris. Dicerem ego potius esse spoliatoris primi rationem, tum, quia nouus ille spoliator non potest ius tertij allegare, ut subijciam, tum quia is primus spoliator tenetur primo domino restituere, ut sensisse uidetur hic Ripa num. 48. & statim referam, & in hanc sententiam adducor Theologorū autoritate, quorum crebrior est opinio, tū non furia quo ablata est, sed uero domino esse restituedam, nisi conijci possit uerè furem re recepta illa uero domino restitutum, uel nisi caueat idoneè, quod uerè restituet, sic post Angelū Clauasium in summa in uerbo Restitutio num. 1. & Syluestr. in eadem summa in uerbo Restitutio. 3. in questione. 7. declarat Didacus Couarr. in cap. peccatum in secunda parte. §. 12. num. 1. uersic. tertio patet

empto-

emptorē, de regulis iuris in. 6. citat & eiusdē sententia Io. a Medina Tractat. de contractibus. q. 10. & confert. l. Bonafides. §. penult. ff. de positi, ut alibi diximus.

60 **Quæro 10.** an hoc remediū concedatur spoliatori malafidei, sine uolentia cōtra suū spoliatores: & concedi affirmat post Abb. hic Ripa nume. 48. qui uerum intelligunt, si modo uerisimilis addit coniectura, vel præstetur cautio, quod res domino restituetur, (ut etiam in præcedēti questione retulimus) suadet enim iuris æquitas, rem uero domino non prædoni esse restituendam. l. bonafides §. pen. ff. de positi, quam aliàs declarauit supra in primo remedio. q. 11. & statim attigi supra. Non placet tamen una ratio, quam hic perperdit Ripa, quod cum his malafidei possessor non tenetur ad estimationē & interesse spoliato. l. cum a te. ff. de ui & ui armata, non posse arguere reum esse in peccato respectu sui, quia & si ex dispositione illa interdicti unde ui, non tenetur is possessor malafidei ad aliquam restitutionem, uel estimationem. d. l. cum a te, tenetur ex dispositione canonis nostri, iuxta suam generalē rationem, cum a spoliato cōueniri possit, quare sua maxime inter est rem a spoliatore cōsequi, ut eam uero domino restituat.

61 **Quæro 11.** an hoc remediū concedatur possessori bonafidei contra bonafidei possessorem: & non concedi affirmat hic post Abbatem Ripa num. 49. peccati enim ratio cessat hoc casu, cessant & uerba canonis nostri, quæ uitium successoris considerant, & res clarissima est. inquit tamen Abbas alijs remedijs esse hoc casu succursum bonafidei possessori, ut ex canone Reintegranda. 3. q. 1. & ex l. si coloni, qua de resuo loco diximus. Nec aduersatur relate sententiæ text. l. uitia. C. de adquirenda possessione, quo dicimus possessionis uitium in quemcumque possessorem transire, quia ut inquit hic Ripa num. 49. intelligitur solum ad impediendam prescriptionem, ut iam aliàs declarauit, & in his ferè terminis sic declarat Calca. consil. 116. nu. 7. uersic. Nec obstat quod &c.

62 **Quæro 12.** an t agēti hoc remediū, proprietatis exceptio obijci possit: distinguit hic Ripa num. 50. aut intelligimus de dominio alterius, aut de proprio, primo casu affirmat Ripa, & rectè non posse obijci, ex text. an. l. si Soer. §. Lucius. ff. soluto matrimonio, ad cuius interpretationem præter scribentes ibi, uidendus est Ruinus consil. 183. num. 5. li. 1. Paris. consil. 95. num. 3. §. lib. 2. Boc. q. 329. hæc enim exce-

ptio non est exclusiua intentionis agētis, qua re obijci nō poterit iuxta declarationem Bar. in l. 2. ubi Soc. num. 6. 7. ff. de excep. rei iudicata, latè Tiraquel. in l. si unquam in uerbo Reuertatur num. 358. C. de reuo. dona.

64 **Secundo casu t obijci posse creditur Ripa, & idem affirmat Corfet. in Tractat. Fallen. ad regulam, quod spoliatus restituitur ante omnia Fallen. 43. qui huius sententiæ retulit Bal. in l. 2. in fi. C. de ser. fug. uerū Bal. eo loci nō in casu remedij nostri canonis, sed l. si coloni, & officij iudicis loquitur, qua de re sus locis diximus, Bald. autem in l. incuilem. C. de furtis, qui & à Corf. citatur subobscure sentit non posse obijci, ut statim subijciam, ea ratione utitur Ripa, quia cōstitutio nostra fundatur in periculo animæ, contra eum, qui aliena detinet, quæ ratio cessat in eo, qui detinet propria, quæ sanè ratio parum urget, cum hæc sit argumentatio a sensu contrario, quæ non recipitur cum alia pugnant iura & rationes, ut alias supra ad monui quinimo retorquetur Ripæ ratio, nam æquitas huius canonis est fundata in uitio illius possessoris, quod uitium, ut purgetur extinguatque, ante omnia restituenda est possessio, nec hic constituenda est differentia, quod ratione proprietatis res sit propria deumentis, uel aliena, sed sola possessio occupata consideratur: quare ut in interdicto unde ui, ad cuius exemplum inductum est hoc remediū, obijci non potest proprii dominij exceptio, sic nec hoc in casu, ob id retius Bald. d. l. incuilem, & clarus Rube. in l. naturaliter. §. nihil commune num. 62. de adquirenda possessione, senserunt dominij proprii exceptionem non posse obijci, nec dissentit Butr. in cap. pastoralis, de causa possessionis & propr. & Soc. Sen. consil. 266. colum. 7. uersic. præterea etiam remediū lib. 2. quibus subscribo.**

65 **Quæro 13.** an t successor iste conuentus possit hoc casu nominādo alterum se ab hoc iudicio eximere: & non posse affirmat hic Ripa nu. 51. post Abba. & cæteros quos citat: ea moti sunt ratione, quia iste successor conuenitur ex proprio uitio & facto, cum scienter se intruserit, & cum sibi possideat, non habet facultatem nominandi dominum in iudicio. l. 1. C. ubi in rem actio, & hæc de re latius diximus supra in præcedenti remedio. q. 31. ubi in prima declaratione hæc attigi quæstionem, non repeto.

66 **Quæro 14.** an hoc remediū concedatur pro re rapta: & non concedi affirmarunt hic Inno. & Abb. et si Ripa nu. 53. dissentiat, do-

q q ij cui

S V M M A R I V M  
DECIMISEPTIMI  
ET VLTIMI RECVP-  
RANDAE POSSES-  
SIONIS REMEDII  
EX OFFICIO  
IUDICIS.

cui supra in Decimotertio remedio in q. 3. pro re mobili rapta concedi illud remedium ex. l. vltima. C. vnde ui, quare, quo ad laicos superflua foret hoc casu constitutio nostra, si sequamur Abba. sententiam. verum si recte perpendatur, non erit superflua, sed omni in casu necessaria. cum constitutio illa vltimae locum solum habeat contra occupatorem immediatum, non contra hunc successorem, & tam pro re mobili, quam immobili procedit.

67 Quæro. 15. an hoc t remedium concedatur spoliato per vim compulsiuum: & non concedi affirmavit hic Abb. quia verba constitutionis solum intelliguntur de vi expulsiua, accedit quod hæc constitutio est inducta ad similitudinem interdicti, vnde ui, quod vi compulsiua spoliato nõ concedi iam multis firmauimus supra in primo remedio. q. 10. contrariam tamen sententiam firmavit in casu nostro Ripa hic num. 16. in fin. ea ratione, quia constitutio nostra in peccati ratione se fundat, quæ hoc casu locum habet, ab Abbatis sententia non recederet, cum vi compulsiua spoliatus, non dicatur contra suam voluntatem spoliatus, quare, ut improprie spoliatus non restituitur, ut in d. q. 10. alias admodum, quare alio vtatur remedio, Nec Ripa ratio urget, quia alio remedio contra hunc detinentem, uero possessori est succursum.

68 Quæro. 16. & vltimo in notabili & quotidiana questione, maritus possidet bona dotalia, cecidit aliquo uentura posses. dd. bonorum deinde dum studet amisam possessionem recuperare committit violentiam, postmodum moritur, & bona restituntur vxori, dubitari contingit an sua possessione spoliatus à marito, possit remedio huius canonis experiri contra vxorem, quæ nunc possidet, hæc questione mouet Isernia in cap. 1. §. si uasalus col. 4. & ibi clarius Afflict. m. 11. si de feudo defuncti mil. fuer. contrò. inter domini & Agna. & affirmant. posse, sic etiã intelligentes constitutionem illam Regni, circa uolentiam, quam dicunt à canone nostro originem duxisse, ut supra in prin. huius remedij retuli, ipse pariter Iser. & Afflict. subcribo ea præcipua ratione, quia negari minimè potest, quin uitio sit possessio, quæ in vxorem deuenit, quare uitium prius purgatum est, & quoad possessionem dicere non potest mulier, se rei proprie in fiteri, cætera non refero, hæc ad cap. sape, de restit. spolia. quod est decimum sextum in ordine recuperandæ possessionis remedium scripsisse uolui.

1 Remedium recuperandæ possessionis ex officio iudicis, quære vltimo loco collocatum.

2 Remedium recuperandæ possessionis ex officio iudicis unde pronouerit.

3 Habitus vel ueni cenaculo illius possessor non dicitur.

4 Iudicis officium, quod ad recuperandam possessionem datur æquitate nititur.

5 Iudicis officium conceditur spoliato lite pendente vel appellatione interposita.

6 Iudicis officium an datur contra singularem successorem in iussum cum titulo oneroso.

7 Iudicis officium datur contra singularem successorem in iussum, cum titulo lucratiuo.

8 Iudicis officium obligationem non presupponit veram, sed solum quasi.

9 Iudicis officium in iussum ad iussum datur.

10 Qui per collusionem. §. ult. ff. de actio. empti, in qua actio nisi sit actio loquatur.

11 Iudicis officium non datur contra singularem successorem ignoranter quæsiu titulo in re uitiosa succedentem.

12 Remedium extraordinarium cessat, cum ordinario locum esse potest. Et inibi declaratur.

13 Remedia duo. extraordinaria possunt ad iudicem inuenire.

14 Iudicis officium an ei concedatur, qui propria culpa & facto possessionem amisit.

15 Iudicis officium concedatur ei qui proprio facto possessionem amisit, si modo ei concedatur alias in integrum restitutio.

16 Ecclesia, qua suo facto possessionem amisit iudicis officium recuperare potest.

17 Minor, qui suo facto possessionem amisit iudicis officium recuperare potest.

18 Iudicis officio si suam recuperat possessionem, qui ex suo facto adhuc non perfecte recuperauit.

19 Contractus, qui celebratur, ut rei mensuratur, vel pendetur, perfectus non dicitur, ut rei mensuratur, vel pendetur.

20 Iudicis officium locum habet in casu. l. 2. C. de pratorio priuilegio.

21 Iudicis officium an concedatur colono, inquilino commodatario & similibus, ut recuperent ablatam ab eis possessionem, seu detentionem.

22 Colono qui pensionem non soluit non succurritur iudicis officio ut ablatam possessionem recuperet.

23 Iudicis officium an concedatur fructuario, & illi qui annuus redditus emittit.

24 Iudicis officium ad recuperandam possessionem ablatam seu occupatam lite vel appellatione pendente, quod.

25 Spoliatio lite pendente vel appellatione iudicis dedit auctoritatem.

26 Iudicis officium datur contra singularem successorem, qui successit in possessione occupata lite pendente vel appellatione.

27 Iudicis officium datur contra singularem successorem, qui successit in possessione occupata lite pendente vel appellatione etiam non probata scientia utriusque successoris.

28 Iudicis officio agentis ad recuperandam possessionem obijci non potest alterius spoli exceptio.

29 Iudicis officio agentis ad recuperandam possessionem obijci non potest vltima spoliationis exceptio.

30 Fictum primi spoli aliquando prius purgandum.

31 Iudicis officio agentis ad recuperandam possessionem ex communicatione exceptio obijci non potest.

32 Iudicis officio agentis ad recuperandam possessionem in beneficiis tituli defuncti exceptio, quando obijci potest.

33 Iudicis officio agentis ad recuperandam possessionem obijci an possit exceptio, præsumptionem iuris contra eum esse.

34 Iudicis officio ad recuperandam possessionem, cum mouetur iudicij ordo non obijci uatur.

35 Libellus, & liti concessio non est necessaria cum officio iudicis agitur ad recuperandam possessionem.

36 Fructus qui sint restitendi spoliato agentis ex officio iudicis.

37 Iudicis officio agentis ut ius spoliandi recuperet an obijci possit exceptio, cadatur uexandum non esse.

38 Attentata pendente appellatione quousque reuocari liceat petere.

39 Spoliatus officio iudicis agens si pendente appellatione a sententia contra eum lata spoliatus spoliatorem appellationi renouasse dicitur.

40 Attentata non reuocantur, si attentata ea ratione sunt, quia inueniebatur periculum.

41 Susceptor de fuga pendente appellatione prehendi potest.

42 Lite pendente vel appellatione, an graui crimine infamatus spoliari possit.

43 Spoliatio lite pendente facta a diffidit a spoliatione facta pendente appellatione.

44 Spoliatio facta a tertio ratione sui interesse lite cum altero pendente reuocatur officio iudicis.

45 Titulus. Nil nouari pendente appellatione, tertium non afficit, si ratione sui interesse aliquid molatur.

46 Remissorie concedenda an sint cum officio iudicis agitur.

47 Spoliatio lite pendente facta an impediatur suspendatque petituriam iam inuentam.

48 Franciscum Arctium laudatur.

V L T I M V M R E C V P E R A N D A E  
P O S S E S S I O N I S R E M E -  
D I V M E X O F F I C I O  
I U D I C I S .

Remedium hoc t ex officio iudicis posteriori loco non ea ratione collocauimus quod a legislatoribus, sit ultimo loco adinuetum, sed quia ut extraordinariu subsidium; uisum est commode hic collocari potuisse, scio etenim Papiniani uiri acutif-

2 simi fuisse inuentum, ut is ostendit in l. Attilius, uel (ut alij habent Codices) Aquilius Regulus. ff. de dona. ibi, quod vi expulsiu Nicostratus ueniat ad iudicem, ad exemplum interdicti, quod fructuariorum ponitur, defendendus erit, quasi loco possessoris &c. & si. n.

3 is cui t comaculi usus, uel alia habitatio, possidere non uideatur, sed eam solum facultatem sit affectus, quod etiam respondit Dec. cõf. 355. nu. 1. post. Bart. & ceteros in d. l. Aquilius, attamen si ab ea facultate deijciatur, spoliaturq; hoc iudicis officio ad exemplum interdicti unde ui, restituitur, quod sanet iudicis officium, cum equitate quadam nitatur iuxta. l. planè. ff. de petito. hered. ca. 1. de off. iud. & docuit Dec. in. l. si me & Titium nu. 4. §. ff. si certum pet. factum est, ut illud ad certos alios casus, cum æquitas suadet extenderent interpretes, ne scilicet is spoliator, cum alterius iactura locupletetur: hinc etiam factu est, ut & summi Pontificis iudicis hoc t officij, ad casum illum protraxerint, cum lite pendente, uel appellatione, qui possidet, uel detinet, deijciatur, ut extant constitutiones Inno. 3. in cap. bona memorie de appella. & in cap. Accedens. il. i. ut lite non contestata. ut ergo ex ordine explicem, quæ in hoc remedio cognitui utilia sunt duo constituam capita, primo in officio iudicis ante litem motam, quo profuturum dicitur in his casibus in quibus interdictio unde ui non erat succursum: secundum erit quando spoliatio, uel lite pendente uel appellatione, facta est.

Primum caput pluribus questionibus propositis declaratur.

6 Quæro ergo primo an hoc remedium concedatur contra singularem successorem, male fide scienter succedentem in uitiosa possessione, & non concedi crebrius nostri affirmarunt: ut post Abba. in cap. saepe in. 8. testatur ibi Ripa. nu. 9. esse commune sententiam de restit. spolia. idem censuit Io. Corasius in. l. naturaliter. §. nihil commune secunda parte nu. 120. uerf. uigesima regula. ff. de adquiren. poss. quibus nõ accedo tam absolute, sed tres casus distinguo primus est cum scienter in uitium is successor, cum titulo oneroso successit secundus quando tit. lucratiuo scilicet successit, tertius quando ignoranter ex utroq; titulo, primo casu placet communis ea (preter illos) ratione, quod officium hoc iudicis sit ad exemplum interdicti unde ui æquitate quadam inductum. d. l. Aquilius in ff. & iam est certum interdictio unde ui, succursum non fuisse, contra singularem successorem. l. cum a te. ff. de



vi & ui arma. nec suggerit æquitas ut is molestia afficiatur, qui ære proprio erogato rē hanc recepit. quæ sanè ratio solidior est illo fundamento, quo relati interpretes nituntur, dum inquirunt ante constitutionem cap. sepe succurrum non fuisse spoliato contra singulare possessorem aliquo remedio, nam huic argumentationi facili negotio posset responderi, non fuisse quidem olim actionis remedio aliquo succurrum, nō tamen sequi, ergo nec iudicis officio, cū iudicis officii, & actio, duo diuersa sint, & si a lege negatur actio, non tamen iudicis officium. l. planè. ff. de petitio. he. red. Bar. & omnes in l. i. vbi las. nu. 8. Dec. nu. 27. ff. de iurisd. om. iud. non est ergo concludens argumentatio, concessa non fuit actio, ergo nec iudicis officium, nec huic sententiæ aduersantur, quæ in contrariam sententiam solent adferri, cum satis respondeant Ripa et Cora. præcitat. locis, qui & si aliqua cōmissa cantur in responsione illius rationis, æquitate suadente concedi debere remedium hoc aduersus singularem successorem. rectiustamen, (vt uno attigi verbo), dici potest, nullam hic subesse æquitatem.

7 Secundus est casus quando titulo lucratiuo singularis hic successor sciēter in possessio- ne uitiosa successisset, quo in casu aduersus ceteros uerè credo concedi hoc remedium, ex æquitate ratione, quæ suadet hunc cum aliena iactura non debere locupletari, nec una me mouet ratio, quam sentit Ripa. d. cap. sepe num. 9. iudicis officium hoc casu concedi non posse, quia t iudicis officium nullam præsupponit obligationem. l. qui per collusionem §. si. de actio. emp. sed in casu nostro subest obligatio, ergo & actio. l. licet. §. ea. de procura. si ergo datur actio, ergo cessat officium iudicis, quam argumentationem sentit, & Cora. d. §. nihil commune secunda parte num. 20. quia responderi sic potest, quod licet officii iudicis nullam, præsupponat obligationē ue- ram & propriam, præsupponit tamen quasi obligationem, ut est glo. nota. in l. si seruum. §. ultimo in uerbo peti possit. de verb. ob. ubi Alex. alia adfert, & scribit Gomes. §. r. nu. 32.

9 Inst. de actio. rursus dicit iudicis officii dari instar actionis realis, & qui iudicis officio tenetur, realiter tenetur, sic Bar. in l. 4. §. Cato. nu. 5. de uerb. oblig. idem in l. ultima. ff. de iur. iur. las. d. §. Cato. nu. 26. Gomes. d. §. r. n. 31. Inst. de actio. Rube. in l. non solum. §. morte num. 496. de operis noui nuntia. & ex relatis Gomes. clarè docuit, iudicis officium saltem aduersus singularem successorem esse instar a-

ctionis realis, ex l. ait prætor in prin. ff. de edē do, inquit; d. l. qui per collusionem. §. ultimi mo intelligi de actione personali, & ideo rectè Bartol. in l. si tertius. §. si quis prius ff. de aqua plu. arcen. & Soc. Sen. consil. 121. in fi. lib. 1. dixerunt, hoc iudicis officium esse in re scriptum. l. in causa. §. interdū de minor. hac ergo suadente æquitate dicendum est, concedi hoc casu contra singularem hunc successorem: & hoc in casu rectè loqui potest Soc. lu. conf. 32. nu. 9. lib. 2. post Cardinalem, quem citat.

11 Tertius est casus quādo ignoranter ex quouisitatio hic successit in uitiōsa possessione in quo unā cum Ripa in d. cap. sepe nu. 13. & Corasio. d. §. nihil commune secunda parte nu. 12. 4. affirmo non concedi, & eiusdem sententiæ fuisse animaduerti Præcum in disputatione petitorij & possessorij, primo dubio nu. 43. illa uera ratione is Fracus adducitur, quia cessat hoc casu æquitas, nec enim fraus uel dolus uel aliud uitio huic successori adscribi potest, & hoc solidius est fundamentum quam illud Ripa, quo dicebat iudicis officium ut remedium extraordinarium cessare, ubi datur ordinariū. l. in causa. la. 2. ff. de minor. at hoc casu inquit ille contra hunc successorem datur remedium ordinariū ex cap. reintegranda. 3. q. 1. ergo cessare debet extraordinarium: nam huic argumentationi multipliciter responderi potest, & primo ut animaduertit Cora. d. nu. 12. quod quādo t remedium extraordinarium est causa adiuuandi ordinariū inductum, non cessare, sic declarat Bar. in l. de usu. ff. de uarijs & extraord. cognitio. & las. in l. in provinciali. §. 1. col. ultima uers. limita. primo quando ff. de oper. no. nu. cum ergo in casu nostro officium iudicis sit potius ad adiuuandum interdū unde uis & re integranda, quā aliter, est dicendum nō debere cessare. respōdeo secundo, interdū unde uide vi dici remedium extraordinarium. §. ultimo Inst. de interd. las. d. l. in provinciali. §. 1. nu. 8. sic dici potest de remedio ex cap. reintegranda ex his quæ in illius interpretatione diximus in prin. sed duo t extraordinaria remedia adiuuicem non se impediunt. las. d. l. in provinciali. §. 1. nu. 9. ubi alios citat, ergo nec hoc casu cessabit, tertio responderi potest, non esse satis clarum, quod in hoc casu spoliato sit succurrum ex illo canone reintegranda vt diximus in d. remedio. q. 11. relata ergo ratione, cum communi reideo.

14 Quæro secundo an hoc remedium illi spoliato concedatur qui propria culpa & factio e-

stus possessione cecidit: & non concedi affirmat post Buttr. & Imolan. Ripa in d. cap. sepe. nu. 14. de restit. spolia. idem censuit Cora. in d. §. nihil commune secunda parte nu. 12. motus ex tex. lab hostibus, uel melius ex l. non enim. ff. ex quibus caus. maio. & ex cap. accedens, ubi Imol. ut lite non contesta. nec difficultatem facit, quod in oppositum mouet Ripa, esse ex æquitate quadam huic spoliato succurrum, cum alio remedio nō sit illi consultum, quia ut animaduertit & rectè Cora. nulla hic æquitas subest, qua illi succurrum sit, non enim dormientibus, sed uigi- lantibus subuenire solent leges. l. pup. in fi. ff. de his quæ in fraud. cred. quare iam supra ostēdimus in remedio. 15. ex. cap. reintegranda in. q. 13. ex illo remedio, nō esse huic spoliato succurrum, sic etiā uidemus in infortis alijs prope casibus, leges nō subuenire negligentibus vt latissime diximus supra in remedio. 7. q. 5. in fi.

16 Declaratur tamen primo hæc conclusio, non procedere quoad eos, qui alias possunt in integrum restitui, sic Ripa & Cora. præcitat. locis, post Soc. Sen. conf. 39. col. 2. uers. circa secundam quæstionem lib. 3. idem in l. 1. re quæ nobis nu. 9. ff. de adquiren. poss. qui eius dem sententiæ citauit Abba. & Buttr. in d. cap. accedens. l. 1. ut lite non contesta. ob id Alex. conf. 103. nu. 7. lib. 7. post Hostie. d. cap. accedens respondit, ecclesiam posse hoc uti remedio, cum ex iusta causa sibi concedatur in integrum restitui & idem in minore respondit Soc. lun. conf. 52. nu. 6. lib. 2. quod intelligit Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 9. dummodo sit intra tempus restitutionis, aliās enim eo elapso, quemadmodum restitutioni in integrum locus non esset sic nec huic iudicis officio, quam declarationem esse nouam & notat dignam dixit.

18 Declaratur secundo non procederet quādo actus, quo propria uoluntate possessionē is amittit qui se deinde spoliatum dicit, non est adhuc perfectus, ut est, cum uenditio est facta ad mensuram, & antequam fiat, is emptor propria auctoritate ingreditur, nam ex quo ante t factam mensurationē, contractus dicitur imperfectus. l. quod sepe. §. in his. ff. de contrah. emp. Bart. l. lul. §. si Titius num. 2. de actio. emptio. Soc. Sen. consil. 51. col. 1. consil. 120. col. 1. lib. 5. Afflic. Decis. 280. nume. 1. Dec. conf. 32. col. 2. conf. 618. nu. 5. Soc. lun. conf. 181. nu. 78. lib. 2. hoc ergo casu si ingreditur emptor dicitur ipsam uēditorem spoliare, sic consuluit Alex. consil. 33. nu. 4. lib. 6.

repetitū in consil. 90. lib. 7. & clarè sic declarat Soc. d. l. rem quæ nobis nu. 8. uers. & hoc uerum intelligo, quod tamen declarat Alex. d. conf. 33. nu. 5. circa med. nisi uenditor passus fuisset ipsum emptorem sic ingressum possidere, nec aliquo modo conuenisset fuisset, declara quoq; nisi non obstante ipsa mensuratione fienda, expressa traditio facta fuisset. Dec. in l. traditionibus nu. 6. C. de pactis.

20 Declaratur tertio non procedere t in casu remedij. l. vlt. C. de prætor. pign. Lucas a Péna in l. si coloni. q. 21. in fin. C. de agricol. & cens. lib. xj. & diximus suo loco supra in remedio. 12. ex. d. l. vltima.

21 Quæro tertio an t hoc iudicis officii concedatur Cōlono, inquilino, commodatario, & similibus, qui non possidere, sed detinere dicuntur: & concedi affirmant glo. in l. & non tantum. ff. de pet. hered. in l. Aquilius Regulus. ff. de donatio. in l. manifestissim. §. sed in secunda. C. de furtis Bart. in l. de usu. ff. de uarijs & extraord. cog. Bal. l. adem. col. 2. C. locati, Francus in disputat. petitorij & possessorij, primo dubio nu. 43. Soc. in l. rem quæ nobis nu. 18. de adq. poss. Ripa in d. cap. sepe nu. 17. de restit. spolia. Cora. in d. §. nihil commune secunda parte num. 127. Plotius in l. si quando nu. 98. C. vnde uis, Lucas a Péna in l. si coloni. q. 21. C. de agricol. & cens. lib. xj. Neuiz. consil. 80. nu. 3. Alcia. responsio. 426. nu. 2. Rober. Maranta de ordine iudicio. 7. distinctione nu. 35. ea adducti sunt ratione, quia iure ciuili nullū datur his detentatoribus remedium. l. 1. §. de iur. ff. de ui & uis ma. & ideo glo. in l. si de fundo. C. locati, inquit, colonum a possessione per dominum deiectum contra dominum deiectionem habere actionem ad interese: si uerò deiciatur à tertio agere contra dominum, vt sibi cedat interdū unde uis, quo contra illum tertium valeat experiri ut tunc ex iure cesso potest, & alia retulimus supra in primo remedio ex interdū unde uis. q. 4. Nec est uerum, vt malè opinatus est Lucas. d. l. si coloni. q. 21. fuisse & alio iure his detentatoribus succurrum, vt ex l. si coloni & ex §. sed etiam suscipientes, in auth. de mand. prin. quia. l. si coloni, loquitur in proprio possessore, nō in detentatore, vt etiam loquitur is textus. §. sed etiam, sic Cy. in l. vlt. §. sed cum in secunda, C. de furtis. Nec fuit succurrum ex condicione indebiti, vel triticaria, vt scribit is Lucas, cum ambā in possessore loquantur, vt aliās admostrui, & tradit Cy. in l. q. 3. C. vbi causa sta. Contrariam tamen sententiā probauit Alcia.

Alciatus in l. in rem que nobis num. 7. de adquiren. possess. affirmans non concedi his detentatoribus, cum nullo modo possideant. ob id ipse intelligit solum concedi, cum aduersus Furem ratione sui interesse agit, vel cum ciuilem possessionem est assecutus, vt in fructuario, & similibus. recedere tamen ad receptissima aliorum sententia durum nimis iudico.

22 Declaratur non procederet ex iusta causa, vt in colono, qui non soluit pensionem, Bal. in l. si coloni col. 2. C. locati Alex. conf. 131. col. 1. lib. 4. & alibi saepe.

23 Quero quarto an hoc iudicis officium concedatur illi, qui emit fructus vel reditus annuos, vt in eo qui conduxit Veſtigialia Pedagia & similia: & concedi affirmat Bart. in l. cotem ferro §. qui maximos num. 12. ff. de publica. & vno verbo cum probauit Alex. responso. 436. nu. 2. ratione enim illius commoditatis & facultatis, quia frui impeditur, consequitur hoc remedium. d. l. Aquilius de donat.

24 Secundum caput de officio iudicis, lite vel appellatione pendente est, in quo aliqua sunt explicanda, que in foro sunt vtilia. vnum ergo hoc remedium esse reuocatorium attentatorum appellans nostri, quod ceteris magis priuilegiatur dicitur, cum non modo pars spoliata leditur, sed & iudicis autoritas contemnitur, sic omnes praesertim Francus in cap. bonae de appella. Hier. de Monte transinum. q. vlt. num. 3. inquit tamen Affl. decis. 371. num. 1. 2. esse remedium extraordinarium.

25 Quero primo an hoc remedium concedatur contra singularem successorem: & concedi affirmant omnes in cap. bonae memoriae ibi Dec. num. 7. de appella. quo loci inquit hoc remedium plenius prouidere quam interdictum recuperandae, idem Dec. conf. 103. num. 1. & concedi contra singularem successorem probat is tex. cap. Bonae, idem tradit Ripa in cap. saepe num. 10. late Soc. Iun. conf. 52. num. 11. lib. 2. vbi Oldra. & Dec. idem affirmantes retulit.

26 Extenditur primo procederet etiam si spoliatus iste non probet illum successorem scire in re utiosa successisse: sufficit enim si probet pendente lite fuisse in possessione, & tunc spoliatum fuisse, sic Ripa d. capit. saepe num. 10. Guid. Papae. q. 362. post Bartolum. l. de vsu, de uar. & extraor. cogni. ex quo patet utilius esse hoc casu interdicere hoc remedium, quam illud ex capitulo saepe, in quo contra

tertium hunc successorem est probanda scien-  
tia utriusque, ut diximus in d. remedio ex cap. saepe. q. 5.

28 Quero secundo an t aduersus hunc spoliatum lite pendente possit obijci alterius spoliationis exceptio: & non posse affirmat Imol. in cap. ultimo de ord. cognitio. Affl. decis. 98. num. 4. Dec. confil. 200. num. 3. Ripa in cap. saepe num. 10. uersic. secundo quia, de restitutione spoliatorum Ferretus confil. 170. nu. 1. 2. Corasi. in d. l. naturaliter §. nihil commune secunda parte nume. 123. ibi etiam Rubens nu. 301. de adquirenda possessione, ubi commune & ueram testatur. illa est ratio, quia spoliatio haec lite pendente facta, dicitur magis odiosa Ripa. d. §. nihil commune num. 67. Dec. d. confil. 200. num. 4. Alcia. responso. 408. nu. 6. leditur enim hic spoliatus, & contemnitur iudex.

29 Extenditur procederet etiam si obijciatur huic agenti hoc remedium spoliatio facta post illam factam lite pendente: & si enim regulariter ultimum spoliatum sit purgandum cap. ultimo de ord. cog. l. si quis ad se fundum. C. add. Jul. de iis, atamen t hoc casu primum spoliatus prius purgandum est, sic Castren. confil. 199.

30 Priusquam iura colum. ult. uersic. tertio simi liter libr. 2. quem secuti sunt Dec. confil. 200. num. 3. uersic. quarto bene Ripa. d. §. nihil commune num. 68. Alcia. responso. 408. num. 6. illa est ratio, quia est odiosior altera, quare in hoc utilius esse uidemus, intentare hoc casu remedium hoc, quam interdictum unde ui, in quo non ita facile repellitur alterius spoliij exceptio ut late diximus in primo remedio ex interdicto unde ui. q. 32. & tradunt Ripa & Corasi. qui supra.

31 Quero tertio an t contra agentem hoc remedio possit obijci excommunicationis exceptio: & non posse affirmat Fely. in cap. dilectus de rescript. & ante cum Rota, quam refert & probat Dec. confil. 200. num. 2. uersic. secundo, specialiter Rober. Maranta in sua praxi iudicio. in titulo de appellatione. num. 393. Cora. d. §. nihil commune secun. parte nu. 123. & ibi Rubens num. 301. Hieron. de monte in Tract. finium. q. ult. num. 4. ex quo intelligimus hoc casu esse utilius intentare hoc remedium, quam interdictum unde ui, in quo admittitur excommunicationis exceptio, ut diximus supra in primo remedio. q. 30. & tradunt Cora. & ceteri supra relati.

32 Quero quarto an t contra agentem hoc remedio obijci possit exceptio in beneficiis defectus tituli: & non posse affirmat

sua

Francus in cap. non solum §. illa uero quarto nota. de appella. in. 6. Oldra. confil. 206. In causa Carnocensi col. 2. uersic. ad secundam quae sionem, hanc sunt secuti lappus & Gemina. ut in cap. ad decimas de restitutione spoliatorum, ubi huius sententiae alios retulerunt, idem respondit Alexand. confil. 99. num. 9. lib. 5. ubi Carol. Molin. e. testatur hanc in foro recipi, Ripa in d. cap. saepe num. 11. 12. Rubens. d. §. nihil commune num. 301. & hanc latissime defendit Didacus Couarr. libro. Practica. quae sio. cap. 23. num. 4. ubi in beneficiis mul-  
tos refert aliter sensisse, & praesertim Rotam cuius mentem & opinionem declarat, haec quidem attentata reuocari ex officio iudicis, cum illata illi uideatur iniuria, non ad partis postulationem, & praeter eum sic clare sensisse ipsa Rota in Decisio. nouis in titulo de restitutione spoliatorum Decisione secunda & clare Cassad. in tit. de restitutione spoliatorum Decisione 3. num. 6. quem est secutus Rebuffus in commenta. Regiarum constit. tomo tertio titulo de causis possessionis beneficiorum articulo primo. glosa. 1. num. 3. Gabriel Saray. in additio. ad notabilia Matthes. nota. 29. num. 10. Hier. de monte Tractatu finium. q. ultima. num. 5. 6. multa a Didaco tradita doctae satis non repeto, ex quo constat utilius esse in hoc casu intentare hoc remedium, quam illud interdictum unde ui, uel reintegrandae ut relati affirmant cum in illis notorius proprietatis defectus possit obijci, & suis late ostendimus.

33 Quero quinto an t contra agentem hoc remedio obijci possit exceptio iuris praescriptio nem esse contra eum: & non posse affirmat Perus. & ceteri relati a Ripa in §. nihil commune. 78. ex text. in cap. si conlitterit de accusa. Gabriel Saray. in additio. ad notab. Matthes. notab. 28. num. 3. quae sententia ex quaestione praecedenti a fortiori uera demonstratur. Nec me mouet, quod aliter sensisse uideantur Abba. in cap. 1. in tertio intellectu. de appellat. & Alcia. responso. 37. num. 2. quia intelligerem ex declaratione supra relata, reuocari haec non ad partis postulationem, sed ex iudicis officio ex quo constat esse utilius hoc casu hoc remedio uti quam interdictum unde ui, uel altero in quibus exceptio obijci potest, Ripa in d. §. nihil commune nume. 77. & suo loco diximus.

34 Quero sexto an t iudicij ordo seruandus sit cum hoc remedium proponitur: & non seruari affirmant glos. in Clem. 2. ut lite pendente Bald. in l. appellatione colum. 2. C. de

appellatio. Abba. cap. ex parte colum. penult. de rescript. Soc. Sen. in cap. quoniam frequenter colum. 27. uersic. sexto fallit, ut lite non contestata. Alexand. 99. num. 9. lib. 5. Ripa in cap. saepe num. 10. uersic. tertio, quia de restitutione spoliatorum Dec. in cap. bonae memoriae. nu. 22. de appellationibus. Vantius in Tract. nulli ta. in titulo quot & quibus modis null. pro. p. possit num. 28. Neutz. conf. 80. num. 1. ubi post Baldum & Marfilium affirmat non esse t necessarium libellum nec litis contestationem, Ex quo apparet utilius in hoc esse uti hoc remedio quam interdictum unde ui, uel ex cap. reintegranda. 3. q. 1. in quo aliquis ordo requiritur, ut suo loco diximus, & tradunt Dec. & ceteri iam relati.

35 Quero septimo quis fructus sint restituendi in hoc iudicio per illum spoliatorem: & esse omnes perceptos, & qui percipi potuerunt affirmat glo. in cap. cum causa de offic. deleg. Rota in Decisio. nouis in titulo de restitutione spoliatorum Decisione quinta, Dec. conf. 200. colum. 1. Maranta in sua praxi iudicio. in titulo de appellatione. num. 395. post Card. in cap. bonae de appellatio. in ceteris autem remedijs, qui restituuntur suo loco diximus.

36 Quero octauo an contra agentem hoc remedio possit illa exceptio obijci, non esse uexandum mortui corpus, ut si pendente lite uel appellatione alter alterum spoliaret iure sepelendi: & posse obijci affirmat Marfil. sing. 199. In iure &c. ubi eiusdem sententiae multos citat praesertim Gemin. in cap. non solum in fine de appellatio. in. 6. & Rotam in multis decisionibus, quae forte hodie relatae sunt in decision. antiquis in titulo de causa possessionis & propr. Decisione prima num. 2. & in titulo ut lite pendente Decisione ultima, quod uerum intelligunt ex aequitate non ex iuris rigore, & hinc intelligimus in hoc casu remedium hoc attentatorum non differre a ceteris, ut ad monuit & Marfil. praecitato loco, quae de rediximus etiam late supra in primo remedio.

37 Quero nono t quousque licet huic spoliato pendente appellatione petere attentata debere reuocari: crebrior est sententia posse donec lis coram iudice superiori ad quem appellatum est, fuerit contestata super causa illa appellationis, sic affirmat Specul. in titulo de appellatio. §. nouissime ad finem, quem est secutus Bart. in l. i. ff. nil noua. appellatione pendente, Bald. confil. 245. lib. 2. quem est secutus Iaf. in l. 1. in princip. num. 3. uersic. quarto limita, de operis noui nuntia. Guid. Papae. conf. 4. num. 6. & confil. 12. 4. num. 3. Afflictus De-

rr cisco

cisione. 98. & Decisione 352. quos sic refert Didacus Couar. li. Practica. questio cap. 23. nu. 3. addo eiusdem sententię Baldum in l. 1. columnite. versic. preterea cautela. C. de appella. Decius. l. 1. nu. 2. versic. & cautius debet. C. de boni. possesso. secundum tabul. & Bald. loquitur in claris terminis spoliatoris possessionis. Existimant enim Specul. esse necesse hunc agentem petere debere, ut ante omnia attentata reuocetur, alioqui si simpliciter litem contestetur petendo sententiam, ut iniuriam & iniustam, reuocari attentata poterunt.

Verum contrarium & rectius sensisse uideatur Ioan. Andreg. Geminia. & Ancha. in cap. non solum, de appellatio. in. 6. & Salyc. in. l. 3. C. de appellatio. & alij nonnulli, quos retulit C. de appellatio. Maranta in d. Praxi iudiciorum in titulo de appellatio. num. 392. Vantius Tractat. nulli. titulo quot & quibus modis nulli. proponi possit numero 23. Iacobus Nigerr. in. l. si infulam numero. 235. de verborum obligatione, & hac posteriori proba, cum a fortiori uideamus in interdico unde vi, liceat petere restitui ante omnia etiam lite contestata super petitorio, ut est crebrior sententia, ut refert Ripa in d. §. nihil commune numero. 161. Dec. tamen in cap. consuluit. l. 2. num. 5. de appellat. intelligit Baldum in d. l. 1. de appellatio. loqui cum spoliatio sit a parte lite pendente, non cum a iudice pendente appellatio ne, & si subsistere hac de re uerba faciat.

39 Quæro decimo si spoliatus egerit contra spoliatorem, & ferratur sententia in fauorem spoliatoris conuerti, a qua appellet actor, & pendente illa appellatione is actor reum spoliat, an in causa appellationis dicatur sibi attulisse aliquid detrimenti: & attulisse maximum fatentur omnes, qui affirmant ex hoc censeri renuntiam appellatio, sic Innoc. in cap. ex parte de rescript. Angel. l. ultima. C. de tempo. appellat. plura Dec. in cap. cum tenemur num. 4. & in cap. an sit num. 1. de appella. ubi eiusdem sententię ex multis citauit Matthes. notab. 28. Nota quod si actor &c. idem censuit Dec. in l. prima. num. 4. C. de bonorum possessione secunda tab. Bello. conf. 18. in fine.

40 Quæro vnde decimo, quid si aliquod imminet periculum nisi pendente appellatione

quid noui fiat, an illo facto reuocandum sit ante omnia: & reuocandum non esse sententia Dec. in d. cap. cum tenemur num. 4. versic. & prædicta de appellat. clarè Marfil. singul. 38. plura &c. possunt adferri plura exempla, ut Primum illud quando res est peritura si sententia super appellatione expectetur, ut in fructibus qui disipantur iuxta textum in cap. ultimo de sequetra. possessione & fructuum, clarus tex. in l. imperator, ubi Bar. ff. de appell. Dec. qui supra, qui alia adfert exempla, ut in debitore fugituo, Corset. in sing. in uerb. appellati. l. 1. prima limitatione Gabriel Saray. in additio. ad notabilia Matthes. nota. 28. nu. 4. aliud exemplum attulit Marfil. dicto sing. 258. ut si petat testes, qui breui recessuri sunt vel qui infirmi sunt, examinari etiam a iudice a quo appellauit, non enim ex hoc dicitur appellatio renuntia se, scio tamen exemplum hoc non multum proposita materia nostre spoliationis conuenire: adferri etiam potest exemplum quando aduersarius esset defuga suspectus, tunc etiam appell. pendente potest is capi. Angel. l. nemo. C. de exacto. tribu. sic in nostris terminis annotauit Gabriel Saray. qui supra & statim.

42 Quæro duodecimo si infamatus aliquo graui crimine pendente lite vel appellatione possit possessione rei spoliari, ut infamato crimine simonia, & posse affirmat Abb. in ca. accusatum in secundo notab. de simonia, eo text. adductus, idem censuit Corset. in sing. in uerb. appella. l. 1. in uerb. limita. 7. qui eiusdem sententię alios citauit.

43 Quæro decimotertio, quia si ex præcedentibus propositis questionibus nullam consilii differentiam inter spoliationem factam lite pendente, & spoliationem factam pendente appellatione, an tamen possit aliqua assignari differentia, Dec. in cap. consuluit. l. 2. num. 5. de appellatio. inquit enim esse differentiam, quia attentata pendente appellatione respiciunt personam iudicis, cum scilicet ab eo attentata sunt, quæ uero lite pendente respiciunt personam aduersarij, cum scilicet ab eo sunt innouata.

44 Quæro decimoquarto, quid si pendente lite vel appellatione fiat spoliatio a tertio ratione sui interesse, an restitutio ante omnia concedatur, Fely. in ca. super eo num. 2. de offic. delegat. ex sententia Angel. in. l. per hanc colum. 3. C. de tempor. appellat. affirmat titulum nil noui appellatione pendente, non habere locum, quoad tertium ex text. in cap. Romana. de appellat. in. sexto. Quod uerum intel

45

intelligit Fely. nisi is tertius inniteretur se fundando in iure causæ principalis, à qua fuit appellatum ex sententia Imole, quæ citat, quod satis æquum est, tunc enim uideretur potius facere ad commodum principalis quam sui, ab illoque sic suasus, cætera apud eum uideri possunt.

46 Quæro decimoquinto an si in hoc iudicio attentatorum, possit iudex causæ remittere assumptionem probationum super attentatis alteri iudici, ut delegato, qui in loco sit iuxta. l. iudices. C. de fide instrumentorum & latè diximus supra in quindodecimo remedio ex cap. reintegranda. 3. q. 1. num. 9. & posse affirmat multis rationibus Cassado. in suis decisionibus in titulo de dilationibus Decisione ult. adferri hic possunt illæ declarationes, quas retulit in. d. q.

47 Quæro decimosexto, an si spoliatio facta lite pendente tantum sit effectus, ut suspensio petitorio, super quo agebatur, cum fieret spoliatio, causam possessionis sicq; spoliij impediatur, sententia fuit Francisci Aretini uiri mea sententia non mediocriter eruditi, cuius laudes egregias non immerito celebrat Iaf. consil. 60. lib. 1. Chassad. consil. 41. num. 3. Neuzan. lib. 5. Syluæ nupt. consil. 61. Tiraquel. Tracta. de legibus connubia. post lege nu. 60. is enim in. l. naturaliter. §. nihil commune de adquirenda possessione, impedire ac suspendere, illius sententiam post alios, quos citat, tuctur eo loci Rubcus num. 297. & si aliter senserit, Bartol. aduersus quem & ipse ea ratione sentio, quod lite contestata super petitorio licet obijcere exceptionem spoliij, quod deinde superuenit eo que suspenditur iudicium illud petitorij ex egregia declaratione & distinctione Didaci Couar. lib. 1. uaria resolu. cap. 16. num. 1. versic. ego uerò, dum in interdico unde ui, loquitur, quod attingi supra in decimoquinto remedio. q. 30. non repeto fortius ergo dicendum erit in hoc remedio magis fauorabili.

Hæc habui lector beneuole & studiose, quæ hætenus in uniuersum hunc Recupe-

randæ Possessionis Tractatum referrem, ac generatim dicerem, in quo explicando, cum publicè docendo, tum priuatim scribendo, me non leui studio ac diligentia usum ingenue fateor, hoc præsertim anno sexagesimo quinto supra Millefimum & Quingentesimum salutis nostræ, in quo tantum laboris ac diligentie adhibui, ut me mala ceperit ualeatudo, quæ & si ingenium uiresque aliquantulum labefacta fuerunt, nolui tamen immenso labori cedere, assiduisque uigilijs parcere, donec elaboratum opus in lucem prodiret, hortantibus præsertim ac impellentibus studiosis quamplurimis, vno præsertim consultissimo uiro Georgio Castrucio Serenissimo Sabaudia Ducis nostri Collaterali amplissimo, vnoque ex nostræ huius celeberrimæ Academia moderatoribus, cuius opera & diligentia factum est, ut quamprimum diligens Typographus cæteris sepositis, hæc primum prelis mandaret, qua ex re eò maiorem nos voluptatem cepi, quò hoc anno primi iij nostri conatus fecutusque in lucem prodeunt, in quo Reginaldus Resanus ex nobilissimo ac munissimo Pynorolij oppido oriundus, noster, tum Papiæ, dum illic publicè docerem, tum hic acutus mus Discipulus & auditor diligentissimus, uir Illustris ac liberalissimus Gymnasarcha omnium uoce & consensu declaratus totius Gymnasij regendi munus, summa cum laude & magno studio forum omnium applausu gerit. Quibus nostris laboribus si adiuutos se uerint legum studiosi, eorum erit Deo opt. ac maximo summam habere gratiam, quod eoduce & auspice ad finem perduci fuerint, & publicam acceperint, quibus polliceor ac spò deo, me reliquos duos breui editurum. De Adipiscenda & retinenda possessione Tractatus, quos iam dudum molior, in quosque huius ma cura die noctuque incumbo, ut de his, qui iuris prudentiæ operam nauant, quacumque ratione possim, assidue bene merer. Intermittu his utere ac fruiere feliciter, diuque vale. ex Monte regali Pedemontium quarto Calen. Iunij. M. D. LXV.

F I N I S.

rr ij

